Ω 17: *τόνδε δ' ἔασκεν ἐν κόνι ἐκτανύσας προπρηνέα.*

Ω 569. *λ* 110. *μ* 137, ubi alter accusativus priori per appositionem adiunctus est; cf. similem structuram in lingua germanica: Rol. 117, 14: die muozen mich maget lazen [50].

50) de qua vide Grimm, l. l. IV, p. 623.

Inf. solus:

B 165: *μηδὲ ἔα νῆας ἅλαδ' ἑλκέμεν ἀμφιελισσας.*

B 181. *Δ* 55. *H* 427. *Θ* 399. 414. *Λ* 125. 437. *Φ* 596. *Χ* 206. *Ω* [71.] 395. *λ* 452. [*μ* 445]. *τ* 200. 374. *υ* 12. *φ* 233. *ψ* 244.

C. Verba impediendi.

1) ἔχω.

A. c. i.

P 181: *ἦ τινὰ καὶ Δαναῶν ἀλκῆς μάλα περ μεμαῶτα σχήσω ἀμυνέμεναι.*

ω 244.

Acc. et gen.

B 275: *ὃς τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον ἔσχ' ἀγοράων.*

N 687. *Ω* 404.

Acc. solus:

E 90: *οὔτ' ἄρα Ἕρκεα ἴσχει — —*
ἐλθόντ' ἐξαπίνης.

N 51. *Π* 204. *Φ* 58. *X* 412.

2) παύω.

A. c. i.

Λ 442: *ἤτοι μέν ῥ' ἔμ' ἔπαυσας ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι.*

Acc. et gen.

B 595: *ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήικα παῦσαν ἀοιδῆς.*

O 15. *Φ* 137. 249. 294. *δ* 659. *ε* 492. *ο* 342. *ψ* 298.

Acc. solus:

Λ 506: *παῦσεν ἀριστεύοντα Μαχάονα, ποιμένα λαῶν.*

Φ 314. *υ* 274.

3) ἀποπαύω.

A. c. i.

μ 126: *ἵ μιν ἔπειτ' ἀποπαύει ἐς ὕστερον ὁρμηθῆναι.*

σ 114.

(Acc. et) gen.

Λ 323: *τοὺς μὲν ἔπειτ' εἴασαν, ἐπεὶ πολέμου ἀπέπαυσαν.*

Acc. solus:
Σ 267: *νῦν μὲν νὺξ ἀπέπαυσε ποδώκεα Πηλείωνα.*
Υ 119. *Φ* 340.

II. Verba transitiva, in quibus accusativus prolepsis auxilio explicatur.

Sunt verba quae iudicium aliquod de persona vel re accusativo notata exprimunt et sunt verba dicendi, sentiendi, cogitandi, verba voluntativa et verba indignandi.

In his verbis lingua subiectum infinitivi, si cum subiecto verbi finiti congruit, raro accusativo notat, ea autem vocabula, quae ad illud spectant, ad subiectum verbi finiti refert. Idque nullo modo cum Schoemanno [51]) ex eo quod linguae inest perspicuitatis studio ut sola causa explicandum puto, verum enimvero subiectum infinitivi subiecto verbi finiti per appositionem additum est:

Α 397: *ἔφησθα* ——
οἵῃ —— *λοιγὸν ἀμῦναι*
(du sprachest als [eine solche, welche] die einzige [war] im Abwehren des Verderbens.

A. Verba dicendi.

I. Verba, quae proprie sunt verba dicendi.

1) *φημί.*

A. c. i.
Α 521: *καί τέ μέ φησι μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγειν.*
Cf. Ulf. Marc. 8, 27: hvana mik quithand mans visan? Tat. 62, 3: ir quedet *mih* forwerphen diuwala.

1) Activum:
Β 129. 248. 350. 783. *Γ* 44. 220. 392. *Δ* 429. *Ε* 103.

51) Fleckeis. Jahrb. f. cl. Phil. 1869, p. 229.

119. 635. 638. 652. *Z* 98. 100. 108. 488. *H* 118. *I* 35. 305. 401. 410. [*K* 51]. *K* 331. 370. *Λ* 443. 589. 719. 831. *N* 100. 269 (subiecta congruunt). 414. 631. *Ξ* 220. 265. 374. *O* 97. 112. 697. 735. *Π* 14. *P* 27. 174. 338. 366. 674. *Σ* 132. *T* 96. 416. *Y* 105. 206. 211. 348. 361. *Φ* 159. 316. *Ψ* 440. 579. 668. 791. *Ω* 134. 256. 494. 546. 615. *α* 33. 189. 194. 215. 220. 391. *β* 171. 174. 238. *γ* 84. 124. 188. 212. 245. *δ* 141. 190. 201. 387. 493. *ε* 105. 290. 301. 359. *ζ* 42. 200. 256. *η* 322. *ϑ* 138. 221 (subiecta congruunt). 565. 567. *ι* 5. 455. 511. *κ* 35. 284. 330. *λ* 176. 540. *μ* 275. *ν* 173. 249. *ξ* 117. 149. 176. 327. 384. *ο* 213. *π* 93. 143. 418. *ϱ* 352. *σ* 128. 145. 218. 261. 342. *τ* 122. 191. 267. 380. 383. *χ* 31. 35. 313. *ψ* 71. 116. 125. 135. *ω* 24. 75. 269.

2) Medium:

M 125. 165. *P* 26. 171. 379. *Y* 262. *Φ* 277. *X* 298. *ϑ* 519. *ι* 504. *ν* 131. *ϱ* 25. 196. *τ* 296. *υ* 90. *ψ* 284. *ω* 460.

Acc. solus:

E 184: *εἰ δ' ὅ γ' ἀνὴϱ ὃν φημι —*

et altero accusativo per appositionem addito:

Ξ 126: *— οὐκ ἄν με γένος γε κακὸν καὶ ἀνάλκιδα φάντες.*

Φ 569.

Inf. solus:

a) Acc. subintelligendus est:

Λ 351: *πῶς δὴ φὴς πολέμου μεθιέμεν* (sc. *ἡμᾶς*);

1) Activum:

Λ 375. *N* 817 (subiectum secundario enuntiato exprimitur). *P* 637. *α* 168. *δ* 664. *λ* 128. *ν* 175. *π* 347. *ψ* 275.

2) Medium: *δ* 638.

b) Subiectis congruentibus:

Λ 397: *ἔφησθα κελαινεφέι Κϱονίωνι*
οἴῃ ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι.

1) Activum:

B 37. *E* 473. *Z* 206. 285. *H* 393. *Θ* 229. 238. *I* 234.

684. *K* 548. *Λ* 89. 785. *O* 107. 165. 181. 700. *Π* 61. 830. *Σ* 326. 364. *T* 297. *Y* 187. *Φ* 186. *X* 331. *Ω* 608. *δ* 171. 504. *ε* 135. *η* 239. [256.] *ι* 496. *κ* 562. *λ* 237. 306. 430. *μ* 390. *ξ* 321. 382. *π* 63. *ρ* 114. 142. 522. *σ* 132. *υ* 137. *φ* 103. *ψ* 128. 335. *ω* 470.

(Inf. supplendus est: *I* 329.)

2) Medium:

Γ 28. 366. *E* 190. *Z* 185. *Θ* 498. *M* 106. *O* 251. *Y* 365. *λ* 236. *ν* 211. 357. *ξ* 481. *π* 24. *ρ* 42. *υ* 121.

2) *εἶπον.*

A. c. i.

Σ 9: *καί μοι ἔειπεν*
Μυρμιδόνων τὸν ἄριστον ἔτι ζώοντος ἐμεῖο
χερσὶν ὕπο Τρώων λείψειν φάος ἠελίοιο.

Ω 113.

Acc. solus:

a) absolute positus: *A* 90.

b) *εὖ* adverbio addito:

α 302: *ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.*

[*γ* 200].

c) directa addita oratione:

Z 479: *καί ποτέ τις εἴπῃσι „πατρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων"*
ἐκ πολέμου ἀνιόντα.

d) in prolepsi positus:

Γ 192: *εἶἰ' ἄγε μοι καὶ τόνδε, — ὅσσις ὅδ' ἐστίν.*

τ 218/19.

3) *αὐδάω.*

A. c. i.

K 47: *αὐδήσαντος*
ἄνδρ' ἕνα τοσσάδε μέρμερ' ἐπ' ἤματι μηήσασθαι.

4) *μυθέομαι.*

A. c. i.

Φ 462: *οὐκ ἄν με σαόφρονα μυθήσαιο ἔμμεναι.*

Acc. solus:
a) absolute positus: *λ* 328. 517. *μ* 223. *τ* 500.
b) altero acc. per appositionem addito: *Σ* 288.
c) in prolepsi positus:
τ 245: *καὶ τόν τοι μυθήσομαι οἷος ἔην περ.*

5) *ἀείδω.*

A. c. i.
ϑ 516: *ἄλλον δ' ἄλλῃ ἄειδε πόλιν κεραϊζέμεν αἰπήν,*
αὐτὰρ Ὀδυσσῆα προτὶ δώματα Δηιφόβοιο
βήμεναι ἠύτ' Ἄρηα.

6) *ἀπειλέω.*

ϑ 383: *ἦ μὲν ἀπείλησας βητάρμονας εἶναι ἀρίστους.*

II. Verba precandi.

1) *ἀράομαι.*

A. c. i.
I 240: *ἀρᾶται δὲ τάχιστα φανήμεναι ἠῶ δῖαν.*
N 818. *Ψ* 144. 209. *δ* 826. *τ* 533. *χ* 322.
Inf. solus (subiecta congruunt):
Δ 143: *πολέες τέ μιν ἠρήσαντο*
ἱππῆες φορέειν.
Λ 286. *α* 164. 366. *σ* 176. 213.

2) *εὔχομαι.*

A. c. i.
Σ 75: *— ὡς ἄρα δὴ πρίν γ' εὔχεο — —*
πάντας ἐπὶ πρύμνῃσι ἁλήμεναι υἷας Ἀχαιῶν
σεῦ ἐπιδευομένους, παϑέειν τ' ἀεκήλια ἔργα.
ο 353. *φ* 211.
Infinitivus solus (subiecta congruunt):
B 401: *εὐχόμενος ϑανατόν τε φυγεῖν καὶ μῶλον Ἄρηος.*
Θ 254. 526. *I* 183. *Ξ* 484. *O* 374. *Ω* 287.

3) *ἐπεύχομαι.*

A. c. i.

ξ 423: *ἐπεύχετο πᾶσι θεοῖσιν*
νοστῆσαι Ὀδυσῆα πολύφρονα ὅνδε δόμονδε.

ν 238. *φ* 203.

4) *λίσσομαι.*

Hoc verbum iam in priore capite suo loco commemoravi, ubi rogatus et rogata expleturus una eademque erant persona. Hic autem denuo afferendum est, quia rogatus non idem est atque is qui id, quod infinitivo exprimitur, efficere debet. Itaque mirum esse non potest, quod hic personam, de qua rogatum profertur, ex analogia verborum dicendi accusativo notatam reperimus.

I 511: *λίσσονται δ' ἄρα τοί γε Διὶ Κρονίωνα κιοῖσαι*
τῷ ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι.

ι 224.

5) *ἐπικέλομαι.*

I 454: *σιγερὰς δ' ἐπεκέκλει' ἐρινῦς*
μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱόν,
ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα.

Analogiam verborum precandi sequitur:

6) *χεῖρας ἀναείρω.*

A. c. i.

H 130: *πολλά κεν ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι*
θυμὸν ἀπὸ μελέων δῦναι δόμον Ἄιδος εἴσω.

III. Verba promittendi.

1) *ὑπισχνέομαι.*

A. c. i.

ϑ 347: — *ἐγὼ δέ τοι αὐτὸν ὑπίσχομαι — —*
τίσειν ἄσιμα πάντα.

Praeterea duo sunt loci:

B 112. *I* 19: — *ὃς — μέν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσε*
Ἴλιον ἐκπέρσαι· εὐτείχεον ἀπονέεσθαι —

ubi maxime dubitandum est, utrum *ἐκπέρσαι·* accusativus

sit an dativus. Nam quoniam ι pariter atque α in carminibus Homericis eliditur, nihil inde colligi potest. Et quod syntaxim attinet, uterque casus explicari potest; accusativus ex exemplo ante allato [52]), dativus ex

I 263: *ὅσσα τοι ἐν κλισίῃσιν ὑπέσχετο δῶρ' Ἀγαμέμνων.*
(*M* 236. *T* 141).

Inf. solus (subiecta congruunt):

Z 93: *καί οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ*
ἤνις ἠκέστας ἱερευσέμεν.

Z 274. *K* 39. *N* 366. 368. *Υ* 84. *Χ* 114. *δ* 6. *λ* 291.

2) *ὑφίστημι.*

B 286 et *E* 715 eadem est formula atque duobus illis locis in *ὑπισχνέομαι* voce commemoratis, eadem ergo dubitatio.

Inf. solus (subi. congruunt):

I 445: *οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη Θεὸς αὐτός*
— — θήσειν νέον ἡβώοντα.

T 195. *Φ* 273. *Ψ* 20. *κ* 483.

3) *ὄμνυμι.*

T 127: *καὶ ὤμοσε καρτερὸν ὅρκον*
μήποτ' — — —
αὖτις ἐλεύσεσθαι ἄτην.

ξ 332. *τ* 288.

Inf. solus (subi. congruunt):

Λ 76: *καί μοι ὄμοσσον*
ἢ μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν.

I 132. 274. *K* 321. *Ξ* 271. *T* 108. 176. *Υ* 313. *Φ* 373. *Ψ* 585. *β* 373. *δ* 253. *ε* 178. *κ* 299. 344.

Ellipsim huius verbi habemus: *T* 261. *ε* 187.

4) *νεύω.*

A. c. i.

Θ 246: *νεῦσε δέ οἱ λαὸν σῶν ἔμμεναι οὐδ' ἀπολέσθαι.*

---

52) Sic vero a scholiasta locum intellectum esse cognoscimus ex explicatione ad *I* 19 tradita: *τότε δέ μοι, φησίν, ὑπέσχετο καὶ κατένευσε τὴν Ἴλιον ἐκπορθήσαντα ἀνατρέψαι.*

5) *κατανεύω.*

A. c. i.
B 112. *I* 19. (cf. *ὑπισχνέομαι* vocem).
Inf. solus, subiecta congruunt:
K 392: *ὅς μοι — — — ἵππους δωσέμεναι κατένευσε.*
N 368. *δ* 6.

6) *ἀνανεύω.*

A. c. i.
H 252: *- σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἔξ ἀπονέεσθαι.*

B. Verba sentiendi.

1) *ἀκούω.*

A. c. i.
Z 386: *οἵνεκ' ἄκουσεν τείρεσθαι Τρῶας, μέγα δὲ κράτος εἶναι Ἀχαιῶν.*
Ω 543. *π* 241. *σ* 126.
Acc. solus:
a) cum participio coniunctus:
H 129: *τοὺς νῦν εἰ πτώσσαντας ὑφ' Ἕκτορι πάντας ἀκούσαι.*
b) in prolepsi positus:
γ 193: *Ἀτρείδην δὲ καὶ αὐτοὶ ἀκούετε νόσφιν ἐόντες ὥς τ' ἦλθ' ὥς τ' Αἴγισθος ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον.*

2) *πυνθάνομαι.*

A. c. i.
B 119: *πυθέσθαι μὰψ οὕτω τοιόνδε τοσόνδε τε λαὸν Ἀχαιῶν ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.*
Acc. solus:
a) absolute positus:
E 702: *- ὡς ἐπύθοντο μετὰ Τρώεσσιν Ἄρηα.*

b) participio addito:

δ 732: *εἰ γὰρ ἐγὼ πυθόμην ταύτην ὁδὸν ὁρμαίνοντα.*

c) in prolepsi positus:

γ 86: *ἄλλους μὲν γὰρ πάντας - -*
πευθόμεθ', ἧχι ἕκαστος ἀπώλετο λυγρῷ ὀλέθρῳ.

(item *T* 326, cf. 322).

3) *ὁράω.*

A. c. i.

N 99: *- ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι*
δεινόν — — —
Τρῶας ἐφ' ἡμετέρας ἰέναι νέας.

Acc. solus saepissime legitur cum participio coniunctus, ut

Γ 154: *οἱ δ' ὡς οὖν εἶδονθ' Ἑλένην ἐπὶ πύργον ἰοῦσαν.*

(80 locis).

C. Verba cogitandi.

I. Verba putandi.

1) *οἴω.*

A. c. i.

A 59: *νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας οἰω*
ἂψ ἀπονοστήσειν.

Cf. Ulf. Phil. 3,8: all domja sleitha visan.

Notk. Boeth. 185: si wanent sterren fallen fone himile.

1) Activum:

A 170. 204. 289. 427. 558. *E* 252. 284. 287. 350. 894. *Z* 353. *I* 315. 655. *K* 105. 551. *Λ* 609. 763. *M* 73. *N* 273. 747. *Ξ* 454. 456. *O* 298. *P* 503. 709. *T* 64. 71. *Υ* 141. 362. *Φ* 399. 533. *Ψ* 310. 467. *Ω* 355. 727. *γ* 27. 226. *δ* 754. *λ* 101. *ν* 5. 326. 394. *π* 311. 377. *ϱ* 7. 460. *σ* 23. 149. 259. *τ* 180. 205. *φ* 91. 261. *χ* 215.

2) Medium:

A 78. *E* 644. *Λ* 834. *P* 641. 687. *T* 334. *α* 173. 323. *β* 198. *γ* 47. *δ* 453. *ϑ* 203. *ι* 213. *ϰ* 232. 258. *ξ* 190. 211. *π* 59. 224. 475. *τ* 568. *φ* 322. *χ* 12. 67. 210.

Inf. solus:

a) acc. suppl. est

M 66: *στεῖνος γάρ, ὅθι τρώσεσθαι ὀίω* (sc. *αὐτούς*).

1) Activum:

α 201. *ξ* 173. *ο* 173. 278. *π* 372.

2) Medium:

M 217. *O* 292. *Y* 195. *χ* 193.

b) Subiecta congruunt:

Z 341: *χιχήσεσθαι δέ σ' ὀίω.*

1) Activum:

[*A* 296]. *Z* 341. *N* 262. *Φ* 92. *ϑ* 180. *μ* 212. *ν* 324. *τ* 215.

2) Medium:

Λ 12. *O* 728. *τ* 581. *υ* 21. *φ* 79. 91.

Acc. solus:

a) absolute positus: Act. *χ* 159. — Med. *β* 351. *χ* 165.

b) in prolepsi positus:

γ 255: *ἦτοι μὲν τάδε καὐτὸς ὀίεαι ὥς κεν ἐτύχθη.*

υ 224.

2) *φρονέω.*

A. c. i.

Γ 98: *φρονέω δὲ διακρινθήμεναι ἤδη Ἀργείους καὶ Τρῶας.*

Inf. solus, subi. congruunt:

I 608. *P* 286.

3) *φράζομαι.*

A. c. i.

λ 623: *οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλον φράζετο τοῦδέ γέ μοι χαλεπώτερον εἶναι ἄεθλον.*

4) *πείθομαι.*

A. c. i.

π 192: *— οὐ γάρ πω ἐπείθετο ὃν πατέρ' εἶναι.*

5) *πέποιθα.*

A. c. i.

Ξ 55: *τεῖχος μὲν γὰρ δὴ κατερήριπεν, ᾧ ἐπέπιθμεν*
ἄρρηκτον νηῶν τε καὶ αὐτιῶν εἶλαρ ἔσεσθαι.

6) *ἐίσκω.*

A. c. i.

Φ 331: *ἄντα σέθεν γάρ*
Ξάνθον δινήεντα μάχῃ ἰήσκομεν εἶναι.

Λ 446 (subi. altero enuntiato exprimitur). λ 363.

7) *θαυμάζω.*

A. c. i.

E 601: *οἷον θαυμάζομεν Ἕκτορα δῖον*
αἰχμητήν τ' ἔμεναι καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν.

Acc. solus: a) absolute positus: Ω 631. π 203.

b) in prolepsi positus:

Ω 629: *θαύμαζ' Ἀχιλῆα,*
ὅσσος ἔην οιός τε.

α 382.

II. Verba exspectandi.

1) *ἔλπομαι* et *ἔολπα.*

A. c. i.

Θ 196: *ἐελπόμην κεν Ἀχαιούς*
αὐτονυχὶ νηῶν ἐπιβησέμεν ὠκειάων.

1) *ἔλπομαι*:

H 199 (subi. congr.). [*H* 353]. *I* 40. *K* 355. Λ 8. 309 Ξ 67. *O* 110. 288. *Π* 281. *P* 239. 404. ξ 297. η 293. ι 419. ψ 345.

2) *ἔολπα*:

T 328. *Υ* 186. *Χ* 216. β 275. γ 375. ε 379. ϑ 315. ν 328.

Inf. solus:

a) Acc. subintelligendus est:

P 406: *ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ἔλπετο πάμπαν*
ἐκπέρσειν πτολίεθρον ἄνευ ἔθεν (sc. *Πάτροκλον*).

φ 314.

b) Subi. congr.:

Γ 112: *ἐλπόμεναι παύσεσθαι ὀιζυροῦ πολέμοιο.*

1) *ἔλπομαι*:

I 371. *M* 261. 407. *N* 41. 813. *Ξ* 422. *O* 504. 701. *Π* 609. *P* 234. 395. 488. 495. 603. *Σ* 260. *Υ* 180. 201. 432. *Φ* 605. *Ω* 491. *γ* 319. *φ* 157.

2) *ἔολπα*:

Φ 583. *φ* 97. *ω* 313.

2) *ἀελπέω* (?)

A. c. i.

Π 310: *ἀελπτέοντες οὸον εἶναι.*

3) *δέχομαι.*

A. c. i.

ι 513: *ἀεί τινα φῶτα μέγαν καὶ καλὸν ἐδέγμην*
ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι, μεγάλην ἐλπιμένον ἀλκήν.

μ 230.

4) *μένω.*

A. c. i.

I 247: *ἦ μένετε Τρῶας σχεδὸν ἐλθέμεν.*

α 422. *δ* 786. *ξ* 98. *σ* 305.

Acc. solus:

Γ 52: *οὐκ ἂν δὴ μείνειας ἀρηίφιλον Μενέλαον;*

Z 126. *Θ* 536. 565. *I* 355. 662. *Λ* 418. 723. 836. *Π* 133. 136. *Λ* 106. 129. 476. 830. 836. *O* 165. 620. 709. *P* 721. *Υ* 480. *Φ* 571. 609. *X* 38. 92. 252. *α* 304. *ι* 57. 151. 232. 306. 436. *λ* 210. *μ* 7. *ο* 346. *π* 368. *σ* 318. *τ* 50.

Inf. solus, subi. congr. *O* 599.

5) *δείδια* et *δέδοικα.*

A. c. i.

Ξ 342: *μήτε θεῶν τόγε δείδιθι, μήτε τιν' ἀνδρῶν*
ὄψεσθαι.

χ (39.) 40.

Acc. solus:

Γ 37: *δείσας Ἀτρέος υἱόν.*

A 184. *E* 827. *Z* 99. *M* 39. *N* 481. *O* 652. *Σ* 261. *Υ* 366. *Ω* 116. 364. 779. *β* 199. *ι* 257. 274. *ϱ* 188. 577. *σ* 63. 80. 396.

Inf. solus (subi. congr.):

H 93: *δεῖσαν δ' ὑποδέχϑαι.*

O 299. *Ω* 435. *ζ* 168.

D. Verba voluntativa.

I. Verba, quae proprie sunt verba voluntativa.

1) *ἐϑέλω.*

A. c. i.

A 133: *ἦ ἐϑέλεις (ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας), αὐτὰρ ἐμὶ αὖτως ἶσϑαι δευόμενον.*

Γ 67. *Θ* 210. *M* 69. *T* 274. [*Υ* 134.] *Ω* 660. *π* 318.

Cf. Ulf. Marc. 10,36: hva vileits taujan mik igquis?

Notk. ps. 17,17: wolta mih wesen.

Acc. solus:

K 235: *τὸν μὲν δὴ ἕταρόν γ' αἱρήσεαι, ὅν κ' ἐϑέλῃσϑα.* *σ* 47.

Infinitivus solus, subiectis congruentibus, 169 (Il. 102, Od. 67) locis legitur, ut

A 112: *οὐκ ἔϑελον δέξασϑαι.*

2) *βούλομαι.*

A. c. i.

A 117: *βούλομ' ἐγὼ λαὸν σῶν ἔμμεναι ἢ ἀπολέσϑαι.* *π* 387. *ϱ* 81. 187.

Inf. solus, subiectis congruentibus:

A 67: *βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.*

A 112. *A* [79.] 319. *M* 174. *O* 596. *Ψ* 594. *Ω* 39. *γ* 143. 232. *δ* 275. [353.] *ι* 96. *λ* 358. 489. *μ* 350. *o* 21. 88. *π* 106. *ϱ* 228. 404. *σ* 364.

II. Verba cupiendi.

1) ἔλδομαι.

A. c. i.

υ 35: — *οἷόν πού τις ἐέλδεται ἔμμεναι υἷα.*

Inf. solus, subi. congr.

Ν 638: *τῶν πέρ τις καὶ μᾶλλον ἐέλδεται ἐξ ἔρον εἶναι.*

δ 162. *ε* 219. *ο* 66. *σ* 164.

2) λιλαίομαι.

A. c. i.

α 15: *λιλαιομένη πόσιν εἶναι.*

ι 30. 32. *ψ* 334.

Inf. solus, subiectis congr.

Γ 399: *τί με ταῦτα λιλαίεαι ἠπεροπεύειν;*

Λ 574. *Ν* 253. *Ξ* 331. *Ο* 317. *Π* 89. *Υ* 76. *Φ* 168. *ι* 451. *λ* 380. *ο* 308. 327. *υ* 27. *χ* 349.

III. Verba indignandi.

1) νεμεσσάομαι.

A. c. i.

α 119: *νεμεσσήθη δ' ἐνὶ θυμῷ*
ξεῖνον δηθὰ θύρῃσιν ἐφεστάμεν.

σ 227. (*Ο* 115 inf. ab *ἰόντ'(ι)**) participio pendet).

Cf. Notk. Boeth. 123: daz wir *siu* zurnen ze handen chomen *wesen.*

Inf. solus:

a) acc. suppl.: *δ* 195.

b) subi. congr.: *δ* 158.

Item cum adiectivo verbali *νεμεσσητόν* coniungitur:

Acc. c. i.: *Ω* 464; inf. solus: *Ι* 523. *Τ* 182. *χ* 59.

---

*) Cf. schol. ad h. l. *ἰόντι: οὕτω τὸ τέλειον. τινὲς δὲ ἰόντα* — et *Λ* 413: *οὐ γὰρ ἐγὼ νεμεσῶ Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν*
ὀτρύνοντι μάχεσθαι ἐυκνήμιδας Ἀχαιούς.

2) *νεμεσίζομαι.*

A. c. i.

B 296: *τῷ οὐ νεμεσίζομ' Ἀχαιούς ἀσχαλάαν.*

P 254.

3) *ἄγαμαι.*

A. c. i.

ε 129: *ὣς δ' αἲ νῦν μοι ἀγᾶσθε, θεοί, βροτὸν ἄνδρα παρεῖναι.*

ψ 211.

Inf. solus (subi. in dativo, qui antecedit, latet):

ε 119: - *θεαῖς ἀγάασθε παρ' ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι.*

4) *φθονέω.*

A. c. i.

α 346: *τί τ' ἄρα φθονέεις ἐρίηρον ἀοιδόν τέρπειν.*

σ 16.

Inf. solus, subi. congr.: *λ* 381. *τ* 348.

5) *μεγαίρω.*

A. c. i.

β 235: *ἀλλ' ἤτοι μνηστῖρας ἀγήνορας οὔ τι μεγαίρω ἔρδειν ἔργα βίαια.*

Inf. solus:

a) Acc. suppl. *H* 408.

b) subi. congr. *γ* 55.

6) *μισέω.*

A. c. i.

P 272: *μίσησεν δ' ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κήρμα γενέσθαι.*

III. Verba, quae vulgo dicuntur impersonalia.

A. Verba passiva.

1) *πέπρωται.*

Σ 329: *ἄμφω γὰρ πέπρωται ὁμοίην γαῖαν ἐρεῦσαι.*

2) *εἵμαρται.*

Φ 281: *νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι,*
ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα συφορβόν.
ε 312. *ω* 34.

B. Verba intransitiva.

1) *χρή.*

A. c. i.

Λ 216: *χρὴ μὲν σφωίτερόν γε, θεά, ἔπος εἰρύσσασθαι*
καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον.

B 24. 61. *E* 490*). *H* 331. *I* 100. 496. 613. *K* 179. *M* 315. *N* 275. 463. *Π* 492. *T* 67. 149. 228. *X* 268. *Ψ* 478. 644 *α* 296. *β* 369. *δ* 492. *ξ* 27. 190. *ϰ* 380. 490. *μ* 154. *ξ* 364. *ο* 393. *ϱ* 417. *σ* 17. *τ* 118. *ψ* 250. *ω* 407. (Inf. facile suppletur *ι* 50).

Acc. et gen.

H 109: *οὐδέ τί σε χρή*
ταύτης ἀφροσύνης.

α 124. *γ* 14. *δ* 463. *φ* 110. *χ* 377.

Acc. solus:

H 721: *οὐδέ τί σε χρή.*

T 420. *Υ* 133. *τ* 500.

Inf. solus:

Λ 57: *ἀλλὰ χρὴ καὶ ἐμὸν θέμεναι πόνον οὐκ ἀτέλεστον.*

I 309. 627. *N* 235. *Π* 631. *γ* 209. *ξ* 207. [*ο* 74]. *τ* 4. *ω* 324.

2) *δεῖ.*

A. c. i.

I 337: *τί δὲ δεῖ πολεμιζέμεναι Τρώεσσιν*
Ἀργείους;

*) *σοι* dativus non a *χρή*, sed a *μέλειν* pendet.

Exempla accusativi vel genetivi cum *δεῖ* verbo coniuncti in carminibus Homericis non exstant, sed confer:

Aesch. Prom. 86: *αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως.*

Eur. Hipp. 23: *οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ —*

et accusativum in prolepsi positum reperimus:

Soph. Ai. 556: *δεῖ σ' ὅπως πατρὸς*
δείξεις ἐν ἐχθροῖς οἷος ἐξ οἵου τράφης.

Ex latiore acc. c. i. usu explicandus est:

Σ 100: - *ἐμεῖο δὲ δῖσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι.*

3) *ἔοικε.*

A. c. i.

B 190: *οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι.*

B 233. *M* 212. *Ψ* 649. *ε* 212. *η* 159.

Acc. solus:

χ 196: *ὣς σε ἔοικεν.*

Inf. solus:

Λ 286: *οὐ γὰρ ἔοικ' ὀτρυνέμεν.*

Ξ 212. *T* 79. *Φ* 379. *γ* 335. *ϑ* 358.

Dat. c. i.: *K* 440.

Dat. et acc. c. i.:

ζ 60: *καὶ δὲ σοὶ αὐτῷ ἔοικε μετὰ πρώτοισιν ἐόντα*
βουλὰς βουλεύειν καθαρὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα.

4) *ἐπέοικε.*

A. c. i.

Λ 126: *λαοὺς δ' οὐκ ἐπέοικε παλίλλογα ταῦτ'*
ἐπαγείρειν.

K 146. *λ* 186.

Acc. et gen.

ζ 193. (*ξ* 511):

*ὧν ἐπέοιχ' ἱκέτην ταλαπείριον ἀντιάσαντα**).

Dat. c. i.: *X* 71.

Dat. et acc. c. i.: *Λ* 341.

---

*) Cf pag. 16, notam 39.

5) Verbum substantivum cum nominibus coniunctum:

a) cum substantivis.

Quoniam inutile mihi videtur omnia exempla separatim afferre, ea pariter atque postea in adiectivis sub unum aspectum subieci.

	acc. c. inf.	dat. c. inf.	inf. solus.
αἰδώς	*P* 336. *γ* 24.		
αἶσα	*Π* 707.	*Ω* 225. *ε* 113. 206. 288. *ν* 306. *ξ* 359. *ο* 276.	*ϑ* 511. *ψ* 315.
ἀνίη	(inf. + *τό*) *υ* 52.		
ἐλπωρή	*ψ* 287 (+ dat.).	*β* 280. [*ζ* 314]. *η* 76.	
ϑέμις	*Π* 796.	*κ* 73. *ξ* 56. *π* 91.	*Ξ* 386. *Ψ* 44.
κῦδος	*ο* 78.		
μοῖρα	*Π* 433 (+ dat.). *P* 421.	*Π* 52. *O* 117. *Ψ* 80. *δ* 475. *ε* 41. 114. 345. *ι* 532.	
νέμεσις	*Γ* 156.	*α* 350.	*Ξ* 80. *υ* 330.
*χρεώ**)	*Λ* 409. *Σ* 406. *δ* 707. *ι* 136. *ο* 201.		*Ψ* 308. (*Λ* 340).
ὥρη	*λ* 330.		*λ* 373. *φ* 428.

Ex hac analogia explicandus est accusativus cum infinitivo in

βουλή.

Ξ 161: *ἦδε δέ οἱ κατὰ ϑυμὸν ἀρίστῃ φαίνετο βουλῇ ἐλϑεῖν εἰς Ἴδην εὖ ἐντύνασαν ἓ αὐτήν.*

ϑ 507.

(Inf. solus *B* 5. *K* 17. *Σ* 511).

---

*) cf. acc. et gen. *I* 75: *μάλα δὲ χρεὼ πάντας Ἀχαιοὺς ἐσϑλῆς καὶ πυκινῆς* (sc. *βουλῆς*).

I 608. *K* 43. *Λ* 606. *δ* 634. (+ inf. epexeg.).

Acc. solus: *K* 85. *α* 225.

(*χρεὼ ἔχει β* 28. *ε* 189.)

κλέος.

Θ 192: *τίς νῦν κλέος οὐρανὸν ἵκει*
πᾶσαν χρυσείην ἔμεναι, κανόνας τε καὶ αὐτήν.

σέβας.

Σ 178: *σέβας δέ σε θυμὸν ἰκέσθω*
Πατρόκλον Τρωῇσι κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι.

Substantiva denique cum verbo substantivo coniuncta, quae dat. c. inf., non vero accusativum c. inf. secum habent, sunt haec:

ἄλγος: *Z* 462.
ἀνάγκη: *E* 633. *Y* 251.
δέος: *M* 246. *ε* 347. *ϑ* 563.
ἐλεγχείη: *φ* 255.
λώβη: *ω* 433.
μόρος: *T* 421.
νόος (*μῆτις*): *O* 509.

b) cum adiectivis.

In his adiectivis praeter structuram impersonalem interdum habemus personalem, ubi infinitivus adiectivo, quod praedicati loco ad certum definitumque subiectum pertinet, additus est, ut:

Λ 589: - *ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.*

(Cf. *ν* 15: *ἀργαλέον γὰρ ἕνα προικὸς χαρίσασθαι.*)

	Acc. c. i.	Dat. c. i.	Inf.	Inf. in str. pers.
ἀγαθόν	*γ* 196.		*Π* 282. 293. *Ω* 130. 425.	*ρ* 347.
ἄξιον	*Ν* 446.			*Ξ* 472.
ἀργαλέον	[*Μ* 176]. *ν* 15. *π* 88.	*Μ* 410. *Ρ* 252. *Υ* 356. *Ψ* 791. *ν* 312.	*Ο* 140. *Φ* 498. *β* 244. *η* 241. *τ* 221.	*Λ* 589. *δ* 397.
βέλτερον	*Σ* 302.	*Ο* 197. *ρ* 18.	*Ο* 511. *Φ* 485. *Χ* 129.	
ἐπιεικές	*Τ* 21. *Ψ* 50. *β* 207.			
κακόν	*β* 132. *υ* 218.		*Σ* 128. *α* 392. *δ* 837. *λ* 464.	
κάλλιον	*η* 159 (+ dat.). *ϑ* 549. — dat. et acc. c. i. *ρ* 583.	*ζ* 39.	*γ* 69.	*χ* 396.
κέρδιον	*Γ* 41. *β* 74 (+ dat.).	*Ζ* 410. *Χ* 108. *χ* 153. *τ* 283.	*ξ* 355.	
ὄφελον	*υ* 220.			
φέρτερον	*φ* 154. *Ν* 227. *Ξ* 69. *α* 82 (+ dat.).		*Λ* 169. *μ* 110.	*ε* 170.
φίλον	dat. et acc. c. i. *Λ* 541.	*ο* 362.	*ι* 211.	*Λ* 107.
χαλεπόν	*Π* 620. *υ* 313. *ψ* 81.	*Φ* 184. *χ* 305. *λ* 156.	*δ* 651. *ν* 141.	*Φ* 482.

Adiectiva, quae dat., non vero acc. c. inf. secum habent, sunt:

ἀεικές: *Ο* 496. *Τ* 124.

αἰπύ: *Ν* 317.

αἶσιμον: *Ι* 245. *Ο* 274. *Φ* 291.

αἰσχρόν: *B* 119.
ἄρκιον: *B* 392.
γενναῖον: *E* 253.
ἐυκλέες: *P* 415.
ἐχθρόν: *μ* 452.
ἡδύ: *ὦ* 435.
θέσφατον: *δ* 561. *κ* 473.
μόρσιμον: *E* 674. *T* 416.
(*μόριμον*: *Y* 302).
ῥηίδιον: *π* 211. — pers.: *Y* 265. inf. sol.: *M* 54.
ταλαίφρονον: *H* 239.
φίλτερον: *Φ* 101.

6) Verbum substantivum pleniore sensu positum.

a) *ἔστι*.

A. c. i.

Γ 285: *Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι,*
τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν — (sc. *ἔστι*).

Inf. solus:

Ξ 313: *κεῖσε μὲν ἔστι καὶ ὕστερον ὁρμηθῆναι.*
H 424. *Ψ* 157. *ο* 392.

b) *οὐκ ἔστι*.

A. c. i.

Z 267: *οὐδέ πῃ ἔστι* — —
— — *πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι.*
M 327. *N* 114. 787. *Ξ* 63. *P* 464. *T* 225. *Y* 97. *X* 265. *Ψ* 670. *β* 310. *ε* 103. 137. [*λ* 158]. *ο* 49. *π* 243. *ϱ* 12. *σ* 52. *τ* 555. 591. *φ* 331.

Inf. solus:

Λ 325: — *ποσὶ δ' οὔ πως ἔστιν ἐρίζειν.*
Ξ 212. *O* 556. *Π* 60. *Φ* 193. 565. *X* 126. *β* 130. *ε* 413. *ϑ* 358. *ι* 411. *κ* 170. *π* 447. *ϱ* 286. *χ* 460.

Dat. c. i.

M 337: *ἀλλ' οὔ πώς οἱ ἔῃν βώσαντι γεγωνεῖν.*
M 65.

Dat. et acc. c. i.

X 219: *οὔ οἱ νῦν ἔτι γ' ἔστι πεφυγμένον ἄμμε γένεσθαι.*

Postremo commemoro usum accusativi c. inf. cum

7) *πρίν* et *πάρος*

particulis, ubi accusativus infinitivo ab his particulis suspenso additus, ut iam ante dixi, ex analogia explicandus est.

a) *πρίν.*

In enumerandis eis exemplis, quae huc pertinent, distinguendum est, prout alterum enuntiatum aut negatur aut non negatur et *πρίν* particula ad eandem vel similem particulam in altero enuntiato aut refertur aut non refertur.

A. *πρίν* particulae in altero enuntiato nihil respondet.

1) altero enuntiato negato.

A. c. i.

Ξ 18: — *οὐδ' ἄρα τε προκλίνδεται —*
πρίν τινα κεκριμένον καταβήμεναι ἐκ Διὸς οὖρον.

P 504. *Ν* 266. *β* 375. *η* 196. *ι* 65. *ν* 124. *ϱ* 105. *χ* 64.

Inf. solus:

Acc. subaudiendus est:

O 556: — *οὐ γὰρ ἔτ' ἔστιν ἀποστιβὸν Ἀργείοισιν*
μάρνασθαι, πρίν γ' ἠὲ (sc. *ἡμᾶς*) *κατάκταμεν ἠὲ* (sc. *αὐτοὺς*) *κατ' ἄκρης*
Ἴλιον αἰπεινὴν ἑλέειν κτάσθαι τε πολίτας.

Ψ 45. *Ω* 338.

Subiectum verbi infiniti cum subiecto eius quod antecedit enuntiati congruit:

I 386: *οὐδέ κεν ὣς ἔτι θυμὸν ἐμὸν πείσειε Ἀγαμέμνων*
πρίν γ' ἀπὸ πᾶσαν ἐμοὶ δόμεναι θυμαλγέα λώβην.

H 172. *P* 32. *T* 313. 423. *Υ* 100. 198. 257. *Φ* 578. *κ* 537. *λ* 50. 89. *μ* 187. *υ* 181.

2) altero enuntiato non negato.

Acc. c. i. *Z* 81. *N* 172. *O* 588. *Φ* 100. *α* 210. *ξ* 288. *λ* 319. *ξ* 229. *ο* 210. *π* 376. *ϱ* 597. *ω* 430.

Inf. solus:

acc. suppl. *Z* 465. *H* 322. *δ* 662. 823. *ε* 207. *η* 83. *ν* 426. *ο* 30.

Subi. congr. *X* 17. *Ω* 245. *ε* 301. *ϑ* 301. *ι* 148. *σ* 402.

B. *πρίν* particulae in altero enuntiato aut eadem aut similis particula respondet.

1) altero enuntiato negato.

Acc. c. i. *B* 355. 414. *Λ* 115. *E* 219 (*πάρος*). 288. *Θ* 474. *I* 403. 651. *O* 74. *T* 170. *β* 128 (*πάρος*). *δ* 255. 747. *ν* 193. *σ* 289 (*πάρος*).

Inf. solus:

Acc. suppl. *A* 98.

Subi. congr. *H* 481. *Ξ* 47.

Π 840. *Σ* 334. *Φ* 225. *τ* 475. *ψ* 138 (*πρόσθε*).

2) altero enuntiato non negato.

Acc. c. i. *X* 156. *τ* 586.

Inf. solus:

acc. suppl. *Θ* 453.

subi. congr. *B* 348. *ϰ* 585.

b) *πάρος*.

Acc. c. i.

Z 348: *ἔνθα με κῦμ' ἀπόερσε πάρος τάδε ἔργα γένεσθαι.*

Ξ 286. *Ψ* 764. *π* 218.

Inf. solus:

acc. suppl.

M 221: — *ἄφαρ ἀφέηκε πάρος φίλα οἶκί' ἱκέσθαι.*

O 316. *α* 21. *ζ* 331. *ψ* 309.

subi. congr.

Λ 573: *πολλὰ δὲ καὶ μεσσηγύ, πάρος χρόα λευκὸν ἐπαυρεῖν,*

ἐν γαίῃ ἴσταντο.

Σ 245. *ϑ* 376. *π* 218.

Index eorum qui de accusativo cum infinitivo coniuncto disseruerunt:

A. De usu Homerico.

G. Englich, de infinitivo Homerico, dissert. inaug. Vratislaviae 1867, denuo typis expressa in programmate gymnasii Schrimmensis, 1868, p. 23—37.

C. H. Fleischer, de primordiis graeci accusativi cum infinitivo ac peculiari eius usu Homerico, dissert. inauguralis. Lipsiae 1870.

C. Hentze, der Accusativ cum Infinitivo bei Homer, Zeitschrift für das Gymn., Berlin 1866, p. 721—746.

Englichius rationem qua illa structura oriri potuerit non curavit, sed satis habuit ea verba enumerasse, quibuscum apud Homerum coniungitur. Scriptionis deinde, quam Hentzius publici iuris fecit, notitia primo me pariter atque Fleischerum fugerat, ita ut hanc dissertationem meam plane iam conscripsissem, priusquam mihi contigit egregiam illam commentationem inspicere eandemque fere explicandi rationem, quam equidem probavi, initam videre. Fleischeri denique dissertatione eo minus uti mihi licuit, quod certaminibus, quae in regio seminario philologico instituta sunt, commoti ad quaestionem illam tractandam uno eodemque tempore adiimus.

B. De accusativi cum infinitivo in universum, praecipue in lingua graeca et latina.

Apollonius Alexandrinus, de constructione orationis, ex rec. I. Bekkeri, Berolini 1817, p. 240. (Cf. Egger, Apollonius Dyscole, essai sur l'histoire des théories grammaticales dans l'antiquité, Paris 1854, p. 255; Schoemann, Jahrb. für class. Phil., 1869, pag. 218 sq.: Skrzeczka, die Lehre des Apollonius vom Verbum, Königsberg 1861, tom. III, pag. 19).

Billroth, lat. Gramm., § 250.

Blume, aphoristische Beiträge zur lat. Gramm., Heft 2: über den Accusativ cum Infinitivo vornehmlich im Lateinischen, Wesel 1850.

Bopp, über das Conjugationssystem der Sanskritsprache, Frankfurt a. Main 1816, p. 75 sqq.; Vergl. Gramm. III, p. 317—323.

G. Curtius, griech. Schulgrammatik, § 567: Erläuterun-

gen, 2. Aufl., Prag 1870, p. 197—201; zur Chronol. der indog. Sprachforschung, p. 260.

Delbrück, de infinitivograeco, Halis Sax. 1863.

Egger, notions élémentaires de grammaire comparée, 6e éd., Paris 1865, p. 136 sq.

Füisting, commentatio de natura accusativi cum infinitivo apud Latinos, Münster 1839.

Genberg, de verbo infinito Latinorum, Lundae 1837.

Gernhard, commentatio grammatica de natura et usu accusativi cum infinitivo apud Latinos, Wimariae 1821; denuo edita in eius opusculis, Lipsiae 1836, p. 1—23.

Golenski de infinitivi apud poetas latinos usu, Regimonti 1864.

Haase, Ergänzungsblätter zur Haller allg. Lit. Zeitung, 1838, p. 547; Reisig, Vorlesungen üb. lat. Sprachwissenschaft, p. 784, not. 601b.

Heidelbergische Jahrbücher der Literatur, 1816, p. 937 sqq.

Hirzel, theses de natura ac vi acc. c. inf., Stuttgart 1851.

v. Humboldt, indische Bibliothek, II, Bonn 1824, p. 117 sq.

Jacobs, Zeitschr. für das Gymnasialwesen, Berlin 1847, I, 3, p. 51.

Lange, Zeitschr. für österr. Gymn. 1855, pag. 728.

Merguet de accusativi cum inf. usu syntactico, Regimonti 1863.

Miklosich über den acc. c. inf., Sitzungsber. der phil.-histor. Cl. der kais. Akad. der Wissensch., Bd. LX, Wien 1868, p. 483—508.

Reisig, Vorlesungen üb. lat. Sprachwissenschaft, p. 783 sqq.

Rost, griech. Gramm., § 126.

Max. Schmidt über den Infinitiv, Ratibor 1826.

Schmitthenner, Ursprachlehre, Frankf. 1826, p. 161. 250.

Schömann, die Lehre von den Redetheilen nach den Alten, Berlin 1862, p. 46; Fleckeisen's Jahrbücher für cl. Phil. 1869, p. 209—239, u. 1870, p. 187 sqq.

Thiersch, griech. Gramm. § 197.

Töpfer, philosoph. Betrachtungen über die Construction des Acc. c. inf. in der griech. u. lat. Sprache, Luckau 1836.

Wachsmuth, de accusativo c. inf. disputatio, Halis Sax. 1815.

DE

GRAECAE LINGUAE PRODUCTIONE SUPPLETORIA.

SCRIPSIT

CAROLUS BRUGMAN

WISBADENSIS.

DE PRODUCTIONE SUPPLETORIA IN UNIVERSUM.

§ 1.

Vocalem brevem una vel duabus consonis explosis interdum produci, dudum intellectum est. Dixit de hac re iam Gellius, isque eam linguae affectionem ita descripsit, ut fatendum sit, de natura ac vi productionis suppletoriae ad novissimos usque annos nihil fere novi a linguae investigatoribus prolatum esse. Verba enim illius habes haec II,17,8 H. „Praeterea 'coiugatus' et 'conexus' producte dicitur. Sed tamen videri potest in his, quae posui, ob eam causam particula haec [*con*] produci, quoniam eliditur ex ea *n* litera; nam detrimentum literae productione syllabae compensatur.“ [1]) A scriptore romano continuo ad hanc nostram aetatem transeundum est: et ex eis, qui his temporibus de productione suppletoria scripserunt, primus commemorandus est Fridericus Augustus Pott, qui in prioris 'Quaestionum Etymol.' editionis vol. I p. 18 sq. nonnulla, quae ex lingua graeca ad genus illud syllabas producendi pertinent, accuratius tractans statuit, linguam unius pluriumve consonarum elisionem antecedenti vocali aut producenda aut in diphthongum immutanda compensare. Tum laudandus est Albertus Agathon Benary, qui in libro inscripto 'Röm. lautlehre, Berlin 1837' p. 235 sic productionem suppletoriam definivit: „Es tritt

1) De loco hoc, qui omnes, qui adhuc de productione suppletoria scripserunt, fugisse videtur et me quoque ipsum fugerat, monuit me socius studiorum amicissimus Curt Steffen.

wegfall [der aspirata vor tönenden buchstaben und nasalen] ein mit oder ohne ersatz der positionslänge durch naturlänge"; a qua definitione verbis magis quam re diversa sunt quae insequenti anno de illa Henricus Ludolfus Ahrens statuit in commentatione quae inscribitur 'Ueber die conj. auf *μι* im homer. dial.' p. 34, ubi primus ei nomen *productionis suppletoriae* (ersatzverlängerung) imposuit: idem de productione suppletoria disputavit in libro suo de dialectis graecis conscripto I 50. 200 sq. II 154 sqq. aliis locis. Sequitur Guilelmus Christ, qui in libro 'Grundz. d. griech. lautl.' inscripto, in quo uberius de product. suppl. disputat inde a p. 57, duplex illius genus ponit, sicut Pott fecit: dicit enim, elisa consona compensandi caussa antecedentem vocalem aut produci aut amplificari i. e. in diphthongum mutari. Vocalem simpliciter productam statuit in *ποιμήν* pro **ποιμεν-ς*, *πᾶς* pro **παντ-ς*, *εὐμενής* pro **εὐμενεσ-ς* etc., amplificatam vero in dativis *τιθεῖσι* pro **τιθεντ-σι*, *λέουσι* pro **λεοντ-σι* nec minus in futuris *σπείσω*, *σπείσομαι*, *χείσομαι*, *πεύσομαι*, *ἐλεύσομαι*, de quibus quidem haec habet p. 61: „sie sind aus den vollen formen *σπενδ-σω*, *πενθ-σομαι*, *χενδ-σομαι*, *πυνθ-σομαι*, *ἐλυνθ-σομαι* herzuleiten, indem nach dem ausfall der beiden dem *σ* vorausgehenden consonanten der vocal durch zulaut erweitert worden ist". Magis Benaryi definitioni sese applicat Gustavus Legerlotz, qui in commentationibus quibusdam in Kuhnii Annales insertis haud pauca huius productionis exempla accuratius tractavit. De cuius ratione quid sentiat, optime videre poteris ex tribus his quos ex illis commentationibus exscripsi locis: „Das dor. *ὥλαξ* lässt eine doppelte erklärung zu: entweder ist es aus einem *ὄλFαξ* auf die weise entstanden, dass das ursprünglich durch position verstärkte *o* bei dem schwinden des *F* zum ersatz gedehnt wurde wie im dor. *ὠρανός* . . .", K. Z. X 372; „die länge [futuri *ῥᾶνῶ*, Apoll. de adv. 600, 28] erklärt sich sehr einfach als positionsersatz (*ῥᾶνῶ* aus *ῥασνῶ ῥαδνῶ*)", K. Z. X 370; „was die gestalt der wurzel [*vardh*] in *βλω-*

θρός betrifft, so ist das *ρ* wie in *βλαστός* in *λ* übergegangen und vor den vocal *o* getreten, welcher zum ersatz der dadurch aufgehobenen position gedehnt worden ist (vgl. *πορεῖν πέπρωται* etc.)", K. Z. VIII 46. Dein commemoranda est Edmundi Goetzii dissertatio 'de productione syllabarum suppletoria linguae latinae' (Curt. Stud. I 2, 141 sqq.), in qua plurima e lingua latina productionis suppletoriae exempla collecta et disposita habes. Ex eadem lingua magnam exemplorum silvam congessit Guilelmus Corssen in nova editione libri sui 'Ueber ausspr.' etc. inscripti (I 633 sqq., cf. II 1017 sq.). Hic primus omnium rationem illius affectionis accuratius examinavit; dicit autem I 654 haec: „Die lautliche natur dieser ersatzdehnung erklärt sich am besten aus der dehnung des vocals in der aussprache vor den lautverbindungen *ns* und *nf*. Ursprünglich wurde *cŏn-sol* gesprochen, so dass *o* kurz war und *n* den festen dentalen laut hatte, dann *cōn-sol*, so dass *ō* gedehnt gesprochen wurde und *n* nur noch ein schwacher nasaler nachklang war, endlich auch mehrfach *cōsol*, indem auch jener nasale nachklang schwand. Ebenso lag zwischen **quă-s-lu-s* und *quā-lu-s* eine mittelstufe, die man annähernd durch die schreibweise **quā-(s)-lu-s* bezeichnen kann, indem das *s* nur noch schwach hörbar war und nun der länger ausklingende vocal *a* fast die ganze zeit ausfüllte, die früher durch das aussprechen des vollen *s* in anspruch genommen worden war, bis mit dem völligen schwinden des *s* die ganze zeitdauer desselben durch den vocalischen nachklang ausgefüllt wurde" etc. Eodem fere tempore de productionis suppletoriae natura ac vi Delbrück scripsit in Curtii 'Stud.' I 2, 138 sqq. Impugnat is vehementer tralaticiam quae circumfertur de hac productione sententiam eamque vocat 'iuridicam, quippe ex qua nulla alia de caussa vocalis producatur nisi ut linguae mora ne detrahatur' [2].

2) Cf. quae idem p. 138 dicit: „Der hergang kann nicht der gewesen sein, dass der eine consonant verschwand und nachher gewissermassen zum trost der vocal verlängert wurde."

Ipse autem rem eodem fere modo explicat atque Corssen, quocum etiam in hoc consentit, quod ante omnia id premit, vocalem non demum post consonantem iectam produci. Eandem sententiam quam Corssen atque Delbrück proposuerunt sequitur is qui postremo hoc loco nobis laudandus est Georgius Curtius 'Stud.' II 159 sqq., ubi nonnulla quae huc spectant luculentissime explanantur.

Igitur hos fere habes, qui adhuc productionem suppletoriam vel plenius tractaverint vel ita tetigerint, ut novi aliquid de ea proferrent. Iam autem antequam ad ea transeam, quae mihimet ipsi de illius natura ac ratione statuenda videntur, moneam, tum, cum Corsseniani libri editio altera et commentationes Delbrückii et Curtii illae in lucem prodierunt, paene totam hanc dissertationem iam absolutam fuisse, oblata autem in illis scriptis mihi esse singularia quaedam, quae cum me fugissent scripto huic etiam adiungenda viderentur, velut illa, quae Delbrückio auctore de vocum *βῖρθω*, *ῥῑνός*, *χρῡσός* al. longa vocali statuenda sunt, nihil contra oblatum mihi esse, quo cogi mihi viderer ulla ex parte ea, quae litteris semel mandaveram de productionis suppletoriae universa ratione, mutare. Quae quidem integra mihi exhibenda censui non quo ea, quae illi de eadem re exposuerunt, improbarem — videbis enim quae illi statuerunt non dissentire a meis —, sed quia plenius aliquanto et accuratius ego productionis suppletoriae vim ac rationem explanasse mihi visus sum. Sentio igitur de illa sic.

§ 2.

Nunquam ulla lingua postquam eiecit consonam aliquam, vicinam vocalem produxit aut in diphthongum mutavit quo syllabae imminutam quantitatem redintegraret; nunquam ulla lingua duarum consonantium postquam priorem vel posteriorem excussit, vocalem antecedentem produxit quo positionem diremtam resarciret eiusque iacturae succurreret; nunquam denique ulla lingua post consonam

eiectam vocalem vicinam produxit: sed longe aliae sunt rationes, quibus lingua in productione quae vocatur suppletoria ducitur. Atque sunt, ut quae vera eius sit natura recte intellegatur, ante omnia tria haec tenenda:

1. Consonae elisio non fit repente et uno quasi impetu, sed pedetentim paullatimque et ita, ut quo plus ponderis consona amittat, eo plenior et amplior fiat sonus vocalis.

2. Non quaelibet consonans cum compensatione explodi potest, sed eae tantum consonantes, quae dicuntur continuae.

3. A productione suppletoria acriter distinguenda et distinenda est alia quaedam linguae affectio quae in eo cernitur, quod consona aliqua continua postquam in vocalem dissoluta est, antecedenti cum vocali in diphthongum coalescit.

Iam ut haec paullo accuratius illustrentur, ad primam quam posui thesin confirmandam accedo. Consonas ut tum, cum sine compensatione eliduntur, ita etiam in productione suppletoria non uno ictu explodi sed paullatim dilabi et dissolvi certissimo documento sunt formae multae, in quibus cum vocalis ad productae vocalis mensuram iam progressa sit, consonans nondum evanuit sed magis minusve extenuata et debilitata permanet. Exempla talium formarum hic habes pauca e diversis linguis collecta, quibus infra permulta alia adicienda erunt: sanscr. *tutudvąsam* pro **tu-tud-vans-am* (acc. sing. masc. part. perf. act. a rad. *tud* tundere), lat. *côⁿsul* pro *consul*, sanscr. *sugîrshu* pro **su-gir-su* (locat. plur. a stirpe *su-gir* qui pulcram vocem habet), linguae boruss. vet. *tîrtis* = scr. *tṛtîjas*, lat. *tertius*, linguae francicae rhenanae *kâʳscht* pro *karst* (rastrum, ligo), gr. *δᾱ́Ϝιος* pro **δᾱ́Ϝιος*, scr. *açvâvant* pro *açvavant* (quasi *ἱππό(Ϝ)εντ*).[3]) Docent eaedem hae formae simul et hoc,

3) De singulis his vocibus accuratius infra dicetur.

qua ratione omnis illa affectio procedat. Procedit autem ea sic, ut primum consona continua minus distincte pronuntiari coepta particulam aliquam soni sui amittat eamque sibi vindicet vocalis, mox idem iterum iterumque fiat, quoad vocalis longae vocalis mensuram assecuta sit. Producta autem vocali, consonans aut prorsus iam conticescit, ut in *verbôsus*, *μέλᾱς*, *δᾶιος*, aut remanet mirum quantum extenuata et suimet quasi umbra, ut in *tutudvą̂sam*, *cô^{n}sul*, *kâ^{r}scht*. Quamquam interdum fieri videtur, ut vel post vocalem productam consonans vix soni sui detrimentum accipiat, ut in scr. *açvâvant*, *ǵâjatê* (pro **ǵajatê*), lesb. *ἐπιμέλημια* (pro **ἐπιμέλεϳα*); verum in hoc iudicio cautio adhibenda est, quoniam nescimus, spirantes in illis vocibus sintne plene et firme pronuntiari solitae an leniter atque exiliter: in lesbiaco saltem *ἐπιμέλημια* *ι* i. e. *j* exilem sonum habuisse inde colligam, quod in similibus illius dialecti formis, ut in *Κυπρογέννα* (§ 23, n. 10), eadem prorsus evanuit.

Transeo ad secundam thesin. Continuas tantum consonas cum productione vicinae vocalis elidi quamvis primo obtutu audacissime dictum videatur, tamen vere dictum est. In graeca certe lingua illud sic se habere docebit tota haec dissertatio[4]); sed in ceteris quoque linguis crede id item sese habere. Nam ubiubi post consonam explosivam eiectam antecedens vocalis producta videtur, illam consonam esse antea in continuam mutatam concedendum est. Sic ex *γίγνομαι* non *γ* litterae elisione fit *γῖνομαι*, sed proxime ex illa forma prodiit

4) Commemoro hic, quia infra commemorandi vix apta occasio offeretur, *πούς* multos putare productione suppletoria ex **ποδ-ς* natum esse; quod falsissimum est. Unde habeat reapse vox illa productam vocalem, recte perspexit Ahrens de dial. gr. II 175, ubi haec docentur: „*πός* est antiquissima forma, quam ab antiquiore lingua in compositis *τρίπος ἀελλόπος* servatam recentiores in *πούς* produxerunt eam legem secuti, quae voces monosyllabas correptam vocalem habere vetat."

γίνομαι i. e. *γ* transiit in consonam continuam, hinc demum *γίνομαι*; e **lac-na* in lingua latina proxime prodiit **lag-na*, ex hoc **lan-na*, inde demum *lâna* (v. § 9); ex **πάθ-μα* **πάσμα*, hinc **πάμμα*—*πῆμα*; ex lat. **fud-nis* **fusnis*, inde *fûnis*; e *sectius* **sehtius* (cf. umbr. *rehto* = lat. *rectus*), inde *sêtius* etc.[5]). In quo lex illa posita sit, perfacile est ad intellegendum. Cum enim eo vocalis productio efficiatur, quod vicina consonans morae suae illi aliquid cedit, apparet, consonas explosivas, quippe quae uno temporis momento ore emittantur nec habeant facultatem continue sonandi, cum elidantur, non posse vocali vicinae morae quidquam addere.

Sane iam per se intellegitur, non posse omnia quae ex linguis cognatis huc pertinent, quibus confirmetur legem illam omnibus in linguis indogermanis valere, hac in dissertatione congeri, nec non est mihi confitendum, non tantum me in plurimis illarum versatum esse, ut de unaquaque re, quae in tali quaestione in censum veniat, apud me sit certum iudicium. Spero tamen vel ex eis, quae modo dixi de illa re, ex eisque, quae infra e linguis cognatis ad graecae linguae productionem suppletoriam illustrandam afferam, intellegi posse, legem illam nusquam non valere.

De tertia autem thesi haec habeo. Quod *r* facile in *u*, *j* facile in *i* transit, positum est in affinitate quadam qua *r* cum *u*, *j* cum *i* continetur. Componuntur enim in *r* et *j* pronuntiandis loquelae instrumenta consimili modo atque in vocalibus *u* et *i* proferendis; unde facile fit, ut vox ea, quae consonanti continuae natura inhaeret, vocalis, ut ita dicam, colorem asciscat eoque paullatim in ipsam vocalem transeat. Igitur ita ex **μά-jo-μαι μαίομαι*, ex **ἐ̆-(σ)-Fα-δ-ε ἑ̄̆αδε*, ex *cav'-i-tum* apud Romanos *cautum* fit, ut

5) Saepius media illa forma a lingua servata est, velut forma ea, quae inter **retmus* (= *ἐ-ρετμός*) et *rēmus* intermedia est — *rēsmus* dico —, servata videtur in *triresmos* illo, quod legitur in Columna Rostrata C. I. L. I 195, 12.

spirans in vocalem transeat et deinde vocalis cum antecedenti vocali in diphthongum confluat. Id autem non magis ad productionem suppletoriam pertinere quam si ex **ἰδ-jω* (= scr. *svīd-jâ-mi*) ἰδίω vel ex **Fελη* Ἑλη (v. Curt. p. 513) vel apud Romanos ex **(a)s-jâ-m* (= εἵην) *siem—sîm*, ex **svīd-or *suidor — sûdor* fit, in propatulo est. Iam vero, quoniam illa **μάjομαι* formae in *μαίομαι* immutatio et quas alias exempli caussa proposuimus immutationes productionem suppletoriam nulla ex parte attingunt, vides ne hoc quidem probari posse, quod Christ (p. 58) de *αλ* et *ελ* syllabis apud Cretenses in *αυ* et *ευ* mutatis (ut in *αὖσος εὐθεῖν*) non secus dicit ac si id suppletoria quadam *α* et *ε* vocalium amplificatione factum sit. Quod *λ* liquida in *αὖσος, εὐθεῖν*, aliis in *υ* abiit, id eodem loco habendum est ac si ex **πιθ-τό-ς πιστός* vel ex **ret-mu-s resmus* prodit; quis autem, quaeso, in his formis contendere volet esse dentalem explosivam elisam, elisa explosiva compensandi caussa vocali antecedenti sibilantem subiunctam? [6])

Tria haec, de quibus modo exposuimus, si tenebis, facile iam productionis suppletoriae quae sit origo principalisque caussa intelleges. De ea enim haec fere statuenda mihi videntur.

Initium productionis suppletoriae fit, ut vidimus, a consonae extenuatione, cuius extenuationis fons et caussa est vis illa inertiae, quae ut in tota natura ita in lingua

---

6) E formis linguae francogallicae vetustioris *hault* (altus), *vault* (valet), *loiaulteis* (legalitas), aliisque id genus (v. Wackernagel 'Altfranzös. lieder u. leiche' p. 150) forsitan quispiam concluserit, et hic et in illis vocabulis creticis liquidam, antequam prorsus evanuerit, vocalem antecedentem produxisse. Sed ex illa scriptura *aul*, praeter quam etiam *al* atque *au* in eadem francogallica vetere lingua inveniuntur (sic habemus *healme - heaulme - heaume*: v. Wackernagel l. l.) nihil aliud colligere licet nisi hoc, postquam fusciorem sonum *l* liquida acceperit, ex hac consona *u* vocalem, natura ei insidentem, emanasse unaque iam cum liquida aliquamdiu auditam esse, quoad huius sonus prorsus conticuerit.

quoque summa potentia regnat ac dominatur. Iam autem cum quo magis consonantis corpus attenuatur eo maiorem campum vocalem occupare videmus, sumere non licet, linguam eo consilio vocalem producere, ne totius syllabae quantitas metrica imminuatur: nam hoc si sumas, qui tandem explicare possis quod — ut uno exemplo utar pro multis — ex *ἐροϝᾱ (cypr. ἐρουά, v. infra § 17, 8, ἐρωή, i. e. ex anapaesto bacchius fit?[7]) nec vero mehercle licet sumere, damni id, quod consonans ex extenuatione sua et dissolutione contrahit, resarcire studere linguam ut omnino relinquat illa aliquid quo se vixisse testetur; sed res sic se habet. Consonis continuis non solum hoc cum vocalibus commune est, quod et hae et illae facultatem habent continue sonandi, sed etiam eo consonantes continuae propius ad vocalium naturam accedunt, quod sonus quidam eis inhaeret quem physiologi nostri appellant '*stimme*' vel '*stimmton*'. Iam constat, cum sonus qui vocali inhaeret et sonus ille consonantis continuae inter se contingunt, in contagionis sede contractionem quandam et mixturam utriusque soni effici indeque fieri, ut lingua lente tantum et paullatim a vocali pronuntianda transire possit ad continuam pronuntiandam. Ubi igitur continuae consonae corpus extenuari coepta est, vocalis facile potest soni sui colorem consonantis sono impertire, et cum iam ab initio paullulum in consonantis corpus intraverit, nunc quo maius haec firmitudinis suae detrimentum accipit eo longius ipsa procedere potest. Ergo si acriter rem contemplamur, eam esse productionis suppletoriae rationem dicendum est, ut quo longius consonans continua, ex duabus illis naturis conflata, de consona sua natura recedat, eo plus vicinam vocalem de vocalicia (ut vocabulo haud antiquae fabricae utar) illius

---

7) Vides simul ex hoc exemplo (cf. etiam δᾱήρ pro *δᾰjήρ — *δαιϝήρ et multa alia vocabula, in quibus ϝ vel j cum productione suppletoria eiectum cernitur), quam sit illa opinio perversa, secundum quam vocales producuntur quo syllabae imminuta positio reficiatur.

natura sibi assimulare et asciscere. Quod rectissime dictum esse facile concedes, modo memineris, quam rationem multae linguae sequantur in pronuntiando *n* post vocales.

Praemissis his, quae ut procedente disputatione ipsa magis clarescent ita ad sequentia melius intellegenda non nihil afferent, ad specialem partem huius disputationis iam transeamus, in qua ita agemus, ut singulas deinceps consonas pertractemus quarum elisio vicinae vocalis productionem efficit, in eoque ubique linguarum cognatarum rationem habeamus, utpote quarum formae graecas formas persaepe clarissime illustrent atque illuminent.

DE NASALIBUS.

Generalia.

§ 3.

1. Gignuntur consonae nasales cum, facta inter oris partes quasdam coartatione, spiritus per nares ita editur, ut aer qui est in cavo nasi vibrare et oscillare incipiat. Efficitur autem oris coartatio ad palatum in *n* gutturali (*ṅ*) pronuntiando item ut fit in *k* et *g* proferendis; iuxta dentes coartatur os in dentali nasali *n* enuntianda, id quod idem fit in *t* et *d* pronuntiandis; labiis denique coartandis vel comprimendis, ut fit in explosivarum *p* et *b* pronuntiatione, gignitur nasalis labialis *m*. Quantum igitur ad coartationes quae in oris cavea ad consonas proferendas efficiuntur attinet, summa inter nasales et explosivas intercedit necessitudo. Cum autem neque in his neque in illis pronuntiandis oris instrumenta similem aut parilem in modum composita sint atque componantur illa necesse est ad vocalem ullam gignendam, non magis *ṅ*, *n*, *m* transire possunt in vocales quam *g*, *d*, *b* vel *k*, *t*, *p* (cf. ea, quae § 2 ad tertiam quam posuimus thesin adnotavimus), ob eamque rem errant qui τύπτουσα et (lesb.) παῖσα *v* consonantis in *υ* et *ι* dissolutione

orta putant ex *τύπτονσα* et *πάνσα*, nec rectius profecto *τιθέᾶσι*, *διδόᾶσι*, *δεικνύᾶσι* quidam opinantur *ν* nasalis in *α* mutatione ex **τιθενσι*, **διδονσι*, **δεικνυσι* (cf. § 4, b, 1.) itemque *-ασαι*, *-ασο* ex *-νται*, *-ντο* nata esse (v. Lhardy 'Quaest. de dial. Herod.' II 5; Ahrens 'Ueber die conj. auf *μι*' p. 13).

2. Hac igitur ex parte nasales et vocales nulla inter se continentur affinitate. Sed alia quadam ex parte nulla consonans tam prope ad vocalium naturam accedit, quam nasales. Quod in quo situm sit, dicit Bruecke 'Grundz. d. physiol. u. system. d. sprachl.' p. 31 hisce: „Sie [sc. nasales] haben mit den vocalen gemein, dass sie nicht wie die übrigen consonanten ein von der stimme unabhängiges eigenes geräusch haben, sondern nur auf resonanz beruhen". Inde enim manat quod nasales omnium consonarum mollissimum fluxissimumque sonum habent tantulumque in eis est firmitudinis et soliditatis. Hinc vero fit ut ante nullam consonam vocales totiens productionem suppletoriam patiantur quoticns ante nasales; nam quo infirmiores sunt consonae, eo minus potestati illi inertiae resistere possunt, quae est caussa qua omnis productio suppletoria efficitur.

Fit autem productio vocalium ante nasales non quibuslibet condicionibus, sed plurimis in linguis tum solummodo, cum nasalem alia consona continua insequitur. Ante vocales qua de caussa nasales elidi non soleant, per se apparet, neque difficile est ad intellegendum, unde fiat quod nasalis cum in *πάνσα* cum compensatione exteratur, integra relinquitur in *πάντα*, *ἄμπελος*, *ἄγχων*. Redit enim id ad legem illam longissime in phonologia patentem, quae in eo cernitur, quod quo minus aequales et pariles soni duo sunt qui inter se contingunt, eo minus inter eos exoritur, ut ita dicam, discordia et pugna. Amat igitur lingua mollium nasalium cum durioribus ac solidioribus explosivis consociationem facillimeque his illae sese applicant[8]). Haec autem cum ita

8) Cognoscitur id in primis ex illo, quod haud raro ante consonam explosivam, quae est syllabae radicalis ultima littera quamque vocalis

sint, neque per se veri simile est, ulla in lingua nasalium ante explosivas eiectionem frequentatam esse, et revera paucula talis eiectionis deprehenduntur exempla. In graeca quidem lingua habes nasalem ante explosivam eiectam in his formis:

Fίκᾰτι, **εἴκοτι* (unde *εἴκοσι*) ex **Fίκαντι* = lat. *viginti*; asservavit nobis Hesychius formam *ἴκαντι*. Eadem autem nasalis explosa cernitur in scr. *viçati* et in hibern. *fichet*.

Ἑκατόν pro **ἑν-καντον* = lat. *centum:* cf. scr. *çatam*. Item dor. *τριακάτιοι* (att. *τριακόσιοι*) pro **τριακάντιοι* etr.

Δέκατος pro **δέκαν-το-ς*: cf. got. *taihun-da* (st. *taihunda-n-*)[9]).

---

praecedit, nasalis inseritur ad syllabae pondus quasi augendum, ut in *λύγξ*, *ἰνδάλλομαι*, *γρομφάς*; hoc enim syllabae corroborandae instrumentum lingua certe non adhibuisset, si nasaliam explosivarumque copulationem non amaret. Cf. Pott II² 451 sqq., Curt. p. 53 sqq.

9) *Ἑκατόν*, *δέκατος* ex **ἑκαντόν*, **δέκαντος* prodiisse docent praeterea formae arcadicae *ἑκοτόμβοια* et *δεκόταν* (C. I. n. 1513). Gelbke (de dial. arcad. p. 16) iudicat de his formis sic: „In *δεκόταν* et *ἑκοτόμβοια* fortasse *κ* littera caussa fuit *α* vocalis in *ο* mutandae. Nam et ante et post litteram gutturalem in omnibus dialectis *α* passim in *ο* abiisse, id quod Ahrensius negavit (II, 582), dor. *καθαρός* et vulgare *δοκέω*, *κοχώνη*, *ὀκτώ*, *εἴκοσι*, si cum *καθαρός* et scr. *daças*, *kakshas*, *ashṭáu*, *viçati* comparantur, evidenter declarant." Sed haec concedi non possunt. Nam praeterquam quod formis illis vel plurimae opponi possunt, in quibus *α* prope *κ* in *ε* abierit, non satis illud v. d. respexisse videtur, distinguendas esse eas *α* vocalis immutationes, quae iam ante linguam in dialectos digressam invaluerant (*δοκέω*, *κοχώνη*, *ὀκτώ*), ab eis, quae in singulis demum dialectis factae conspiciuntur (*εἴκοσι*, *καθαρός*, *δεκόταν*, *ἑκοτόμβοια*). Eo enim tempore, quo lingua graeca in dialectos discedere incipiebat, breves vocales inter duas explosivas consonas positae certum suum colorem fere iam asciverant atque eae tantum breves vocales, quae iuxta continuam consonantem collocatae erant, etiam postea in singulis dialectis mutationes varias passae sunt. Quae cum ita sint, formarum *δεκόταν*, *ἑκοτόμβοια*, *εἴκοσι* (pro **εἴκοτι*), *καθαρός* *ο* litteram non licet ex vicinae explosivae natura explicare, sed aliunde illa explicanda est. Et in tribus quidem prioribus vocabulis *α* vocalis obscuratio haud dubie nasali quam antiquiores formae habuerunt debetur, *καθαρός* vero aut referendum est ad *kvadh* (**Fαθ*),

Terminationes *-αται*, *-ατο*, velut in *γεγράφαται*, *βεβλήαται*, pro **-ανται*, **-αντο* (*βεβλή-αται*: *βέβλη-νται* = *νῆ-ας*: *ναῦς* i. e. **ναῦ-νς*). Eadem huius nasalis elisio occurrit rursus in lingua sanscrita: *bibhr-atê*. Interdum etiam ex activi terminatione *-anti* nasalis exploditur, ut in *ἐθώκατι* quod Hesychius tradit (cf. Pott II² 966), *πεφύκᾰσι*, *πεφήνασι*, quae proxime derivanda sunt ex **πεφύκᾰτι*, **πεφήνᾰτι* (cf. Ahrens II 328), in oscis *set*, *censazet*, in hibern. *it* (sunt), *berat* (ferunt), aliis.

Praefixum *ἀν-* ante consonantes nasalem amittit, ut in *ἄ-τεκνος*, *ἄ-παις*, cum servetur illa ante vocales, ut in *ἄν-αρθρος*, *ἀν-ώνυμος*. Eadem nasalis huius fuga conspicitur in linguis scr., zend., umbr. Vid. Curt. p. 286.

Minus confidenter iudicem de suffixo *vat* (*Ϝοτ*, *Ϝετ*), praeter quam formam linguae etiam *vant* (*Ϝοντ*, *Ϝεντ*) habent, quippe quoniam nescitur, annon *vat* antiquior suffixi forma sit eique postea demum interdum syllabae corroborandae caussa nasalis inserta sit, atque de vocibus *ἕκαστος* et *ἑκάτερος*, quae cum plerumque prius ad formas **ἕν-καστο-ς* et **ἑν-κάτερο-ς* (cf. 'unusquisque') relatae sint, nunc ab Allenio ('Stud.' III 248 sqq.) sat probabiliter ex **σϜέ-καστο-ς* ('quisque seorsim') et **σϜε-κάτερο-ς* ('uterque separatim') ducuntur, qua in deductione ille praecipue forma *Ϝέκαστος* nuper protracta nititur.

Sed omnia illa extrusae ante explosivam nasalis exempla vides ita comparata esse, ut illud, quod dixi, linguam nasalium cum mutis consociationi summo opere favere, minime infirment; etenim voces illae ac terminationes ex usitatissimis tritissimisque linguae formis sunt, itaque minime est mirandum, ad syllabae formae talis pondus sublevandum consonam eius unam eamque levissimam elidi; indidem

---

ad quam formam Benfey II 169 non sine magna probabilitate sanscr. radicem *cudh* revocandam opinatur, aut ad **καυθαρός* (cf. Allen 'Stud.' III 223). Discimus igitur ex formis *δεκόταν*, *εκοτόμβοια* simul et hoc, antiquiorum formarum **δέκαντος*, *ἑκαντόν* nasalem viguisse etiam in singulis linguae dialectis (cf. Hesychianum *ἵκαντι*).

autem simul et hoc facile intellegitur, quo pacto factum sit ut nasalis omnibus illis in formis sine antecedentis vocalis productione eiceretur. Quod vero, ut ex enumeratis illis vides, plerumque etiam in linguarum affinium formis eis, quae graecis respondent, nasalis sine compensatione eiecta conspicitur, confirmat ea, quae dixi, vel maxime, quoniam linguae hae non aliter ac lingua graeca nasales cum compensatione elidere solent.

Igitur formae illae, in quibus nasalem ante explosivam sine compensatione elisam habemus, confirmant potius regulam quam infirmant. Praeterea autem in lingua graeca vix aliud occurrat certum exemplum nasalis ante explosivam consonam sine compensatione elisae. Cum compensatione vero nasalis ante mutam explosae omnino nullum apud Graecos invenitur exemplum, nullum saltem quod ulla ex parte certum sit. Nam primum quod Christ p. 61 *λίψομαι, λήξομαι, δήξομαι* indicat productione suppletoria ex *λάμψομαι, *λάγξομαι, *δάγξομαι* orta esse et Oeconomides *Ἐπιοίκια Λοκρῶν γράμματα* p. 89 *λείπω* ad **λίνπω, λείχω* ad **λίνχω, πεύθομαι* ad **πίνθομαι* reducit, nullum omnino facit momentum. Lingua duplici modo syllabarum radicalium vim et pondus effert, aut ita, ut consonae finali nasalem praeludat, aut vocali amplificanda[10]). Illud fecit in *τυγχάνω, λαμβάνω* al., hoc in *λείπω, πεύθομαι* al. Interdum autem utrumque corroborandae syllabae instrumentum lingua in una eademque radice adhibuit. Sic Graeci *κέκληγα* et *κέκλαγγα* dixerunt, *πεφευγώς* et *πεφύγγως* (sic quidem Lesbii), *εἴληχα* et *λέλογχα, Προμηθεύς* et *Προμανθεύς* (hoc Thurini: v. Adalb. Kuhn 'Herabk. des feuers' p. 17, ubi conferuntur cum graeco nomine scr. *pramantha; manthas, manthâmi*), *Φῖκα* (Boeoti; cf. lat. *figo*) et *Σφίγγα, ἀπεπυδάρισα* et *πύνδαξ* et quae simili ratione continentur. Maxime igitur errant si qui *κέκληγα* factum esse dicant e *κέκλαγγα*

10) *Amplificationis* verbo hac in dissertatione utimur ad id significandum, quod nos Germani '*steigerung*' vel '*zulaut*' nominare solemus.

vel *Προμηθεύς* ex *Προμανθεύς*; videsque, quid de Christii et Oeconomidis opinionibus illis iudicandum sit. Nec vero magis probari potest Leonis Meyeri sententia quae est de origine *ω* vocalis participiorum *τεθνηώτες*, *μεμαώτες* et similium; putat ille, vocalis productionem referendam esse ad elisionem nasalis quam suffixum horum participiorum habuerit: est potius referenda illa, ut infra demonstrabo § 20 n. 13, ad elisionem digammi a quo suffixum primitus incepit (**τεθνη-Fότ-ες*, **μεμα-Fότ-ες*). Dein verbum quoddam *γρωθόνη* Legerlotzium K. Z. X 378 e *γρονθόνη* derivare, commemorasse hic satis habeo, deque re ipsa expositionem illius inspicias velim, quam ne sis probaturus non vereor. Restant duae voces, de quibus minus quidem confidenter iudicem quid statuendum sit, quas tamen nemo pro certis eius immutationis, de qua agitur, exemplis proponere poterit; sunt autem *χελιδών* quod latino *hirundo* respondet et *ξουθός* quod idem significat atque *ξανθός*. Quis enim pro certo dicat, inter *χελῑδών* et *hirundo*, inter *ξουθός* et *ξανθός* non intercedere eandem rationem quae inter *κέκληγα* et *κέκλαγγα*?

Apud Romanos nasalis inter vocalem et consonam explosivam cum compensatione elapsae exemplum reperitur nullum, ut iure contendit Goetze in diss. saepius iam a me laudata § 19[11]).

Sunt contra quaedam in vetusta lingua hibernica, ut *sét* = cambr. vet. *hint*, got. *sinths*; *cét* = brit. *cant*, lat. *centum*; *dét* = brit. *dant*, lat. *den(t)s*; *cóic* (e Schleicheri coniectura pro **côci*: comp.[2] p. 497) = lat. *quinque* (v. Zeuss G. C. I 52), nec non inveniuntur exempla in lingua lituanica, et evanescit quidem hic fere semper nasalis cum

11) Corssen K. Z. III 261 *Cliternum*, *Clitumnus*, *κλῑτύς* indicat nata esse ex **Clinternum* 'die am bergesabhang liegende', **Clintumnus* 'bergabstürzender strom', *κλιντύς*. Sed nec voces latinae nec vox graeca nasalem amiserunt, verum sicut praeter radicem *qev* est *qa*, praeter *γεν γα*, ita praeter *klin* est *kli* et ex hac quidem radicis forma, quae quam illa vetustior putanda est, descendunt *Cliternum*, *Clitumnus*, *κλῑτύς*.

compensatione ante *t* atque ante *d* imperfecti et part. praes. et ante *k* imperativi, sed magis hoc est linguae volgaris quam sermonis eius, quo in scriptis utuntur; habes e g. *pi̯-ti* = *pìn-ti* (inf. 'plectere'), *bálti̯-davau* = *báltin-davau* (imperf. 'dealbabam') *bálti̯-k* = *báltin-k* (imperat.) ctr. (v. Schleicher 'Litauische gramm.' p. 74 sq., comp. p. 319)[12].

Finibus iam determinatis, quibus nasalium qnae fit cum praecedentis vocalis productione eiectio in lingua graeca circumscribitur, videamus nunc, quales mutationes intra hos fines efficiantur. Et primum quidem disputabimus de *νσ*, quae ex omnibus nasalium cum aliis continuis coniunctionibus longe est creberrima.

3. Raro Graeci *νσ* integrum reliquerunt. Solae excipiuntur dialecti Cretensium et Argivorum, ex quibus nobis traditae sunt formae *πάνσας*, *τόνς*, *ὑπαρχόνσας*, aliae paucae (v. Ahrens II 104; Helbig 'Quaest. de dial. cret.' p. 30). E communi autem sermone huc pertinent *ἕλμινς πείρινς* et voces quaedam rarissimae, quae pullulaverunt e stirpibus in *ν* cadentibus accedente suffixo aliquo quod a *σ* consona incipit, ut *ὕφανσις*, *κίμανσις*, *πέπανσις* et *πέφανσαι*, quod quidem genus cum in libris grammaticis laetissime floreat, subdubitem tamen ne ullo tempore vixerit in lingua. Dein huc pertinet homericum *κένσω*; postremo arcadica *κρίνωνσι παρειάξωνσι*, de quibus v. § 4, b, 1.

Ceteroquin igitur nasales ante *σ* constanter eliduntur. Eliduntur autem sine compensatione ante *σ* cum consona, cum compensatione ante *σ* cum vocali. Sic sine compensatione *ν* explosum est in

12) Quae e lingua Saxonum vetusta et e lingua Anglosaxonum huc pertinere videantur, ut sax. *ôther* (= got. *anthar*, theod. vet. *andar*), *sôth* (= theod. vet. *sand*), anglosax. *ôdher* (= sax. *ôther*), *gûdh* (= theod. vet. *gund*), *mûdh* (= got. *munths*) alia, valde vereor ne non liceat huc trahere; nam anglosax. *dh* et sax. *th* sunt continuae, ac nasalem non prius evanescere ex illis vocibus coepisse quam ex explosiva vicina continua facta sit, inde colligendum est, quod ante *t* et *d* in illis dialectis *n* integrum servatur.

hisce vocabulis, quibus facile alia multa addi possunt: *πάσχω* pro **πάν-σκω* (Curt. p. 653); *κεσιός* pro **κενσιός *κενι-ιό-ς*; hom. *πέποσθε* pro **πέπονθ-τε*; *ἀνελόσθω* pro **ἀνελόντ-τω* (Curt. 'Stud.' II 450); *σύσιασις* pro **σύν-σιασις*; lesb. *ὀσκάπτω* pro **ὀν-*, **ἀν-σκάπτω*; *πεντηκοστός* pro *πεντηκονστός*, **-κοντ-ιό-ς*. Solis autem in vocibus hisce *ν* ante *σ* cum consona ejectum cernitur cum compensatione: *ἔσπεισμαι*, *ἐσπείσθην* a stirpe *σπενδ*, *πεῖσμα*, *πείσιρ* a st. *πενθ*, *κεκίλισμαι*, *ἐκυλῖσθην* a st. *κυλινδ*; verum cum ab eisdem stirpibus *σπείσω*, *ἔσπεισα*, *πείσομαι*, *πεῖσις*, *κυλῖσω*, *ἐκύλῖσα* formata videamus, quorum formatio cum universa regula concinit, sumere licet, ad harum formarum similitudinem in illis productionem suppletoriam adhibitam esse. Ab altera regula, secundum quam *ν* ante *σ* quod sequitur vocalis cum compensatione eliditur, abhorrere videntur *μέλᾶσι*, *δαίμοσι*, *σωφροσύνῃ*, *χαρίεσι*. Sed videntur tantum abhorrere; reapse haudquaquam abhorrent. Nam terminatio dativi pluralis *-σι* nata est ex *-σFι*; hinc proxime forma epica *-σσι* et ex ea forma volgaris *-σι*, itaque in *μέλᾶσι*, *δαίμοσι*, *χαρίεσι* credo *ν* explosum esse eo tempore, quo terminatio nondum ad exiliorem formam redacta erat[13]), itemque *σωφροσύνῃ* non natum putaverim ex **σωφρον-σύνῃ* sed ex **σωφρον-σFάνῃ*; suffixo **-σFάνῃ*, unde postea *-σύνῃ*, respondet

13) Ponam igitur hanc formarum seriem: ** δαίμονσFι—*δαίμονσσι—*δαίμοσσι—δαίμοσι*, itemque **χαρίεντσFι—*χαρίενσFι* etc. Hunc quidem dativum alii, ut Curtius ('Erläut.' p. 60) et Westphal ('Method. gramm. I 1, 355), censent continere exiliorem suffixi *Fετ* formam: *Fετ*, qua forma femininum *χαρίεσσα* pro **χαρι-Fετ-jα* uti constat (utra forma comparativus *χαριέστερος* et superlativus *χαριέσταιος* utantur incertum est, quippe quoniam neque ex *Fετ-τ-* neque ex *Fετ-τ-* aliud quidquam fieri potuit quam *Fεσ-*). Sed in masculino unum dativum pluralis exiliorem suffixi formam ascivisse, cum ceteri casus omnes formam *Fετ* exhibeant, parum mihi credibile est. De dativis *πᾶσι τιθεῖσι λιποῦσι* et similibus, in quibus putandum est nasalem tum demum evanescere coepisse, cum *σFι* iam abiisset in *σι*, infra disputabitur § 4, c.

sanscr. *-tvana*, zend. *-thwana*, v. Schleicher comp. p. 469 [14]). Ergo hae quidem formae a regula illa non recedunt. Recedunt vero ab ea accusativi plur. III decl., quippe qui desinant in *-ᾱ̆ς*, ortum ex **-ᾰνς*, et formae Doridis haud paucae, quae *ν* ante *ς* finale sine compensatione eiectum habent. Sed illud *ν* in terminatione *-ᾱ̆ς* elisum eodem loco habendum est cum nasali in terminationibus *-ατι*, *-ατο* eiecta idemque illud, quo hanc elisionem excusandam supra iudicavimus, etiam illi elisioni, quam nasalis in accusativi pl. III decl. terminatione patitur, excusationem quandam dat [15]); et quod ad formas illas doricas attinet, quas collectas habes apud Ahrensium II 172 sqq., ante omnia hoc tenendum est, Dorienses eosdem qui *τός* pro *τόνς*, *χαρίες* pro **χαρίενς* etc. dicunt etiam *ἰαρές* dicere pro **ἰαρέες*, *Λατός* pro **Λατόος*, *ὥρᾱ̆ς* pro **ὥρᾱνς* etc. (v. Ahrens l. l.); ergo productionis suppletoriae ipsam rationem haec syllabarum finalium correptio minime attingit, id quod etiam ex hoc cognoscitur, quod illi Dorienses in media quidem voce aeque atque ceteri omnes *ν* ante *σ* quod vocalis sequitur constanter cum compensatione explodunt. Cf. quae de huius syllabarum finalium correptionis ratione Ahrens exposuit p. 177 sqq.

4. Videamus iam, qua ratione *πᾶσα* ex *πάνσα*, *ἱστᾶσα* ex *ἱστάνσα* etc. prodiisse credenda sint. Ex eis, quae § 2 disputavimus, concludendum est, in vocibus illis nasalem sensim paullatimque dissolutam atque dilapsam esse et ita, ut antea iam producta fuerit *α* vocalis quam nasalis sonus plane conticuerit; significare possumus formam hanc vocis *πᾶσα*, quae, nondum prorsus dilapsa nasali, vocalem iam productam habet, sic: *πᾱ̃ᵛσα*. Iure autem nos sumere, talem formam tempore quodam valuisse et viguisse, non solum universa quam secuntur linguae in productione suppletoria ratio docet, verum etiam linguarum cognatarum

14) Ex **-ϝάνη* eodem modo **-σϝάνη*, *-σύνη* atque ex **katvaras*: **πίσϝαρες* (cf. *τέσσαρες* pro **τέσϝαρες*) *πίσυρες*. Cf. etiam *σφώ* pro **ϝφώ*.

15) Accuratius de his accusativis infra disputabitur § 4, a.

comparatio, utpote in quibus frequentissime formae occurrant tales, qualis est illa *πᾶ^ν σα*.

Et primum quidem constat, apud Romanos antiquissimis iam temporibus vocales, si quas nasalis cum consonanti continua colligata sequeretur, volgo productas esse simulque nasalem in sonum eum abiisse, quem grammatici sanscriti vocant *anusvâra:* dixerunt Romani *cô^nsul, sê^nsi, sapiê^ns, î^nsanus, î^nfelix*[16]). Nonnumquam autem nasalis prorsus evanuit in hac lingua, ut in adiectivis in *-ôsus* exeuntibus, in comparativis in *-ôr-* i. e. *-ôs-* desinentibus (*meliôrem* pro *meliôsem — *meliônsem*), in accus. plur. II decl., ut in *equôs* pro **equons* (v. § 4, a, 4) al. Cf. Corssen I[2] 251 sqq., Brambach 'Ueber die neugestalt. der orth.' p. 266 sqq. In lingua sanscrita *n* ante *s* volgo in anusvâram abire simulque quae antecedit vocalem interdum produci inter omnes nota res est: ita fit ex **tutud-vans-am tutudvą̂sam*, ex **bhû-jans-am bhûją̂sam*. Nasalis autem cum compensatione plane exstinctae exempla hac in lingua paucula tantum deprehenduntur, ut *jâsat* Rigv. pro *jąsat* a *jam*, *râsîja* (ibid.) pro *rąsîja* a *ram* (cf. Benfey K. Z. IX 104). Etiam in lingua hibernica vetusta haud raro vocales ante *n* cum alia continua sociatum producuntur, idque fit aut cum nasalis extenuatione aut cum eius plena dissolutione, ut ex **sens* nascitur *sians* i. e. *sêns* = lat. *sensus*, ex **dori-gen-sa(n)t dorigénsat*, ex **cins cís* = lat. *census*, ex **mins mís* = lat. *mensis*, ex **infurnn ífurnn* = lat. *infernum*[17]) ctr. (Zeuss G. C. I 32. 439. 26). Non minus in lingua lituanica *n* ante *s* cum productione antecedentis vocalis extenuari solet: sic fit *pį́siu* ex *pin-siu* 1. pers. fut. act. 'plectam', *siųsiu* ex **siunt-siu* ('mittam'). Olim *pį́siu siųsiu* pronuntiabantur ut *pi^nsiu, siû^nsiu*, sed hodie ubique

16) Sonus hic nasalis debilis in denario quodam Caesariano peculiari signo scriptus legitur: PARE:S; v. Ritschl 'Priscae Lat Epigr. Suppl.' I (Bonnae a. 1862 ed.) p. XV sq.

17) Mire cum forma hibernica concinit lat. *iferos* quod legitur in inscriptione quadam apud Orell. Henz. (Goetze § 18).

talibus in formis nasalis plane conticuit, ita ut *ī ū ą* nunc nihil aliud valeant nisi *î û â*: hodie igitur productio ea suppletoria in hac lingua quasi perfecta et ad finem suum perducta est. V. Schleicher 'Lit. gramm.' p. 73 sq., comp. p. 319. Denique ne ex linguis germanicis nihil afferam, commemoro, in lingua volgari francica rhenana pronuntiari *âⁿsêⁿ* pro *ănsehn*, *âⁿfang* pro *ănfang*, *ûⁿsinn* pro *ŭnsinn* aliaque id genus, et in lingua Anglosaxonum atque in vetusta lingua scandinavica *n* saepius ante *s* cum compensatione excuti, velut in *âs* vel *ôs* pro *ans*, *gôs* pro *gans* (v. in primis Kirchhoff 'Das got. runenalph., Berl. 1851' p. 28). — Eodem igitur modo Graecorum *πάνσα* primum in *πᾱ̓σα* et dehinc in *πᾶσα* transiisse credendum est.

5. Ingreditur autem lingua graeca, ubi nasalis cum *σ* quod vocalis sequitur concurrit, non semper eam immutationis viam, ut nasalem removeat, *σ* servet: sed videmus interdum etiam *σ* superari a nasali. Pertinent huc aoristi stirpium in *ν* cadentium, ut *ἔφᾱνα*, *ἔμηνα*, *ἔκρῑνα*, *ἄμῡνα* (Doridis hae sunt formae), quos aoristos natos esse constat ex **ἔφανσα*, **ἔμενσα* etc. Sumendum autem est, ex **ἔφανσα* primum prodiisse *ἔφαννα*, quae est forma lesbiaca, inde tum *ἔφᾱνα* eadem ratione natum esse qua *πᾶσα* ex *πάνσα*, ita dico, ut nasalis vocalem *α* subsequens paullatim extenuaretur, dissolveretur, excuteretur. Iam vero quid sit caussae, cur ex *ἔφανσα* non factum sit *ἔφᾱσα* sicuti ex *πάνσα πᾶσα* natum videmus, facile est ad intellegendum. Cernitur enim in hac re linguae studium quoddam *ν* nasalis, quae toti verbi declinationis rationi proprietatem suam subministret eique tanquam nota attributa sit, quam maxime integrae servandae (cf. Curtius 'Ueber die tragw. d. lautgesetze, 'Ber. d. königl. sächs. ges. d. wiss. 1870 p. 23). Quo forsitan id caussae accedat, quod etiam in aoristis stirpium earum, quae in *λ* et *ϱ* desinunt, *σ* antecedenti liquidae assimulatur et dein prior liquida cum compensatione eliditur, ut in *ἔτῑλα* ex **ἔτιλσα*; scilicet ex *ἔτιλσα* nihil aliud fieri potuit praeter *ἔτιλλα* — *ἔτῑλα*: itaque ad hanc

similitudinem etiam in ἔφανσα σ esse antecedenti nasali assimulatum non incredibile est [18]).

De χί̯ν-, μί̯ν-, aliis quibusdam, in quibus non aliter quam in aoristis illis σ a nasali superatum cernitur, sub n. 7 agemus.

6.[19]) Iam vero id maxime nobis agendum est, ut explicemus, quinam factum sit, ut ex τιθένσα, τιθέν̯ς, τύπτονσα, ἁλόν̯ς cum in Doride severiore (excipienda est dialectus Argivorum et Cretensium) τιθῆσα, τιθί̯ς, τύπτωσα, ἁλώς orirentur, in ion. et att. dial. τιθεῖσα, τιθείς, τύπτουσα, ἁλούς nascerentur et in dial. lesb. ex τύπτονσα, ἁλόν̯ς τύπτοισα, ἅλοις, utque ex πάνσα cum in Iade et Atthide et Doride πᾶσα nasceretur, in lesbiaca dialecto rursus παῖσα prodiret, et ut ex (lesb.) ἔμενσα cum in Doride severiore ἔμην̯α prodiret, apud reliquos Dorienses et in Iade et Atthide ἔμεινα fieret [20]). Atque dicamus primum de Iade et Atthide, in quibus dialectis constanter ει et ου offeruntur ubi Doris severior η et ω exhibet. Et in inscriptionibus quidem atticis vetustis pro eis diphthongis ει et ου, quae productione compensatoria nata sunt, constanter scribuntur E et O, contra pro eis ει et ου, quae coaluerunt ex ε + ι

18) Valde notabile est, quod etiam in lingua hibernica, in qua volgo nasalem sequenti continuae cedere vidimus, tum quidem nasalis secundam continuam superat, cum syllabam radicalem illa terminat et quae subsequitur consonans prima littera terminationis alicuius est. Stirps verbalis *gen* (facere) procreat ex se pluralem praeteriti hunc: 1. pers. *dori-gén-sam*, 2. p. *dori-gén-sid*, 3. p. *dori-gén-sat* (inveniuntur etiam brevi *e* scripta). 3. pers. singul. proprie esset *dori-gen-si* vel *dori-gén-si* (ut *gab-si*, *foid-si*, alia), at est *dori-géni* (vel *-genì* vel adeo *-gnì*). Ex **infurnn* prodit, ut vidimus, *ífurm*: contra ex **do-gen-fa* (3. pers. sing. fut.; *-fa* = lat. *-bit*) *dogéna* nascitur. V. Zeuss G. C. I 439.

19) Cf. ea, quae sub hoc numero exposuimus, cum eis, quae de eadem re plenius exposuit Dietrich K. Z. XIV 48 sqq.

20) Quod *a* in ion. et att. dial. saepius in *η* producitur, ut in ἔρηνα, id peculiarem explicationem non postulat. Quocirca rem ipsam hic commemorasse satis sit.

et *o* + *v*, non minus constanter scribuntur *EI* et *OY*, velut *EYKΛΕΙΔΕΣ*, *ΠΟΛΕΙ*, *ΒΟΥΤΑΔΕΣ*, *ΣΠΟΥΔΙΑΙ*; v. Dietrich l. l. p. 53. 65. Ex quo colligendum est, *ει* in *τιθεῖσα* (pro *τιθένσα*) aliter tunc pronuntiatum esse quam *ει* in *Εὐκλείδης* (pro **Εὐκλε(F)ίδης*), atque *ου* in *τύπτουσα* (pro *τύπτονσα*) aliter quam *ου* in *βοῦς* (= scr. *gâus*); et hoc quidem veri longe simillimum mihi videtur, *OY* (*BOYΣ*) pronuntiatum esse ut ‘ou’, *O* autem (*ΤΥΠΤΟΣΑ*), ita ut nos etiamnunc pronuntiare solemus, *EI* (*EYKΛΕΙΔΕΣ*) ut ‘ei’, *E* vero (*ΤΙΘΕΣΑ*) consimiliter atque *e* illud, quod Francogalli vocant ‘é fermé’, et Romanorum illud *EI*, quo designatur sonus qui intermedius est inter *ê* et *î* (v. Ritschl opusc. II 624)[21]. An credas forte, tam diligenter antiquos Atticos *E* et *EI*, *O* et *OY* distinxisse et distinuisse, si *E* et *O* *διφθόγγως* i. e. ita ut *EI* et *OY* pronuntiassent? At enim iam quaesiveris ex me, quinam factum esse credi possit, ut inde ex Euclidis archontis tempore — nam ab hoc novum alphabetum in publicum usum introductum esse constat — Attici *ει* et *ου* in *τιθεῖσα* et *τύπτουσα* pronuntiarent quidem *μονοφθόγγως*, sed tamen ut diphthongum scriberent, quique credi possit ex *τύπτονσα* prodiisse *τύπτῦσα*, ex *τιθένσα τιθῦσα* (*ë* littera sonum illum inter *ê* et *î* intermedium designamus), atque *û* et *ë* ab antiquis Atticis scripta esse litteris *O* et *E*. Neutra quaestio difficilis est ad expediendum. Atque ut prius de hac dicam: constat *o* ab Ionibus et Atticis non semper ut *o* pronuntiatum esse, sed interdum *ŭ* vocalis vices sustinuisse. Clarissimum et manifestissimum exemplum hoc est: ex *εο*, ex quo in Doride contractione progressiva *ω* fit (*λωτρόν* ex *λοετρόν*), apud Iones et Atticos nascitur *ου* i. e. *û* (scribitur ab eis vetustis temporibus per *O*), ut ex *χρύσεος χρυσοῦς* fit i. e. *χρυσûς*; hoc *û* autem aliter ex *εο* nasci non poterat quam ita, ut *εο* proxime transiret in *εu*, hinc *û* eodem modo fieret quo ex

21) Auditur hic sonus nunc in lingua Saxonum volgari, ut in *bêde*, *bêne* i. e. *beide*, *beine*.

εο i. e. *eo* in Doride *ω*. Ad idem illud probandum Dietrich p. 58 commode affert voces *ἀνώνυμος* et *πρύτανις*, ut in quibus *υ* proxime ex *u*, id autem ex *o* prodierit. Eodem igitur modo ex *τύπτονσα* apud Iones et Atticos proxime natum sumendum est **τύπτυνσα*[22]: ex hoc demum *τύπτῦσα* eadem ratione qua in Doride severiore ex *τύπτονσα* i. e. *týptonsa* prodiit *τύπτωσα*. Nec vero aliter ex *τιθέντα*, unde apud Dorienses *τιθεῖσα* natum est, apud Iones et Atticos proxime prodiit *τιθέντσα* (cum brevi *ĕ*), inde tum *τιθεῖσα* (cum longo *ĕ*)[23]. Habuerunt igitur Iones et Attici antiquissimis iam temporibus praeter verum *o* et verum ε obscuratum *o* et ε ad *ι* vocalis sonum inclinans, utrumque autem o per *O* atque utrumque ε per *E* scribebant. Quae cum ita sint, non mirandum si etiam producta *o* (= *u*) et

22) Utrum *o* in hac forma prorsus iam in *u* obscuratum fuerit an inclinaverit tantummodo ad *u* vocalis sonum, diiudicare non ausim, neque id pro certo dicam, in forma ea, quae *r* cum vocalis productione explosum exhibet, longam vocalem ab initio statim *û* fuisse; certe tamen exeunte saeculo quinto distincte iam pronuntiabatur *týptû σα*. — Etiam in lingua latina *o* ante nasales sexcenties in *u* abit, ut in *tremunt* pro *tremonti*, *hunc* pro *honc*, *Acheruntem* pro *Acherontem*; v. Corss. II² 175 sqq.; invenitur eadem mutatio in sanscrita quoque lingua, velut in terminatione 3. pers. plur. *-us*, quae prodiit ex **-ant(i)*: *bharĕjus* pro **bharaîant* (= *φέροιεν*); v. Kuhn 'Kuhn u. Schleich. beitr. zur vergl. sprachf.' I p. 355 sqq. Frid. Müller ibid. II 354.

23) Quaesiverit fortasse quispiam ex me, quonam pacto ea, quae de pronuntiatione illorum antiquorum *E* et *O* productione compensatoria natorum dixi, conveniant cum hoc, quod eisdem his litteris apud veteres Atticos etiam ea *ει* et *ου* consignantur, quae contractione ex ε + ε et *o*-|-*o* facta sunt. Puto egomet optime omnia inter se convenire; nam, ut exemplis utar, *ΝΟΣ* (*νοῦς*) et *ΘΕΝΑΙ* (*θεῖναι*) ita ex *νόος* et **θεεναι* nata esse mihi videntur, ut utrumque *o* primum propius ad *u* vocalis sonum accederet utrumque ε autem propius ad *i* vocalis sonum, deinde contraherentur binae breves vocales et ita quidem, ut **θεεναι* in *θĕναι* (cum longa *ĕ*), *νόος* autem paullatim in *νûς* transiret. Etiam hoc in genere Doris severior brevium vocalium originarium colorem retinuit; fecit enim ex *Σαπφόος Σαπφῶς*, ex **νοεέτω νοητω*.

ε (= ë) per *O* et *E* scripserunt. — Altera quaestio est ea, qui factum sit ut illa *ë* et *û*, prius *E* et *O* scripta, inde ex Euclidis tempore per binas vocales (*ει* et *ου*) scriberentur. Haud dubie hoc sic se habet. Genuinae diphthongi *EI* et *OY* (*ΕΥΚΛΕΙΔΕΣ*, *ΒΟΥΣ*) sub saeculi quinti exitum non iam pronuntiabantur ut purae diphthongi, sed accedebat *OY* ad *û* vocalis sonum et *EI* ad sonum illum, quem significavimus per *ë*[24]). Iam cum novum alphabetum introducturi essent, desiderabant signa quibus longae illae vocales (*ΤΥΠΤΟΣΑ*, *ΤΙΘΕΣΑ*) distinguerentur a brevibus (ut in *ΤΥΠΤΟΝΤΕΣ*, *ΤΙΘΕΝΤΕΣ*). *ΤΙΘΗΣΑ*, *ΘΗΝΑΙ* (v. adn. 23), *ΤΥΠΤΩΣΑ*, *ΝΩΣ* (v. adn. 23) scribere non licebat, quia soni antiquorum illorum *E* et *O* longius a sonis eis recedebant, qui cum et ipsi in antiquo alphabeto litteris *E* et *O* scripti essent (*ΕΜΕΡΑ*, *ΟΜΟΣ*), tunc quidem notis *H* et *Ω* insigniendi erant. Itaque quid simplicius, quid opportunius et commodius esse potuit quam eas notas adhibere, quibus dudum *ov* et *ει* in vocibus *βοῦς* et *Εὐκλείδης* et sim. consignare consueverant?[25]) Difficiliores ad

---

24) Quam facile ex *ei ë* et ex *ou û* fiat, docent omnes fere linguae cognatae. Satis erit pauca ex lingua latina et ex nostra lingua afferre: apud Romanos *quei*, *sei* transeunt in *quê*, *sê* (pronuntia *quë*, *së*), porro in *quî*, *sî*; nostrum *schnee* (quod distincte ubique auditur *schnë*), theod. vet. *snêo*, i. e. **snêw*, natum est ex **sneiw* = got. *snaiv-s*; item nostrum *see* = got. *saiv-s* alia multa. In lingua latina ex *douco* fit *dûco*, ex *ioudex iûdex* ctr.

25) De *O* vocalis quae est in *ΤΥΠΤΟΣΑ* origine et pronuntiatione cum Dietrichio idem sentio, non idem de *E* vocali quae est in *ΤΙΘΕΣΑ*. Putat enim ille hoc *E* posteriore tempore revera *διφθόγγως* pronuntiari coeptum esse, atque haec quidem de eo dicit p. 67: „Es scheint ein zwiefaches gedehntes *e* im griechischen noch zur zeit der perserkriege gegeben zu haben: das wie unser *ae* lautende wurde hernach *η* geschrieben, das andre etwa wie *é* in *see*, *seele* klingende wurde so scharf und knapp gesprochen, dass man allmählich ein schwaches *i* nach dem *e* hörte, wie man sich leicht dabei ertappen kann, dass man in *see*, *seeluft* u. dergl., wenn man bei dem *e*-laute etwas länger verweilt, ihn zuletzt in *i* verklingen lässt. Später nun — so

explicandum sunt lesbiacae formae: *παῖσα, μοῖσα, τίθεισα, χίρναις, τοίς, τίθεις* et quae sunt similes. Volgo in his nasalis in *ι* dissoluta esse putatur (v. e. g. Bopp 'Vgl. gr.' I[3] 298, Hirzel 'Zur beurth. d. aeol. dial.' p. 50). Sed hoc concedi vix posse supra iam indicavi. Mihi hoc veri longe simillimum videtur, *ι* vocalem in lesbiacis illis formis sequenti sibilanti consonae potissimum deberi. Et primum quidem ex *πάνσα* apud Lesbios non aliter atque in ceteris dialectis puto *πᾶ^νσα* natum eaque mutatione simul crassiorem sibilantis sonum exortum esse (cf. lat. *formôssus, mêssis, φαμωσσα*, alia pro *formonsus* ctr.: Corssen I[2] 255), tum autem sibilum hunc sonum effecisse, ut, evanescente magis magisque debili nasali, post productam vocalem *ι* vocalis explicaretur eoque vocalis longa in veram diphthongum immutaretur (cf. Dietrich l. l.) [26]).

---

scheint mir nach dem obigen — sprach man dieses *ĕ* gradezu diphthongisch und schrieb es dann auch so, eben wie das aus contraction von *ε* und *ι* entstandene." Confiteor, me nusquam *ĭ* illud, ut ita dicam, subrepticium percipere potuisse, neque omnino credo linguam graecam, quae aeque atque omnes cognatae linguae ubique studium prae se fert diphthongos ad simplicis vocalis speciem reducendi, ex *ĕ* veram diphthongum facturam fuisse. In primis autem in hac re illud respiciendum est, quod producta *ι* post novum alphabetum in communem usum introductum hic illic per *ει* exprimitur. Quod in forma *Ποσειδῶν* factum esse Ahrens demonstravit in Philol. XXIII 202, isque iudicat iam circa annum 400 illam scripturam apud Atticos invaluisse: fortasse etiam in *εἴκοσι ει* partes longae *ī* sustinuit (v. Curt. 'Ueber die tragw. d. lautg.' p. 35). Crebrius *ει* pro *ι* scriptum inde ex Demosthenis aetate invenitur (v. Franz Elem. epigr. p. 150). Quae cum ita sint, sonum longae *ī* et sonum litterarum *ει* tunc non admodum diversos inter se fuisse apparet, postea autem, ut unusquisque scit, *ει* illud prorsus in *ī* transiit.

26) Talis mutatio ne ab aliis quidem dialectis prorsus aliena fuisse videtur. Certe quidem huc pertinet *Πρίασος*, urbs cretica, quae antiquiore tempore *Πρίαντος* audierat, quod quidem Pott K. Z. VI 336 nescio an recte suspicetur natum esse ex **Πρίαν-θος*. Formam *Πρίασος* recte iam Boeckh (C. I. II p. 405) composuit cum lesbiaco *παῖσα* = *πάνσα*. Est autem etiam tertia illius nominis forma nobis asser-

Restat ut commemorem, in dialecto boeotica *o* ita, ut in Doride severiore fit, in *ω* produci, *ε* vero in *ει*, quod non aliter atque *ει* illud, quo ionica et attica dialecti utuntur, pro *μονοφθόγγῳ* habendum arbitror [27]).

7. Facile unusquisque ex his omnibus intellegit, ipsam producendi rationem in omnibus graecae linguae dialectis unam eandemque esse atque omnia quae occurrunt discrimina et disparilitates eo redire, ut vocalis aut ante inceptam productionem aut perfecta productione qualitatis suae mutationem patiatur. Atque docent illae disparilitates, quae in dialectis conspiciuntur, (quod idem etiam arg. cret. *ὑπαρχόνσας*, *τόνς* ctr. dilucidissime docent) demum post linguam in dialectos digressam *ν* ante *σ* cum productione suppletoria elidi coeptum esse. In universum quidem hoc constat: sed non desunt exceptiones quaedam, voces dico, in quibus nasalis iam ante linguam in dialectos discissam attenuata

---

vata *Πρίασσος* (v. Maur. Schmidt K. Z. XII 220), quae vel maxime confirmare videtur illud, quod dixi, antequam *ι* in syllabam irrepserit, sibilantem sonum crassiorem ascivisse; suspicor autem *α* in *Πρίασσος* producte pronuntiatum esse.

27) Boeotos *ει* in *πατείρ*, *εὐγενείς*, *εἴρως*, *τίθειμι* ctr. *διφθόγγως* pronuntiasse nihil est quod mihi probet. Omnino Boeotorum dialectum studio teneri diphthongos in simplices vocales immutandi docet hoc, quod *αι* in *η*, *ει* in *ī*, *οι* in *ῡ* mutant, veluti in *παλήός* = *παλαιός*, *ἰμι* = *εἰμι*, *Fυκία* = *οἰκία* (Ahr. I 186 sqq.). Ergo ex hac parte veri dissimile fit, eosdem Boeotos simplicem longam vocalem in diphthongum mutasse. Ex eo vero, quod Boeoti *ου* scribebant pro *ῡ* = att. *υ* (Ahr. p. 180, ubi etiam ex titulis exempla huius scripturae afferuntur), cum sit necessario concludendum, Boeotos ex novo attico alphabeto illud breve *ου* ascivisse (luculente de hac re exposuit Ahrens p. 196 sq.), ego non video quid impediat, quominus etiam *ει* illos ex communi attico alphabeto accepisse iudicemus, quibus litteris sonum *ê* vocalis designarent propius ad *î* vocalis colorem sese inclinantem. Cui opinioni neque titulorum aetas, de qua videas Ahrensium, neque hoc refragatur, quod in Corinnae fragmentis et in Aristophanis Acharnensibus, ubi inde a v. 860 Boeotus loquens introducitur, compluries illud *ει* occurrit.

simulque antecedens vocalis producta putanda sit. Sunt autem vocabula *μήν-*, *χήν-*, *ὦμος* et nominativi stirpium in *-ον, -οντ, -εν* cadentium ei, qui desinunt in *-ων, -ην*.

Stirpis *μήν-* nominativus in Iade est *μείς*, cuius quem esse exspectaveris genetivum *μενός* nusquam reperies (v. Dindorf in Steph. Thes. et quod hic affertur Theodosii testimonium); est ubique *μηνός*. Praeter *μείς* autem Ias habet etiam nom. *μήν*, eodemque utuntur Attici. In Doride nominativus est *μής*, genet. *μηνός* etc. (Ahr. II 153. 242); denique in dial. lesb. reperitur genetivus *μῆννος* (Ahr. I 51). Stirpis principalis forma est *μενσ*, quae, *i* vocali affixa, integra cernitur in lat. *mens-i-s*. Nec non pellucet quidem illa etiam ex nom. ion. *μείς*, ut qui prodierit ex **μέν̣ς* **μένσ-ς*. In ceteris graecae linguae formis magis minusve obscurata est: et sumere debes, ex **μενσ-* proxime extenuatione nasalis et praecedentis vocalis productione **μηνσ-* natum esse (cf. lat. MESIS i. e. *mêᵛsis* et zend. *mâoŋh*, *mâoŋha*), ex **μηνσ-* autem assimulatione *σ* consonae ad praecedentem licet aliquantulum attenuatam nasalem *μηνν-* illud prodiisse, quod est stirpis in dialecto lesbiaca forma, exin denique formam volgarem *μήν-*.

Quo modo *μήν-* ex **μενσ-* prodiit, eodem *χήν-* ex *χενσ-* (= theod. *gans*, lat. *anser*) et *ὦμος* ex **ὄμσος* (= got. *amsa*, lat. *um-e-rus*) nata sunt.

Nec non eodem modo *δαίμων* prodiit ex **δαίμον-ς*, *γέρων* ex **γέρονς* **γέροντ-ς*, *ποιμήν* ex **ποιμέν-ς* etr., qui nominativi prorsus adaequant formationem nominativorum *πατήρ* pro **πατέρ-ς*, *ῥήτωρ* pro **ῥήτορ-ς*, *δυσμενής* pro **δυσμενέσ-ς*. De his quidem stirpium in *ρ* et *σ* cadentium nominativis infra agendum erit, de illis vero hic addendum est, eandem plane nominativi stirpium in *n* vel *nt* exeuntium formationem in omnibus fere linguis cognatis occurrere, nisi quod saepius in his praeter *s* etiam nasalis ipsa abiciatur. Videas autem, quas hac in re rationes singulae linguae sequantur, ex stemmatis hisce:

1. Gr. **δαίμον-ς* — **δαίμων-ς* — *δαίμων* (*δαίμων*).
**ποιμέν-ς* — **ποιμήν-ς* — *ποιμήν* (*ποιμήν*).
Scr. **râǵan-s* — **râǵâⁿs* — **râǵâⁿⁿ* — *râǵâ*.
Lat. **turbon-s* — **turbôⁿs* — **turbôⁿⁿ* — *turbô*.
Lit. **akmen-s* — **akmêⁿs* — **akmêⁿⁿ* — *akmů̃* [28]).
Got. **hanan-s* — **hanâⁿs* — **hanâⁿⁿ* — *hanâ* [— *hana*.

2. Gr. **γέρον(τ)-ς* — **γέρων-ς* — *γέρων* (*γέρων*).
Scr. **çrîman(t)-s* — *çrîmâⁿs* (*çrîmâs*) [29] — *çrîmâⁿⁿ* (*çrîmân*).
Lat. **feren(t)-s* — *ferêⁿs*.
Lit. **kéikian(t)-s* — *kéikiâⁿs* (*kéikiąs*) [30]).

In lingua graeca praeter hanc formationem altera occurrit recentior quam illa; dico eam, secundum quam ex *κτέν-ς* apud Iones *κτείς* i. e. ktēs, apud Dorienses *κτίς*, apud Lesbios *κτεῖς* i. e. kteis et ex *διδόνς* apud Iones *διδούς*, apud Dor. *διδώς*, apud Lesb. *δίδοις* fit. Haec quidem demum post linguam in diversas dialectos divisam invaluit, illam alteram vero iam ante pullulasse inde cognoscitur, quod eadem usque forma (*δαίμων ποιμήν* ctr.) omnium dialectorum est vocalisque productio legem sequitur, quam ex aetate ea, qua diversae dialecti nondum fuerunt, solae severior Doris et dialectus Lesbiorum retinuerunt; idem illud esse de *μήν-*, *χήν-*, *ὦμος* dicendum consenta-

---

28) *lapis;* nescio an prius iam *e* hic obscuratum sit (*ů* enim significat *ôⁿ*) quam nasalis plane conticuerit. Cf. Schleicher 'Lit. gramm.' p. 78.

29) Usurpatur haec forma ante mutas consonas explosivas palatalis, dentalis, lingualis classis: *çrîmâs tatra* (*felix ibi*), *çrîmâç karati* (*felix it*; *ç* ante *k'* = *s*) ctr. V. Benfey 'Kurze sanskritgr.' p. 21.

30) *exsecrans*; v. Schleich. l. l. p. 92 sq.

neum est. Iam autem quid est caussae, cur cum *δαίμονς, *γέρον(τ)ς, *ποιμένς iam antiquissima linguae graecae aetate in δαίμων, γέρων, ποιμήν mutata sint, diutius remanserint διδόνς, τιθένς, ἔνς et postea cum et ipsa mutanda erant aliam mutationis viam incesserint? Atque qui factum, ut ex *ὀδόν(τ)-ς Iones ὀδών (cf. lesb. ἔδων), Attici ὀδούς, ex *ἄρσενς Lacones ἄρσης, ceteri Graeci ἄρσην, ex *μένς Iones μείς, ceteri μήν formarent? Quod ad haec respondeam fateor me non habere ac vereor ne omnino de enucleanda hac re desistendum sit [31]).

Ceterum pertinent fortasse etiam vocatici Ἄτλᾱ, Θόᾱ, Πολυδάμᾱ et similes ad antiquius illud formationis genus. Eorum stirpes seu, quod idem valet, antiquissimae formae sunt *Ἄτλαντ, *Θόαντ, *Πολυδάμαντ. Hinc iam sane exspectaverimus fieri Ἄτλαν etc., ut ex *φέροντ φέρον fit; sed illae formae sic natae esse videntur, ut τ finale proxime abiret in ς (cf. sanscr. suff. *rans* = *rant*, osc. *fufans* = **fufant*, alia id genus), tum ex *Θόανς prodiret *Θόᾱ̃ς — *Θόᾱ̃ν — Θόᾱ̃ (cf. scr. *râjâ*, lat. *turbô*). —

De ceteris quae sunt nasalium cum aliis consonis continuis colligationibus exponere hic supersedere possumus. Transimus igitur nunc ad partem specialem, ubi primo loco de *n*, tum de *m*, postremo de *ñ* agendum erit.

---

31) Cum his, quae exposui de formatione nominativi singul. stirpium in *n* et *nt* cadentium, confer Curtii commentationem 'Zur bildung des gr. nomin. sing.' inscriptam ('Stud.' II 159 sqq.), quam supra, § 1, iam significavi.

Specialia.

I) *N.*

A) *ν* dissolvitur ante *σ*.

§ 4.

a) σ = s nativum.

1. Ex **μέλαν-ς*: ion. att. dor. *μέλᾱς*, lesb. *μέλαις*. — Ex **ἓν-ς*: ion. att. dor. mit. *εἷς*, dor. sev. *ἧς* (Ahr. II 154), lesb. *εἷς* (Ahr. I 70). — Ex **ἄρσεν-ς*: lacon. *ἄρσης* (Ahr. II 155). Similiter nonnulla alia quae mitto. Doricum *μέλᾰς* et sim. correptionem syllabae ultimae passa sunt (v. Ahr. II 174).

2. Ex **ἦσχὔν-σαι*, **παρώξυν-σαι*, **ἐξῄρᾰν-σαι*: *ἦσχῡσαι*, *παρώξῡσαι*, *ἐξῄρᾱσαι* facta esse dicuntur; sed *πέφανσαι* volgo putatur *ν* tenere (cf. § 3, 3).

3. Ex *ἐνς* (argiv. cret.; Ahr. II 104): ion. att. dor. mit. *εἰς* et *ἐς*, dor. sev. *ἐς*, lesb. *εἰς* et *ἐς* (Ahr. II 358 sq. I 151); homer. *εἴσω* ex **ἐν-σω* (Curt. p. 289). *ἐς* et *ἔσω* correpta videntur ex *εἰς* (**ἦς*) et *εἴσω*.

4. Accusativi plur. terminatio est vel *-ans* vel *-ns*: illud adiungitur stirpibus eis, quae in consonam desinunt, hoc eis, quae in vocalem (v. Schleicher comp. p. 540). Atque terminationis *-ans* nasalis ubique in lingua graeca sine compensatione explosa videtur: *νῆας*, *πατέρας*, idemque factum cernitur in lingua sanscr.: *nâvas*, *pitaras* (pro volgari *pitrn*) et in lingua lituanica: *dùkterĕs* (= *θυγατέρας*). Neque tamen ad aetatem indogermanicam licere hanc mutationem reducere documento sunt lat. *pedês* i. e. **ped-ens* et zend. *nerâç* = *ἀνέρας* (cf. Bopp Vgl. gr. I[3] 487) et ipsa dor. *γυναῖκας*, *πτώκας*. Ex his quidem Doridis formis Ahrens conicit, *πτῶκας* proxime prodiisse ex *πτώκᾱς* (II 29). Veri similius mihi videtur, ex antiquissima forma **πτώκανς* proxime **πτώκανς* ortum esse (cf. zend. *nerâç*), tum vero omnino non processisse linguam ad productionem vocalis sed nasalem sine vocalis productione dissolvisse et extrivisse,

idque effectum esse puto usu huius terminationis frequentissimo et linguae praeterea studio quodam syllabarum finalium quam minime praegravandarum, in quo studio omnem illam syllabarum finalium correptionem Doridi propriam positam esse vides. Alteram accusativi pluralis terminationem, *-ns*, solae intactam servaverunt lingua gotica (*vulfa-ns, sunu-ns, mahti-ns*) et dialecti Argivorum et Cretensium (*τόνς, πρειγεύτα-νς*). Ceteroqui productio suppletoria adhibetur. Et superat quidem sibilantem nasalis in lingua sanscrita (*açvân, patîn, sunûn*), ubi tamen *s* saepius etiam servatum conspicitur (*açvâṣ tatra equos ibi*; in Vedis ante vocales et hic illic ante *j, r, v, h* pro *în* et *ûn* usurpantur *îr* et *ûr*, in quibus *s* in *r* mutatum aeque ac si nulla nasalis praecederet, v. Sonne K. Z. XII 362[32]). Cessit contra nasalis sibilanti in ceteris linguis. Ac nascitur apud Graecos

a. ex *-ονς*, quod Cretenses et Argivi tenent: in severiore Doride reliqua *-ως, τὼς ἵππως*, in mit. Doride, Iade, Atthide *-ους, τοὺς ἵππους*, in Lesbismo *-οις, τοὶς ἵπποις*; in parte Doridis deprehendimus longam vocalem correptam, *τὸς νόμος, τὸς προξένος* (Ahr. II 172 sq.).

b. ex **-ινς* et **-υνς:* in recentiore Iade *-ῖς* et *-ῦς*, ut *πόλις, ὄφῑς, ἴνις, ὄφρῡς* (v. Bredow de dial. Herod. p. 264, Curtius K. Z. I 258, 'Erläut.' p. 61).

Non aliter apud Romanos ex **equo-ns* fit *equôs*, ex **avi-ns avis* (inde *aveis* i. e. *avīs—avês:* v. Corss. I[2] 740 sqq., cuius de hac re explanationem prorsus probo, ex **fructu-ns fructûs;* idque pro re certissima propono, quamvis Corssenio (I[2] p. 746) explicationem placere videam hanc: **equo-ams, *avi-ams, *fructu-ams — *equo-os, *avi-is, *fructu-us — equôs, avis, fructûs. Equôs* aliunde *ô* longum habere quam doricum *ἵππος*, quod ex *ἵπποις* natum esse Corssen sine dubio concedet, *avis* aliunde *î* longum habere quam ion. *ὄῑς* credi non potest. Nonne etiam *pedês* ex **pedens *pe-*

32) Ergo *açvâṣ* : *açvân* = **δαίμωνς* : *δαίμων*.

dems factum productione suppletoria? Ipse dicit Corssen p. 746. Atque quod provocat v. d. ad longam vocalem accusativorum sanscr. *açvân*, *patîn*, *sunûn*, hoc minimum facit momentum; nam formas eas ex **açvans*, **patîns*, **sununs* prodiisse Sonne (v. supra) ita demonstravit, ut nihil dubii restet; et ex *i-a(ms)*, *u-a(ms)* in lingua sanscrita non *î*, *û* facta essent, sed *ja*, *va*. Ceterum videas, quaeso, etiam ea, quae Bopp 'Vgl. gr.' I[3] 317. 477 sq. de illis accusativis disputavit.

Denique etiam apud Saxones veteres et apud Anglosaxones haec accusativi plur. formatio invenitur: sax. *dômôs*, *waldôs (waldâs)* al., anglos. *slutilâs*, *beágâs*, *dreámâs*, *fugolâs* al. V. Kelle 'Vgl. gramm. der germ. sprach.' I 104.

b) σ ex τ, δ, ϑ[33]).

1. Tertiae pers. plur. act. terminatio est post consonas fere ubique[34]) *-anti*, post vocales maximam partem *-nti*. Servatur *-nti* in Doride: *λέγοντι*. In dialecto boeotica τ abit in ϑ (cf. Ahrens I 208, Grassmann K. Z. XII 103): *ἴωνϑι*, *ἔχωνϑι* (coniunct.). In ceteris dialectis mutatur τ in σ, quo facto nasalis aut servatur aut cum compensatione elabitur. Servatur autem in dialecto arcadica, ex qua nobis traditi sunt coniunctivi *κρίνωνσι*, *παρετάξωνσι* (v. Gelbke de dial. arcad. p. 38), in ceteris omnibus eliditur cum compensatione: ion. *ἔᾶσι*, ion. att. *ἴσᾶσι*, *τιϑέᾶσι*, *διδόᾶσι*, *δεικνύᾶσι*; hom. *ἰεῖσι*, lesb. *ἴεισι* (att. *ἰέᾶσι*); ion. att. *φᾶσί*, lesb. *φαῖσι*; ion. att. *φέροισι*, lesb. *φέροισι*; ion. att. *λελοίπᾶσι*, lesb. *κεκρίκαισι*. — De *-ᾰσι* et *-ᾰτι* pro *-αντι* v. § 3, 2.

2. *Φλιᾶσιοι* pro **Φλιάντιοι*; *Φλιούσιοι* pro **Φλιοείσιοι*, **Φλιοέντιοι*; *Σελινούσιοι* pro **Σελινοέντιοι* (cf. *Βολοέντιος*

33) Cf. Schleicher 'Sprachvergl. unters.' I 57 sqq.

34) Excipiendum est *εἰσί* quod natum est ex **ἐνσί* — *ἐντί* (dor.) — **ἐσ-ντι*.

in inscr. cret., Rangabé 'Ant. hell.' II n. 691 v. 2. 10; Voretzsch 'Hermes' IV 270); *Προβαλίσιοι* pro *Προβαλίνθιοι*; *Ἀμαρῦσιοι* pro *Ἀμαρύνθιοι*. — *Ἀχερούσιος*, *ἐκούσιος*, *περιούσιος*, *ἐθελούσιος*, alia pro *Ἀχερόντιος* etr., v. Leo Meyer K. Z. VII 414 sqq., Pott II² 819 sq. — De dor. *ὠσία* vid. Ahrens II 156.

3. *ἔσπεισμαι*, *κεκύλισμαι* pro **ἔσπενδ-μαι*, **κεκύλινδ-μαι*; *ἐσπείσθην*, *ἐκυλίσθην* pro **ἐσπένδ-θην*, **ἐκυλίνδ-θην*.

4. *πεῖσμα*, *πειστήρ* pro **πένθ-μα*, **πενθ-τήρ*. — De 3. et 4. vide § 3, 3.

c) Inter *ν* et *σ* dentalis extrusa est.

1. Secundum formationem nominativi stirpium in *ντ* exeuntium eam, quae *σ* intactum relinquit, nascitur

α) ex **-αντ-ς*: dor. ion. att. *-ᾶς*, *πᾶς*, *ἁμᾶς*, *πράξᾶς*, lesb. *-αις*, *παῖς*, *Θόαις*, *ἴσαις*;

β) ex **-εντ-ς*: dor. sev. *-ης*, *χαρίης*, *τιθής*, (lac.) *Αἰγλάης*, dor. mit. ion. att. *-εις*, *χαρίεις*, *τιθείς*, *Ὀπόεις*, lesb. *-εις*, *τίθεις*, *φίλεις*, *εἵς*;

γ) ex **-οντ-ς*: dor. sev. *-ως*, *διδώς*, dor. mit. ion. att. *-ους*, *διδούς*, lesb. *-οις*, *δίδοις*;

δ) ex **-υντ-ς*: ubique *-ῦς*, *δεικνῦς* (lesb. *δείκνυς*).

Dialecti Argivorum et Cretensium constanter, ut videtur, explosa dentali, nasalem servant; traditum habemus *τιθένς*.

In quibusdam Doridis partibus longa vocalis corripitur: *Αἴᾰς* (Alcm. fr. 68), *πράξᾰς*, *χαρίες*, *τιμίες* atque adeo *Φυκός* = **Φυκό-Fεντ-ς* (Ahr. II 173 sq.).

2. Eadem est norma formationis dativi plur. earundem stirpium. Unum cuiusque generis exemplum hic habeas:

α) dor. ion. att. *πᾶσι*, lesb. *παῖσι*;

β) dor. sev. *τιθῆσι*, dor. mit. ion. att. *τιθεῖσι*, lesb. *τίθεισι*;

γ) dor. sev. *λέγωσι*, dor. mit. ion. att. *λέγουσι*, lesb. *λέγοισι*;

δ) *δεικνῦσι* (lesb. *δείκνυσι*).

De dat. plur. adiectivorum suffixi *Fεντ* ope formatorum, ut *χαρίεσι, νιφόεσι*, v. §. 3, 3.

3. *σπείσω, ἔσπεισα* pro **σπέν(δ)-σω, *ἔσπεν(δ)-σα; χείσομαι* pro **χέν(δ)-σομαι* (cf. lat. *pre-hend-o*); *κυλῖσω, ἐκύλῑσα* pro **κυλίν(δ)-σω, *ἐκύλιν(δ)-σα; ἁλῖσομαι* pro **ἁλίν(δ)-σομαι.*

4. *πείσομαι* (*patiar*) pro **πέν(ϑ)-σομαι, πεῖσις* pro **πέν(ϑ)-σις.*

d) *σ* ex *τj* ortum.

1. Ex **-αντja *-αντza -ανσα* (arg. cret., ut *πάνσα*): dor. ion. att. *-ᾶσα, πᾶσα, πράξᾱσα*, lesb. *-αισα, παῖσα, γέλαισα.*

2. Ex **-εντja:* dor. sev. *-ῆσα, σταϑῆσα*, dor. mit. ion. att. *-εῖσα, τιϑεῖσα*, lesb. *-εισα, εἶσα, φίλεισα.*

3. Ex **-οντja* (arg. cret. *ὑπαρχόνσας*): dor. sev. *-ωσα, λέγωσα, λιπῶσα*, dor. mit. ion. att. *-ουσα, λέγουσα, λιποῦσα, Μέδουσα, Κρέουσα*, lesb. *-οισα, λέγοισα, λίποισα;* ex **μόντja: μόνσα; μῶσα* (lac. *μῶᾰ́*); *μοῦσα; μοῖσα* (cf. Curt. p. 292).

4. Ex **-υντja :-ῡσα, φῦσα* (boeot. *φοῦσα*).

B) *ν* dissolvitur ante *ν*.

a) *νν* assimulatione progressiva natum.

§. 5.

1. *νν* ex *δν, ϑν.*

Futurum *ῥᾰνῶ* (v. Apoll. de adv. 600, 28) ex **ῥαννῶ, *ῥαδνῶ* a rad. *ῥαδ*, unde etiam *ἐρράδαται* etc. (cf. Legerlotz K. Z. X 370). Aoristum *ἔρρᾱνα* in propatulo est fictum esse ad similitudinem eorum verborum, quorum stirps in *ν* cadit.

μᾰνός rarus de Curtii coniectura (p. 304) ex rad. *μαδ* ea, quae est in *μαδὰν* et lat. *madêre*, pullulat.

σκῆνος, σκηνή veri simile est cum Pottio (I[1] 243) nobis derivanda esse ex rad. *skad* tegere, quae in lat. *cas-trum, cas-sis* (cf. Corss. 'Krit. beitr.' p. 449).

Dor. *ψᾱνός*, ion. att. *ψηνός*, quod idem significat atque *ψεδνός ψαδνρός*, ducendum videtur ex **ψαδ-νός.*

σχῖνος idem significans atque *σχίδαλον* et *σχίλλα* (pro **σχιδ-λα*; cf. lac. *ἔλλα*, lat. *sella* = **sedla*) ex **σχίδ-νος* a rad. *σχιδ*, *σχιδ scindere* (cf. Benfey I 170).

καθίνημι, *καθίνημαι* pro **καθ-ίδ-νημι*, **-νημαι* ap. Hippocr., nisi forte *καθίννημι*, *καθίννημαι* scribendum sit (v. Westphal 'Meth. gr.' I 2, 163). *ἴννεν* praebet Hesychius (v. Curt. p. 226).

βύνη mare (Etym. M. 565,45) et cognomen Inonis Leucotheae (Draco p. 32 Herm.) cohaeret cum *βυθός* et natum est ex **βύθ-νη* (cf. Pott II[1] 287).

2. *νν* ex *σν*.

Ex **Γέσ-νημι* fit *ἵννημι*, ex hoc *εἴνημι* (*εἶνημι*), quod invenitur apud Herodotum, ut IV 64, et ab Homero quoque usurpatum esse videtur (v. Mayhoff de Rhiani Cretensis studiis hom. p. 37).

Ex stirpibus in *-εσ* exeuntibus formantur suffixi *νο* ope adiectiva quae in dial. ion. att. volgo in *-εινος* desinunt, ut *ποθεινός*, *θαλπεινός*, *κλεεινός* (*κλεινός*). In his formis unde diphthongus nata credenda sit, in controversia est: Bopp ('Vgl. gr.' III[3] 230) et Pott II[2] 721. 828) sumunt hoc *-εινος* ortum ex **-εσ-ι-νος*; alii, ut Ahrens (I 52), Leo Meyer (II 565), Kuhn (K. Z. II 262), Ebel (Fleckeis. ann. vol. LXXXV 242), *-εινος* ex **-εσνος* productione suppl. ortum esse iudicant idque rectissime: nam obstrepit illi explicationi cum forma lesbiaca *-εννος*, tum maxime dorica *-ηνός*. Statuendum igitur est, ex *-εσνος* proxime (lesb.) *-εννος*, inde et doricum *-ηνός* et atticum *-εινός* prodiisse. Lesbiacae dialecti formas v. apud Ahrensium; doricae formationis habes haec fere exempla: *Φαηνός* in nummis argiv. et ach. (Mionnet 'déscr. de méd. ant.' II 233 et Suppl. IV 5), *Κλῃνίππα* C. I. n. 1934, (gen. sing.) *Κλειηνίππω* apud Hephaest. I p. 27, 16 ed. Gaisf. (edidit quidem Gaisf. secundum codicum auctoritatem: *Ἀγ' αὖτ' ἐς οἶκον τὸν Κλειῃσίππω* et post: *ἐνταῦθα γὰρ ὁ ΣΙΙΙΙΙΩ*...: sed quin pro *σ ν* scribendum sit, dubium esse non potest; cf.

etiam att. *Κλείνιππος* C. I. n. 115), *Κληνώ* apud Diotim. Anthol. Pal. VII 733 cod. Palat.; atticae dialecti exempla multa habes apud Leonem Meyerum l. l.

Atticorum poetae et Pindarus saepius lesbiaca forma utuntur.

Pro *πετεεινός*, *πετεινός* apud Homerum invenimus *πετεηνός*, *πετηνός*; forma cum *ει* tribus tantum locis occurrit in eisque incertissimis auctoribus utitur (v. La Roche 'Hom. unters.' p. 150). Quae igitur ratio intercedit inter formas illas? Haud dubie aut statuendum est, *πετεηνός* pertinere ad stirpem quandam **πετεασ-* (cf. *ἐραννός* ex **ἐραϝ-νό-ς*), *πετεεινός* contra ad *πετεεσ-*, aut unam primitus fuisse formam *πετεηνός* = **πετεασνός* et postea eam sese accommodasse ad frequentiorem illam formam *-εεινος*, quae est in *κλεεινός*, *δεεινός*, aliis.

Ἀλεείνω, *φαείνω* ex **ἀλεέσ-νω*, **φαέσ-νω*.

Boeot. *Διώνσος (Διώνονσος)* autumat Ahrens (dial. I 201, Philol. XXIII 210) productione suppletoria natum esse ex **Διόσνσος*; quippe apud Lesbios audit hic deus *Ζόννυξος*, cuius vocis priorem nasalem ex *σ* natam esse satis credibile est, licet eius origo nondum prorsus enucleata sit [35]). Recte Ahrensium illud autumare non pro certo dicam; nam cum vocis *Διόνσος* syllabae duae priores sine dubio ex **ΔιϜο-* ortae sint, vehementer quaeritur, an *ω* non potius ex *Fo* prodierit (v. § 20, n. 6).

Lacon. *πονιάζω* (= *πυνιάζω* Hesych.), cuius *ου* pro longa vocali habendum videtur, ex **πŭνιάζω* — **πŭσνιάζω*. **Πῶς* = lat. osc. *pos*. Cf. *πύννος* quod ab Hesychio explicatur per *πρωκτός* (codex falso *τρωκτός*: v. Maur. Schmidt).

35) Novissimus, ni fallimur, de ea Savelsberg disputavit (K. Z. XVI p. 60): derivat verbum ex **ΔιϜο-σνσος* ('Zeus' sohn'). At unde *ξ* lesbiacae formae?

b) *νν* assimulatione regressiva natum.

§. 6.

1. *νν* ex *νσ*.

De aoristis stirpium in *ν* cadentium in universum cum iam in generali parte egerimus, hic sufficiat exempla nonnulla afferre:

**ἔφανσα:* lesb. *ἔφαννα*, dor. *ἔφᾱνα*, ion. att. *ἔφηνα;*
**ἔμενσα:* lesb. *ἔμεννα*, dor. sev. *ἔμηνα*, dor. mit. ion. att. *ἔμεινα;*
**ἔκρινσα:* lesb. *ἔκριννα*, cet. *ἔκρῑνα;*
**ἄμυνσα:* lesb. *ἄμυννα*, dor. *ἄμῡνα*, ion. att. *ἤμῡνα.*

In producendo *α* Attici fluctuant inter *ᾱ* et *η*: post *ρ* et *ι* volgo reperimus *ᾱ*, sed hic illic *η*, ut in *ἐτέτρηνα*, *ἐμίηνα*, post alias consonantes volgo *η*, sed haud raro *ᾱ*, ut in *ἐκοίλᾱνα* (Thuc.), *ἴσχνᾱνα* (Aesch., Arist., Eurip.), *ὤργᾱνα* (Soph., *ἐκέρδᾱνα* (Eur.), *ἐπίᾱνα* (Aesch.).

De stirpibus *μήν-*, *χήν-*, *ὠμο-* et de nominativis *δαίμων*, *ποιμήν* et similibus, quae paullo diversam rationem secuntur, satis iam supra disputavimus.

2. *νν* ex *νF*.

Hom. *ξεῖνος*, *ξείνιος*, dor. sev. *ξῆνος*, *ξήνιος* ex (lesb.) *ξέννος*, *ξέννιος*, haec autem ex *ξένϝος*, *-ιος*: digamma servaverunt *πρόξενϝος* et *Ξενϝάριος*, quae in titulis Corcyraeis leguntur, ac *Ξένϝων*, quod in vase Corinthio est (v. Savelsberg de dig. p. 7. 49); dorici *ξῆνος* testis est nomen *Ξηνιάδας* (Rose I. V. p. 290).

εἰνοσίφυλλος ex **ἐν-ϝοσί-φυλλο-ς:* cf. *ἐννοσίγαιος.*

De *γούνατα*, *γοῦνα* si quis disceptare velit, utrum per epenthesin ex **γονν(τα)* nata sint, an productione suppletoria ex *γόνν(τα)* (cf. lesb. *γόννα*), vereor, etsi omnes dialectorum huius vocis formas inter se composuerit, ne nihil inventurus sit quod faciat quidquam momenti (nam forma *γώνατα*, quae legitur apud Callimachum Lav. Pall. 84, nihil

affert ad iudicium, quippe cum hyperdorice a tali poeta dicta esse possit). At vero ionicum *δοῦρατα*, ut quod ex **δόρρατα* natum esse documento sit dorica quae certissimis testibus utitur forma *δώρατα* (v. § 11, b, 3), utque cuius *ου* nemo alia ratione factum esse putaverit quam *ου* vocis *γοῦνατα*, docere mihi videtur, *γοῦνα τα*) proxime productione suppl. ortum esse ex *γόννα(τα)*.

θῖναί (*ψάμμοι, ὑψηλοὶ τόποι* Hesych.), *θῖν, θῖς* recte componuntur cum scr. *dhanu-s, dhanvan.* Igitur *θῖναί* ex **θιννα͡ί* **θινϝα͡ί* et stirps *θῖν-* ex **θίνν-*, **θίνϝ-*, **θινε-*; v. Leo Meyer II 253 sq., Benfey I 644, Curt. p. 240.

ἄνω (semel duntaxat cum brevi *α* *ἄνοιτο* Il. Σ 473) ex **ἄννω* — **ἄνϝω* — *ἀνύω*; cf. Pott II[1] 151, Ahrens ʿUeber die conj. auf *μι*ʾ p. 21, Curtius ʿErläut.ʾ p. 119. Hom. *τίνω, φθίνω* ex **τίνϝω*, **φθίνϝω* — **τινύω*, **φθινύω*, quorum suffixum *νυ* integrum servatum cernitur in *τί-νυ-μι* et *φθι-νύ-θω*; item puto homer. *φθάνω* natum ex **φθᾰ́-νϝ-ω*, v. Ahrens l. c. Num etiam *ἰκάνω* (cf. Leo Meyer II 74), *ἀγίνω, ὀρῖνω* (lesb. *ὀρίννω*, Ahr. I 53), praeter quod etiam *ὀρ-νύ-ω* invenitur, *ἰθῦνω, βαθῦνω, θαρσῦνω, βραχῦνω* et quae sunt similia (Leo Meyer II 75 sq.) huc pertineant, in medio relinquo.

Restat ut commemorem, in dialecto Atticorum primum quidem sicuti in ceteris dialectis digamma praecedenti nasali assimulari, tum vero crassiorem qui eo efficiatur nasalis sonum sine vocalis vicinae productione ad simplicem nasalem reduci; dicunt igitur Attici *ξένος, ξένιος, γόναια, φθάνω, φθίνω, τίνω*: etiam alibi eandem illos sequi rationem infra videbimus.

3. *νν* ex *νϳ*.

Praesentia in *-αίνω, -αίρω*, ut *φαίνω, σαίρω*, neque aliter praesentia in *-είνω* et *-είρω*, ut *τείνω, φθείρω*, epenthesi *ι* vocalis ex formis primariis **-ανιω*, **-αριω* et **-ενιω*, **-εριω* nata esse hodie et in volgus constat neque potest

dubitari [36]). Iam autem ad eandem normam sunt qui *κλῖνω* ex **κλινιω*, *πλύνω* ex **πλυνιω* derivent et hanc statuant immutationis illius viam: **κλινιω*-κλιινιω-*κλινω-κλῖνω*, **πλυνιω-*πλυινιω-*πλυνω-πλύνω*, ut Schleicher comp. p. 781, Kuhn K. Z. XI 311. Adde haec, quae Misteli K. Z. XIX 119. 122 de *εὐθύνα* et *ὑσμίνη* statuit: **εὐθυνια-*εὐθυινα-εὐθῦνα*, **ὑσμινη-*ὑσμιινη-ὑσμίνη* [37]). Assentiri de hac re his viris nullo modo possum. Neque enim intellego, qui factum esse credi possit, ut lingua, quae earundem et vel similium vocalium concursum evitare et vocales tales, si quae inter se contingunt, contrahere solet, formas *κλιινω* et *πλυινω* crearet. Atque in eo utique vis epentheseos posita est, ut vocalis, quae consona aliqua segregata est ab altera quadam vocali quae antecedit, in loquendo sonum suum illi antecedenti vocali praepropere, ut ita dicam, admisceat, cum instrumenta loquelae in dicendo ita ruant quasi et praecipitent, ut iam in praecedenti syllaba eum sonum audiamus, qui in sequenti demum enuntiari debuit. Iam autem in syllaba praecedenti non duae vocales quarum utraque syllabam efficiat percipiuntur (non *φαΐνω*, sed diphthongus in qua proferenda conformatio oris ex uno in alterum statum sensim et paullatim transit [38]). Atqui binae breves vocales, quae eaedem sunt

36) *-ίνω* et *-ίρω* non productione suppl. sed epenthesi ex **-ενjω* et **-ερjω* facta esse gravissimo id documento est, quod *-ίνω* et *-ίρω* non solum Iadi et Atthidi et mitiori Doridi propria sunt, sed etiam in severiore Doride inveniuntur, velut legimus in titulo cretico C. I. n. 2556 ΣΠΕΙΡΕΝ.

37) Consimiliter Grassmann K. Z. XI 8. 38 *δῖος* = sanscr. *divjas* hac via ex **διFιος* factum esse posse dicit: **διFιος -*διιFος -*δῑFος -δῖος*. Cf. de hac voce § 16, n. 17.

38) Confer legem hanc quae valet in lingua zend., omnium linguarum illa *ἐπενθετικωτάτη*: Triphthongi, ut *αοί* i. e. (*α* + *ο*) = *ί*, praeterquam si tertia vocalis epenthesi nata est, bisyllabe pronuntiantur; si illa epenthesi nata est, ut in *kerenaoiti* (ex **kerenao-ti*, 3. pers. praes. radicis *kar* facere), monosyllabe. V. Westphal K. Z. IX 446.

(*αα*, *ιι*, *οο*), non unam, sed, quantumcunque linguam exerceas, semper duas syllabas efficiunt. Ergo fieri nullo modo potuit, ut ex *κλινιω κλιινω* prodiret, neque multo credibilius est, linguam ex *πλνιω πλνινω* fecisse. Quae cum ita sint, *ī* et *ū* in *κλῑ́νω* et *πλῡ́νω* productione suppl. factum esse persuasum habeo.

Addo autem verbis illis iam commemoratis nunc etiam haec: *δῖνη*, lesb. *δίννα* (Ahr. I 59); *Ἐρῑνύς*, praeter quam formam etiam apud Atticos invenitur *Ἐριννύς*, = scr. *Saraṇjûs* (Kuhn K. Z. I 439); *σέλῑνον*, lesb. *σέλιννον; χάλῑνος*, lesb. *χάλιννος* (Ahr. l. l.).

Incertae originis *νν* est in **ἔννεκα* (lesb. *ἔννεκα*), unde homericum *εἵνεκα* et atticum *ἕνεκα* (v. Pott I[1] 268, Benfey I 427, Ebel K. Z. V 67), atque in (lesb.) **μόννος*, unde dor. *μῶνος* (ap. Callim. Lav. Pall. 29. 75. 132, h. Cer. 8. 94. 112: Ahr. II 565), hom. *μοῦνος*, att. *μόνος* (v. Leo Meyer K. Z. VIII 143, qui vocem satis audacter a rad. *sam* ducit).

II) *M.*

M dissolvitur ante *μ*.

A) *μμ* assimulatione progressiva natum.

§ 7.

a) *μμ* ex *ϑμ*, *τμ*.

Πῆμα ex **πάϑμα*: v. Benfey I 255.

Pro dor. *πᾶμα* (possessio) Lesbios *πάμμα* dixisse collectum est ex *πολυπάμμονος* quae *Δ* 433 satis antiqua lectio est. Scholiastae adnotant: *πάμματα ἴσως Αἰολικὸν διὰ τὰ δύο μμ.* Ahrens (I 61) illud *πολυπάμμονος* non probat, dicit enim radicem vocis esse *pâ*, ex ea vero neque *πάμμα* neque *πολυπάμμων* in ulla dialecto fieri potuisse. Sed vereor ne falsus sit v. d., nam facillime illud *μμ* explicatur, si *πᾶμα* revocas ad radicem *pat*, quae inest in

sanscr. *pat-jê* (herrsche, bin teilhaft), lat. *pot-ens*, *pot-iri*, nec quidquam video, quod ei derivationi obstet (cf. Curt. p. 265). Ergo: **πάτ-μα* — *πάμμα* — *πᾶμα*. *Πατ: πα* = scr. *djut: dju (div)* = *ἀυτ: ἀυ* (v. Curt. p. 63). Ut ex **ἵνυ-μαι ἵννσμαι*, ex **ὑϑ-μίνη ὑσμίνη* factum est, ita ex **πάτμα* et **πάϑμα* antea quam in *πάμμα* transierunt **πάσμα* factum esse veri simillimum est[39]).

b) *μμ* ex *σμ*.

Ion. att. *ἡμεῖς*, dor. boeot. *ἆμές* = lesb. *ἄμμες*, quod natum esse ex **ἀσμες* sanscr. *asmê* docet; item ion. att. *ὑμεῖς*, dor. *ὔμές*, boeot. *οὐμές* = lesb. *ὔμμες*, cui respondet sanscr. *jushmê*.

ἧμος et *τῆμος* componit Curtius p. 544 cum sanscr. ablativis *jasmât* et *tasmât*.

Veriloquiorum quibus voces *ἦμαρ*, dor. *ἆμαρ*, et *ἡμέρα* tentatae sunt maximam probabilitatem illud habere mihi videtur, quod Ascoli (K. Z. XVII 403 sq.) proposuit, secundum quod *ἦμαρ* ducendum est ex **Fάσ-μαρ* (cf. *τέκ-μαρ*) et *ἡμέρα* ex **Fασ-μέρα* (cf. *ἵ-μερο-ς*) a rad. *vas (us) flagrare lucere*.

De *ἵμελλον*, quod Curtius natum putat ex **ἐ-σμελλον*, v. § 18, n. 9 cum. adn.

Ion. att. dor. mit. *εἰμί*, dor. sev. *ἠμί* ex **ἐμμί* (*ἔμμι* Lesbii) — **ἐσμι*. In 1. pers. plur. Ias et Atthis *σ* servat:

---

39) In eo, quod duo tantum vocabula (nisi quod nos fugit) hanc, quam modo descripsimus, mutationem patiuntur, nemo offendet. Etiam supra ubi de *δν* et *ϑν* litterarum mutatione diximus (§ 5, 1) pauculas tantum enumerare habuimus voces quae productionem suppletoriam passae erant: aliae haud paucae *δ* et *ϑ* ante *ν* integra relinquunt, ut *ψεδνός*, *σκίδναμαι*, *ἔδνον*, *κυδνός*, *ἔθνος*. Non magis igitur mirum est quod verba compluria *τ* vel *ϑ* ante *μ* servant, ut *πότμος*, *ἀτμός*, *πυϑμήν*, *γναϑμός*, alia rursus *τ* et *ϑ* in *σ* mutant, ut *ἥνυσμαι*, *πέπεισμαι*, duo illa productionem suppletoriam adhibent. Sed omnino hoc tenendum, linguam in omni hoc genere certas regulas et normas non sequi: id quod hoc quidem loco verbo tetigisse sufficiat.

ἐσμέν (cf. Kuhn K. Z. II 266, Curtius 'Ueb. d. tragw. d. lautges.' p. 24); severior Doris *ἐσμές maximam partem mutat in ἰμές. Infin. (att. εἶναι ex *ἔσ-ναι,) ion. εἴμεναι, dor. mit. εἶμεν, dor. sev. ἦμεν ex (lesb.) ἔμμεναι -*ἔσμεναι. Cf. Ahrens I 146 sq. 211. II 318 sqq.

Ion. att. εἶμι, dor. sev. *Fῆμι* (Hesych. *γῆμι*) ex *Fέμμι* (lesb.; Hes. *γέμμι*) -*Fέσ-μι; ἵματα (Hesych.) et ἱμάτιον ex *Fισ-ματα, *-ματιον.

ἵμερος ex *ϝῐσ-μερο-ς a rad. *is cupere*, quae intacta cernitur in ϝΙσ-μήνη, ϝΙσ-μαρο-ς, aliis. Assimulata videtur sibilans ad sequens *μ* in ϝΙμμάραδος (*dulciter canens* secundum Pottium K. Z. IX 415). Permirum autem quod legitur ap. Sapphonem fr. 1, 27 ἰμέρρει et fr. 39 ἰμερόφωνος; exspectamus enim duplex *μ*. Neque ulla ex parte ego dubito, quin pro ἰμέρρει, quae forma αἰόλῃ magis quam αἰολικί est, ἰμμέρρει restituendum sit itemque ἰμμερόφωνος pro ἰμερόφωνος.

λῖμα (voluntas fortasse ex *λάσ-μα; cf. λάσ-τη, λάσ-θη, λάσ-ταρο-ς. λᾶμαχος ex *λάσ-μαχο-ς?. V. Curt. p. 337.

κρῖμός nescio an ex *κρυσ-μό-ς; cf. κρυσ-ταίνω, κρύσ-ταλλος.

Postremo hoc loco pono perfectum ἔμαρται, quod productione suppletoria ex *ἔμμαρται natum esse perfectum activi ἔμμορα docet. Sed unde *μμ*? Sociatum est verbum cum radice *smar* quae est in *μέρ-μηρ-α*, scr. *smar-âmi* ctr. (Curt. p. 308). Sed consociatio haec vix stare potest (v. Pott II² 388 sq., Curt. p. 309): quare non dubito explicandae duplicis nasalis eam viam ingredi, quam Pott ingressus est, qui ἐμ-μ. ex *με-μ.* ortum iudicat sicuti ἔϝλιφα = *ἔλλιφα ex *λέλιφα (v. § 12, c). Quamquam fatendum est, *με* litterarum ante *μ* metathesin ceteroqui non deprehendi.

B) *μμ* assimulatione regressiva natum.

§ 8.

Nihil aliud huc pertinet praeter aoristos ion. att. *ἔνειμα*, dor. sev. *ἔνημα*, *ἔδειμα*, natos ex (lesb.) *ἔνεμμα* i. e. **ἔ-νεμ-σα*, **ἔδεμμα* i. e. *ἔ-δεμ-σα*, et *ὦμος* pro **ὄμσος*, de qua voce supra iam diximus § 3, 7.

III N adulterinum.

§ 9.

Sicuti *n* dentale et *m* ita etiam *ṅ* in lingua graeca ante continuas duntaxat consonas cum compensatione eliditur, et fit id solum ante nasalem dentalem et nasalem labialem; hae enim nasales solae ex consonis continuis cum *ṅ* consociantur. Ubique autem nasalis gutturalis ex explosiva gutturali nata est.

Optime de hac explosivarum gutturalium ante *n* et *m* in nasalem gutturalem immutatione nuper Westphal dixit in libro grammatico saepius iam laudato I 1, 17. Concludit is ex nomine *ἄγμα*, quod grammatici veteres *γ* illi imposuerunt quo distingueretur a vero *γ*, pronuntiatum esse *γ* in hac voce ut *ṅ* et secundum id etiam *πλέṅμα*, *πεφυṅμένος* nec minus *στυṅνός* dictum esse putat. Iam quamquam ex nomine illo nihil aliud concludere licet nisi tunc, cum invaluerit hoc nomen, *γ* ante nasales sonum gutturalis nasalis habuisse, tamen iam longe antiquioribus temporibus eam immutationem in linguam graecam hic illic se insinuasse putandum est. Nam cum consonantis explosivae eiectio productionem antecedentis vocalis efficere non possit, *οὔνομα*, *γῑ́νομαι*, *γῑνώσκω* alia via ex **ὄγνομα*, *γίγνομαι*, *γιγνώσκω* nasci vix potuerunt quam ea, ut hae quidem formae proxime transirent in **ὄṅνομα*, *γίṅνομαι*, *γιṅνώσκω*. Et optime cum eo congruit, quod nullum, quod quidem sciam, est apud poetas exemplum litterarum *γν* syllabae positionem neglegentium, cum *γρ γλ*

sexcenties syllabam correptam relinquant [40]). Certe etiam in *ἔσφιγμαι*, *σφίγμα*, *σφιγμός* *γ* ut *ṅ* pronuntiabatur. Stirps enim harum vocum est *σφιγγ* eaque tenet semper nasalem tum, cum suffixum accedit quod non a nasali incipit: *σφιγκτός σφιγχθείς* etr. Hoc certe non fortuito factum est, sed hau dubie *ἔσφιγμαι* prodiit ex **ἔσφιγγμαι*, in quo ex *γγ* i. e. *ṅg* eodem modo *ṅ* ortum est ut in nostro *verhängniss* quod pronuntiatur *verhänniss* (cf. Mehlhorn gr. gr. p. 54).

Dorienses vocum *γίγνομαι* et *γιγνώσκω* nullam aliam formam habuerunt quam eam, quae productionem passa est (cf. Ahr. II 112), apud Atticos autem haec posterioribus demum temporibus invaluit.

σπῖνος (avis pipans) ex **σπίγ-νος* a rad. *σπιγ*, ex qua eadem descendunt *σπίζω* i. e. **σπίγ-jω*, *σπίζα* i. e. **σπίγ-ja* et, nasali in syllabam radicalem inserta, *σπίγγ-ος* nostrumque *finke*. *σπῖνος* ex *σπίγγος* factum esse (Benfey I 535) mihi parum credibile videtur.

λῆνος, dor. *λᾶνος*, idem verbum est atque *λάχνος* ab eisque genere tantum differt latinum *lâna*. Radix est *lak* et forma graecarum vocum principalis **λάκ-νος*; inde tenuis in aspiratam mutatione *λάχνος* (cf. *δραχμή* a *δρακ*, *πλοχμός* a *πλεκ*: Curt. p. 449), tenuis in mediam mutatione **λάγνος* (cf. *δράγμα*, *πλέγμα*, *πλεγνύω*: Curt. l. l.) et ex hac forma tum **λάᾱνος — λᾶνος λῆνος*. Cf. etiam *ἐγ Ναυπάκτω* in titulo locrensi ab Oeconomide publicato v. 15 et, quod bis (v. 8 et v. 19) in eodem titulo legitur, *ἐ Ναυπάκτω*.

λᾱνίζω (*λαγγάζω* Hesych.) pro **λᾰγνίζω* a rad. *λαγ*, quae in *λαγγάζω* nasali aucta cernitur. Vox illa Dorismo tribuenda esse videtur.

φῑμός pro *σφῐγ-μός*. *φῑμός* : *σφίγγω* = *λᾱνίζω* : *λαγγάζω* = *σπῖνος* : *σπίγγος*.

Non solum a Graecis explosivae gutturales aute *n* et

40) Contra *γμ* litterarum positionem non efficientium exstant exempla: v. God. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 504.

m in *ṅ* mutantur, sed etiam ab Indis et ab Romanis. Sic illorum in lingua *vâk* (verbum, oratio) ante *mama* mei vel ante *nâu* (νῷν nostrum amborum) transit aut in *vâṅ* aut in *vâg*. Forma *vâg* quasi media est inter *vâk* et *vâṅ*. Apud Romanos *g* ante *n* et *m* ex antiquissimis iam temporibus *ṅ* pronuntiabatur nec raro *g* ante *n* et *m* cum compensatione elisum videmus. Illud quidem nuperrime Schleicher comp. p. 243 et Corssen I² 262 negarunt. Et ut ab huius de illa re opinione initium faciam, Corssen formas *ingnominiae*, *congnatae*, *Angne*, *singnum*, quas Schuchardt ('Vocal. des vulgärl.' I 113 sq.) ex inscriptionibus affert, hac in quaestione ullius momenti esse negat; contendit autem, per totam latinitatem usque ad linguae volgaris postrema tempora *g* ante nasales pronuntiatum esse ut g, tum autem primum *g* consonanti nasalem praepositum esse, id quod colligendum sit e codicum scripturis *ingnes*, *pringnata* (= *praegnata*: v. Schuchardt I 475), *singnifer*, quas Schuchardt loco priore laudato affert. Ipsius Corssenii habes haec verba: „Aus den schreibweisen von handschr.: *ingnes, pringnata, singnifer* kann man höchstens schliessen, dass in der spätesten lat. volkssprache *gn* bisweilen wie n g n gesprochen wurde, indem der gutturale nasal nach *g* in die vorhergehende silbe übergetreten ist als nachklang zu dem vocal derselben vermöge eines assimilierenden einflusses, den auch vocale auf vocale der vorhergehenden silben üben." Iam pergit sic: „In den roman. sprachen schwand dann in der aussprache das *n* nach *ng* und es wurde n j gesprochen, während die alte schreibweise *gn* beibehalten wurde (Diez Gr. de rom. spr. I 252)." Putat igitur Corssen, ex *signum* epenthesi nasalis fieri potuisse *singnum* (pronunt. non ut siṅnum sed ut siṅgnum). Sed neque haec opinio ullam mihi quidem habet probabilitatem — certa enim analogia prorsus desideratur —, neque video quomodo illud nobis probari possit, post *ng* (i. e. *ṅg*) *n* nasalem elisam esse, *ṅg* autem deinde in *nj* transiisse (ex *ṅg* quod est in *longus* et similibus nusquam

nj exoritur). Mea quidem sententia res potius sic se habet: ex *gn* in illis formis *ṅn* factum erat, idque ut etiam aspectu sentiri posset, scribebant *ngn;* tum ex *ṅn* sensim natum est *nn*, idque scribebatur etiam, ut in *Annes, connato, connuscit,* aliis (Schuchardt I 115), qua cum mutatione compara vocem *flamma* pro **flaṅma* **flag-ma* et lacon. *πούμμα* = *πυγμή* Ahrens II 102). Ex *nn* denique *nj;* cf. Schuchardt I 116. Postrema igitur latinitate dictum est *siṅnum, iṅnis, maṅnus, diṅnus.* Id quidem alter illorum, Schleicher, concedit, sed addit: „Wir können jene aussprache des *gn* als *ṅn* nicht für alt halten, da die röm. grammatiker derselben nicht erwähnen.“ At consideres primum, quod tradit Priscianus II 82 H.: „gnus quoque vel gna vel gnum terminantia longam habent vocalem paenultimam, ut rêgnum, stâgnum, benîgnus, malîgnus, abiêgnus, privîgnus, Paelîgnus“, quod testimonium confirmatur formis aliquot quae in inscriptionibus inveniuntur, ut RÉGNO, SÎGNO ap. Boissievium ‘Inscr. de Lyon’ p. 136. 606: cf. Guilelm. Schmitz Mus. Rhen. XII 290 sq. Unde haec productio? GN sic pronuntiatum ut scribitur vim habuisse antecedentem vocalem producendi non credibile est. Credibile est, si *gn* ut *ṅn* pronuntiatum esse statuis; nam sicut *ns* et *nf* eam vim habuerunt, ut, dum ipsa nasalis extenuatur, vocales antecedentes producerent (v. § 3, 4), ita fieri potuit, ut nasalis gutturalis cum *n* sociata eandem vim exerceret. Credo igitur illa SÎGNO, RÉGNO pronuntiata esse ut *sîṅno, rêṅno.* Sane iam hoc, de quo modo diximus, testimonium ut de eo tempore, quo Priscianus scripsit, deque eis, quibus inscriptiones illae Lugdunenses exaratae sunt, valet, non item valere credi opus est de omni latinitate. Sed accedunt alia. Ex *adglutinare* fecerunt *agglutinare*, ex *ad-gressus aggressus* easque formas constanter postea tenuerunt, contra ex *adgnatus* fecerunt *agnatus*, ex *ad-gnosco agnosco.* Quapropter? Cur non scripserunt *aggnatus* et *aggnosco*? Haud dubie *aggnatus* paullatim in *aṅnatus* transierat. Dein qua ratione

ex **con-gnixus* prodiit *cônixus*? Certe ex **con-gnixus* primum factum est **congnixus* i. e. **cõnnixus* (cf. nostrum *verhäänniss* pro *verhängniss* quod supra iam memoravi), ex eo tum *cônnixus*, denique *cônixus*; namque *cônixus* proxime ex **cõgnixus*, id ex *congnixus* prodiisse propterea non credo, quia *n* in lingua latina nusquam ante explosivas consonas cum productione suppl. cliditur. De his igitur constat. Iam vero cum semper *congressus*, *ingressus*, semper *conglomerare*, *inglorius*, semper *congestus*, *ingestus* dixerint, quare Latini non *congnomen* dixerunt sed *cõgnomen*, quare non *ingnotus* sed *ignotus*? Nonne inde colligere debemus *g* in *-gn* aliter pronuntiatum esse atque in *-gl* et *-gr*? Et quo alio modo *-gn* pronuntiatum esse credi potest nisi ut *-ñn*? Ergo formae *cõgnomen ignotus* sic explicandae sunt: ex *congn.*, *ingn.* — *coñn.*, *iñn.*, inde *cõñn.*, *iñn.* eodem modo quo illud *sĩgnum* i. e. *sĩũnum* ex *sĩũnum*; *cõñn.*, *iñn.* autem scribebantur *cõgn.*, *ign.*, quia omnino *g* ante nasales ut *n* pronuntiari solebat. Cf. quae supra de *ἔσαγμαι* diximus. Confirmantur denique omnia haec eo, quod *c* et *g* non raro in lingua latina cum compensatione eiciuntur, id quod fieri non potuit nisi ante consona explosiva in consonam continuam mutata. Sic fit ex **lac-na* — **lagna* [41] — **laĩna* — **lâĩna* — *lâna*, ex **decni dêni*, ex **legno*, *legna* — *lêno*, *lêna* (cf. Walter K. Z. XI 434 sq.), itemque ex **lacma* — **laĩma* — *lâma*, ex **exagmen* *g* i. e. *i* servat *agmen*) *exâmen* ctr. (v. Corss. I² 634 sqq.). Ex antiquissimis igitur temporibus Romanos explosivas gutturales ante *n* et *m* nasalium instar pronuntiasse iudicandum est, ob eamque rem nunc non iam credam in *ingnominiae* (C. I. L. I. 206, lex Jul. a. a. u. c. 709), *congnatus*, *congnomen*, *ingnorantiam* (v. Schuchardt l. l.) nasalem praepositionum *in* et *con* a scribis etymologis re-

41) Cf. *ilignus*, *iligneus* ab *ilec-*; *saligna*, *saligneus* a *salec-*; *larigna* a *larec-*; *cygnus* pro *cycnus* (O. Ribb. proll. ad Verg. p. 392, Corss. II² 267); *Progne* = *Πρόκνη*; *Pyragmon* = *Πυράχμων*; *Gnossus* = *Κνωσσός* (Corss. I² 78); *tignum* a *tec*.

stitutam esse (v. Corss. l. supra l.), sed ea scriptura veram quae tunc fuerit pronuntiationem expressam esse (*ng* = *ṅ*).

Restat ut commemorem, de quo eodem etiam Schleicher monet l. l., hanc explosivarum gutturalium ante *n* et *m* in *i* immutationem prorsus respondere consonantium *b* et *p* ante *n* in *m* mutationi: lat. *Samnium* = **Sabnium*, *somnus* = **sopnus*, σεμνός = *σεβνός, ἐρεμνός = *ἐρεβνός, nostrum *stimme* pro **stimna* = (got.) *stibna*.

DE LIQUIDIS.

I) De formis in quibus vocalis producitur ipsa liquida permanente.

§ 10.

Liquidae *r* et *l* gignuntur cum spiritus qui per os editur instrumentorum loquelae partibus quibusdam mollibus tenerisque oscillantibus vel trementibus intercipitur et interrumpitur. Atque requiritur quidem plus temporis ad *r* liquidam articulatim distincteque eloquendam quam ad ullius alius continuae pronuntiationem, qua de caussa *r* omnium facillime de mora sua antecedenti vocali tantum cedere potest, quantum satis est ad eam producendam. Unde fit ut illa liquida saepius quam ceterae continuae, cum ipsa vix soni sui detrimentum acceperit, vocalem praecedentem ad longae vocalis quantitatem provectam habeat. Minus haec de altera liquida valent.

Ac primum ut ex linguis cognatis nonnulla quae huc pertineant afferam: in lingua sanscrita saepissime *i* et *u* ante *r* quod sequitur consonans producuntur: *sugîrbhjas*, *sugîrshu* a stirpe *sugir* (suavi voce praeditus), *dûrbhjas*, *dûrshu* a stirpe *dur* (fores), *tîrjatê* pro **tirjatê*, **tarjatê* a *tar* (transgredi, transire), *pûrjatê* pro **purjatê*, **parjatê* a *par* (implere). Non minus ea productio usitata est in lingua hibernica vetustiore. Multa exempla Zeuss

G. C. I 32 sq. collegit, ex quibus affero haec: *nomérpimm* (confido), *cúrsagad* (reprehensio), *todúrgim* (irrito). Etiam ante *l* in hac lingua vocales producuntur, ut in *dúlchinne* (remuneratio), v. Zeuss l. l. Ex lingua Borussorum vetusta commemoro *tîrtis* = lat. *tertius*, scr. *tṛtîjas*. Deinde permulta ex lingua volgari francica rhenana huc spectant, velut *gârde* = *garten*, *kârscht* = *karst*, *Ôrschel* = *Ursel*, *Ursula* (dicitur etiam *Orschel* vocali non producta), *wârm* = *warm*; interdum autem in hac dialecto *r* tam leniter enuntiatur, vix ut percipiatur, ut haud raro prorsus audire possis *gâde* pro *garten*, *wâde* pro *warten*, *wâm* pro *warm* et similia. Eadem haec productio etiam in aliis dialectis theodiscis occurrit. Denique Romani ut ante *n* nasalem cum alia continua colligatam saepe vocalem produxerunt ita etiam ante *r* cum consona hic illic vocalem produxisse videntur. Leguntur enim in inscriptionibus *órdinis*, *órnamentum* et sim. (cf. Guil. Schmitz in Mus. Rhen. X 116). Firmamento sunt voces nonnullae, in quibus *r* prorsus evanuit, ut *pôdex*, *pêjero*, nam proxime hae prodierunt ex *pôrdex*, *pêrjero* (cf. § 11).

Iam ut ad ipsam linguam graecam transeamus, habes in hac lingua exempla vocalis per sequens ϱ productae satis multa, perpauca per sequens λ productae. Ac primum quidem α ante ϱ cum consonante in compluribus vocibus in ῑ vel ῡ productum invenimus. Optime de his vocibus et de ipsa productionis ratione Delbrück disputavit in Curtii 'studiis' I 2, 129 sqq. (cf. § 1): proficiscitur autem a productione quae fit vocalium ante *r* cum consona in lingua sanscrita, de qua productione modo diximus (ex **tarjatê*: **tîrjatê* — *tîrjatê*, ex **parjatê*: **purjatê* — *pûrjatê*). Idem igitur hoc in graecis quoque verbis nonnullis fieri docet, sed ita, ut, perfecta productione vocalis, ϱ vocali productae praeponatur. Voces autem huc trahit has easque omnes, ut videtur, iure:

1. Cum ῑ pro α: κϱῑθή (= lat. *hordeum*) ex *κιϱθή — *κιϱθή — *κάϱθη; βϱῑθω ex *βάϱθω; ϱῑνός ex *ϝϱῑνός-

**Γαρνός*; *ῥῑπτω* ex **Ϝάρπιω*; *θρῖψ* ex **θάρι-ς*; *Τρῑτογένεια* ex **Ταρτογένεια*.

2. Cum *ū* pro *α*: *χρυσός*, *φρῦγω*, *βρῦχω*, *τρῡπάω* pro **χαρσός* (**χαρτϳός*), **φάργω* etc.

Ad voces sub numero 1 enumeratas addenda sunt *ῥῖψη* (stirps *ῥῑπ*), quod cohaeret cum lat. *scirp-u-s*, quodque etiam cum *γρῖπος*, *γρῖφος* eiusdem radicis esse videtur (v. Curt. 328. 464 sq.); *σφρῖγος* quod cum *σπαργάω*, *σπαργέω* a radice *sparg* descendit (cf. Bugge K. Z. XX 40); *φρῑ́ξ φρῑκός*, *φρῑκή*. Haec quidem duo verba Kuhn (K. Z. XI 378) commode componit cum scr. *bhṛsh*, *hṛsh* nostroque *barsch* et angl. *brisk*. Quod vero graeca verba ille ex forma *φρισκ* derivat et longum *ι* formae *φρικ* eiectione sibilantis natum arbitratur, id concedi non potest, quoniam nusquam in graecitate *σ* ante *κ* cum compensatione explosum videtur. Statuendum est potius, formam principalem esse *φαρσκ*, inde proxime *φαρκ*, sicut *δεδάρθαι* ex **δεδάρσθαι*, *ἔρχομαι* ex **ἔρσκομαι* atque *hordeum* ex **horsdeum* (cf. Misteli K. Z. XVII 341 sq.) et **καρθή* (unde *κρῑθή*) ex **καρσθή* = *gerste*[42]), deinde ex **φαρκ-* **φιρκ-* **φρῑκ-* *φρῑκ* factum esse.

Iam vero quo pacto contigit, ut *α* ante *r* modo in *ι*, modo in *υ* (*ϋ*) transiret, ut ex **tarjatê tirjatê*, ex **βάρθω βρῑθω*, contra ex **parjatê pûrjatê*, ex **φάργω φρῦγω* nasceretur? Ni omnia fallunt, id sic se habet. In liquidis consonis pronuntiandis non tam certa et rata partium oris compositio et situs est, ut in una tantummodo oris regione *r* vel *l* proferre possis, sed coartatio, per quam spiritus emittatur, diversis locis formari potest. Potes in *r* et *l* pronuntiandis labra et alias oris partes ita inter se componere, quemadmodum componis in *u* pronuntiando, potes autem in eisdem illis pronuntiandis alveum eum oris, qui situs est inter linguam et palatum, ita coartare et labia ita

42) Minus recte Schleicher comp. p. 232 et Kuhn l. l. *κρῑθή* ex **κρισθή* derivant: *σ* ante dentales nusquam cum compensatione exploditur.

diducere, quemadmodum in *ĭ* dicendo facis. Sonus igitur vocalicius qui liquidis consonis inhaeret non semper idem est, sed nunc ad *u* nunc ad *ĭ* inclinat prout loquendi instrumenta sita et composita sunt. Quo fit ut *a* ante *r* in aliis vocum illarum in *ĭ* vocalis regionem, in aliis in *u* vocalis regionem abeat[43]). Sane iam illud, unde factum sit ut in *pûrjatê*, *ιρυπάω* etc. *a* in *u*, non in *ĭ*, abiret atque in *tîrjatê*, *κριθή* etc. eadem vocalis in *ĭ*, non in *u*, explicavit ad hunc diem nemo nec unquam, credo, quisquam ad certam rationem revocare poterit[44]).

Obscuratio *α* vocalis, quae fit versus *u* vocalem, in media via i. e. in *o* substitit in *κρώπιον*, quod est pro **κώρπιον* — **κόρπιον* — **κάρπιον*; *o* pro *α* ut in *ὄρχαμος*, dor. *τέτορες*, cypr. *κόρϝα*, lesb. *ἔφθορται*, *μέμορται*, aliis (v. Westph. 'Meth. gramm.' I 1, 47).

Qualitatem vocalis syllabae finalis originariam retinent nominativi stirpium in *ρ* exeuntium, ut *πατήρ* pro **πατέρ-ς*, *ῥήτωρ* pro **ῥήτορ-ς*. Ut supra, ubi de nominativis stirpium in *ν* (*ντ*, *νϑ*) cadentium dicebamus, *Ἕλμις Τίρυς -ς* servare vidimus, similiter hic nominativi nobis occurrunt *-ρς* servantes, ut *μάκαρς* apud Alcmanem fr. 13 B. (cf. Theodos. grammat. p. 41, ubi etiam *δάμαρς* affertur, et p. 96 ed. Göttl.)[45]) et *χέρς* (i. e. **χέρρ-ς*: v. § 11, b, 5) apud Timocreontem fr. 9 B. Aliae omnes stirpes eandem syllabae finalis mutationem patiuntur quam stirpes in *ν*, *ντ* cadentes:

---

43) Cf. voces has, ex quibus *l* liquidae anceps illa natura ac potestas optime cognoscitur: ital. *chiudere* = lat. cludere, *fiamma* = flamma, francog. *aube* = lat. alba, *haut* = altus: francog. *teil* = talis, *coillir* = colligere, *loiaulteis* = legalitas, *igaulment* = aequaliter. V. Wackernagel 'Altfranz. lieder u. leiche' p. 131. 149.

44) Benfeyi de hac re opinioni (v. Delbr. l. l.) plura exempla et sanscrita et graeca obstant quam quae ullam habeat probabilitatem.

45) *Μάκαρ* habes apud Solonem fr. 14 B. et apud Diphilum fr. 3 Mein.

*πατέρ-ς — *πατήᵉς — πατήᵉᵉ
(πατήρ).
*ῥήτορ-ς — *ῥήτωᵉς — ῥήτωᵉᵉ
(ῥήτωρ).

Cf.:
Lat. **pater-s* — **patêʳs* — **patêʳʳ*
(**patêr*—*pater*).
Got. **fadar-s* — **fadâʳs* — **fadâʳʳ*
(**fadâr*—*fadar*).
Scr. **pitar-s* — **pitâʳs* — **pitâʳʳ* — *pitâ*.
Lit. **moter-s* — **motêʳs* — **motêʳʳ* — *motė*[46]).

Pertinent huc etiam nominativi ὕδωρ et σκώρ qui nati sunt ex *ὕδορς, *σκόρς — *ὕδαρτ, *σκάρτ. Denique fortasse etiam βωρθία (ὀρθία Hes.), βωρθέα, βωρσέα (in titulo laconico: v. Kirchhoff 'Hermes' III 450) ad hoc producendi genus referenda sint: id quod ea de caussa non edicam confidentius, quod *o* vocalis productio etiam ex natura praecedentis digammi explicari potest (v. § 15 B). Pro radice horum vocabulorum secundum Pottium (I² 240) *vardh* crescere habenda est.

Vocalis ante λ cum consona coniunctum productae (cf. hibern. *dúlchinne* remuneratio) exemplum quod prorsus certum sit invenitur nullum, tamen quod commemoratu quidem dignum videatur unum. Est autem βλωθρός: quod a Legerlotzio (K. Z. VIII 46) et a Curtio (Stud. I 2, 296) e radice *vardh* ducitur. Et ille quidem vocem proxime ad formam *βολθρός revocat ac sumit, postquam ex *ολ λο* factum sit, *o* in *ω* productum esse, ne positio syllabae damnum faceret, hic vero radicis vocalem iudicat eodem modo in *ω* productam esse atque in adiectivo ὠκύς, quod descendit e rad. *ak*. Legerlotzii explicationem, cuius iam § 1 mentionem feci, probari non posse per se intellegitur[47]),

46) De accentu deque significatu huius vocis v. Schleicher 'Lit. gramm.' p. 193.

47) Cum βλωθρός-*βολθρός confert Legerlotz πέπρωται-πορεῖν, θρώσκω-θορεῖν, βλώσκω-μολεῖν. Arbitratur igitur haud dubie v. d.,

recte tamen fortasse *βλωθρός* ad **βολθρός* reducit. **Βολθρός* ex **βαλθρός* fieri potuit sicuti ex *μαλάχη, μολόχη*, ex

πέπρωται, θρώσκω, βλώσκω productione suppletoria nata esse ex **πέπορται, *θόρσκω, *μόλσκω*. At unquam formas **πέπορται, *θόρσκω, *μόλσκω* exstitisse neque potest probari et sunt quae mea quidem sententia luculenter ostendant, illas nunquam fuisse. Si quis enim accipit *θρώσκω* natum ex **θόρσκω*, eidem sumendum est *θνήσκω* natum ex **θάνσκω* eidemque rursus sumendum est, *τέθνηκα* ex **τέθανκα*, *τεθνᾶμεναι* ex **τεθάμεναι*, *τεθνηώς τεθνεώς* ex **τεθαρFώς*, *τεθναίην* ex **τεθανίην* similiterque *τλαίην* ex **ταλίην* prodiisse. Sed ubi similis metathesis? Si omnia quae in lingua graeca sunt metathescos exempla (multa collecta habes apud Mehlhornium p. 77) inter se contuleris, videbis, ubi consonans ea, quae sequitur consonantem, ut verbo utar, metatheticam, ad ipsam stirpem pertinet, vocalem metathesi facta non produci: cf. e. g. *θρᾰσ-ος, ἔ-θρακ-ον, ἔ-παρᾰ-ον, ῥοφ-έω* (= sorbeo); excipiuntur voces illae, in quibus *ă* antequam liquida littera transposita sit in *ī* vel *ē* transivit, et *κρώπιον*, eodemque pertinere videtur lat. *rēpo*, cuius vocalem similem productionem passam esse puto *serpo* — **sérpo* — **srēpo* — *rēpo*. Contra ubi consonans quae consonantem metatheticam sequitur non stirpis sed suffixi est, constanter vocalis producitur, velut in *θνή-σκω, τμη-τός, βρω-τήρ, κέ-κλη-κα, δέ-δμη-κα*: excipiuntur sola perfecta *τέ-θνᾰ-μεν, -τε, -σι* etc. et *τέ-τλᾰ-μεν, -τε* etc. Quae cum ita sint eumque *τεθναίην, τεθνηώς, τέθνηκα* etc. ex **τεθανίην, *τεθαρFώς, *τέθανκα* facta esse veri dissimillimum sit, facile concedes, has stirpes verbales in consona finali transponenda aliam rationem sequi quam voces illas, in quibus consona quae consonam metatheticam sequitur ipsius stirpis est. Mihi autem nulla ex parte dubium est, quin res sic se habeat. Lingua a primordio ad voces formandas non solum formis *βορ, πορ, μολ, θαν, ταλ* etc. utebatur sed metatheticis quoque formis *βρο, προ* etc. suffixaque ad stirpes adiungens pro re nata modo illam, modo hanc formam adhibebat; illam praesertim tum, cum suffixum a vocali incipiebat (*μολ-εῖν, πορ-εῖν, θαν-εῖν*), hanc tum, cum a consonante: quod quidem ubi fiebat, aut brevis relinquebatur vocalis, ut in *τέ-τλᾰ-μεν*, aut producebatur, ut in *τέ-τλη-κα*. Dubium autem vix esse potest, quin in *τέτλᾰμεν, τέτλᾰτε, τέτλᾰθι, τέθνᾰμεν* etc. vocalis correpta sit ad similitudinem perfecti *ἕστᾰμεν, ἕστᾰτε, ἑστᾰθι* aliorumque, contra in *τέτληκα, τέθνηκα* producta sit vocalis ad similitudinem perfectorum *ἕστηκα, βέβηκα*, aliorum (*τέθνᾰμεν* : *τέθνηκα* = *ἕσταμεν* : *ἕστηκα*). Igitur in *τέτληκα, τέθνηκα* vocalis, ut saepe fit, syllabae corroborandae caussa producta est, idemque certo factum est in *πέπρωται, θρώσκω, βλώσκω, τλῆναι, τμητός*

σιαλείς apud Lesbios στόλεις factum est, tum ex *βολθρός *βωλθρός βλωθρός sicuti ex *κόρπιον (pro *χάρπιον) *χώρπιον χρώπιον. Sed habet Curtii quoque explicatio quo commendetur. Quapropter nihil de hac re decidam.

II) De formis in quibus liquida plane eliditur cum compensatione.

A) *P.*

§ 11.

Primum etiam hic e linguis cognatis pauca quae huc pertinent afferre liceat.

In lingua sanscrita si *r* alterum *r* excipit prius *r* semper cum vocalis antecedentis productione eliditur: *ârati* pro **ar-rati* (3. pers. plur. praes. intens. a rad. *ar* ire), *nîraçanâ* pro **nir-raçanâ* (*nir* deorsum, *raçanâ* cingulum). Ex lingua francica rhenana supra iam attuli *gâde*, *wâde*, *wâm*. *Fôdern* pro *fordern* non solum dialectorum est, sed et scribitur. Cf. Grimmiorum lex. s. v. *fôdern*, ubi etiam alia quaedam afferuntur quae huc spectant. Item ex lingua latina iam attuli *pôdex* et *pêjero* pro **pordex* et *perjero* (i. e. *per-juro*). Accedunt ex inscriptionibus quaedam, ut *controvôsiâs*, *vêsura*, *Phâsalia* (Corss. I² 243) et fortasse formae quoque *dossum*, *dossuarius*, *dossenus*, *Sassina*, *Casseoli* (Corss. l. l., siquidem inter has et principales formas *dorsum*, *dorsuarius*, ctr. eadem ratio intercedit, quae inter *formôssus* et *formŏnsus* (v. § 3, n. 6).

Transituro mihi iam ad linguam graecam nihil in universum praemonendum est nisi hoc, dialectos singulas in ipsa vocalis producendae ratione prorsus easdem leges sequi, quas supra, ubi de productione vocalium nasales prae-

etc. Similiter apud Romanos finali consonante radicis transposita interdum vocalis producitur, ut in *strâ-tus*, *(t)lâ-tus*, *sprê-tus*, *crê-tus*. Demonstrant autem formae *strâtus*, *(t)lâtus*, quippe graecis στρωτός, τλητός respondentes, consonae radicis finalis transponendae vocalisque radicalis producendae hoc genus iam tum invaluisse, cum lingua graeca et linguae italicae nondum inter se discesserant.

cedentium agebatur, cognovimus, Lesbios autem, ubi *vr* tenent, semper ibidem *ρρ* tenere, et hoc, linguam graecam aeque ut linguam sanscritam *ρ* nusquam nisi ante *ρ* cum compensatione explodere[48]).

a) *ρρ* assimulatione regressiva natum.

Quod certum sit unum tantummodo in promptu habeo exemplum:

εἴρηκα pro **ἔρρηκα* i. e. **Fέ-Fρηκα*.

Dubitari potest de *σκῖρος* gypsum (scribitur etiam *σκεῖρος*), quod cum sine dubio prodierit ex *σκίρρος*, quae forma praeter illas invenitur, a Benfeyo (I 40) ex **σκίσρος* derivatur, et de *λιρός*, quod idem (II 138) ex **λιρρός* — **λιρός* — **γλιθρός* natum putat.

b) *ρρ* assimulatione progressiva natum.

1) *ρρ* ex *ρδ*.

Cret. *πῆριξ* (Hesych.) = *πέρδιξ*; item *πήραξον* (Hesych.) ex **πέρδαξον*.

Cret. *ἄχιρος* (Hes.: *ἄχιρον ἀκρίδα Κρῆτες*, ubi pro *ἀκρίδα ἀκράδα* restituerunt) = att. *ἄχερδος*.

κῆρ natum videtur ex **κάρρ* **κάρδ* (v. Curt. p. 137).

2) *ρρ* ex *ρσ*.

Lacon. *Πηρεφόνεια* (Hesych.) ex **Περρεφόνεια* (cf. *Φερρέφαττα*) — *Περσεφόνεια*.

Πειρήν Inachi cognomen, *Πειρήνη* fontis cuiusdam nomen a radice *pars* (scr. *pṛsh*, spargere irrigare, ex qua etiam *Περσεύς* et *Πέρσης*. V. Somme K. Z. X 104.

Εὐραφιώτης cognomen Liberi (*Ἰραφιώτης* in hymno Bacch. Anth. Pal. IX 524, 10) ex (lesbiaco) *Ἐρραφεύτας* (Alc. fr. 90 B.). Ducit Somme (K. Z. X 103; cf. Legerlotz K. Z. VIII 53) hoc nomen ab **ars-a-bha-s*, scr. *ṛsh-a-bha-s* et vertit 'befruchter', haud dubie recte. Ab eadem rad.

48) *Στέατος*, *φρέατος* non sunt facta ex **στέᾱρτος*, **φρέᾱρτος*, sed ex **στήᾱτος*, *φρήᾱτος*: v. § 18, n. 6.

ἄρσην, ἄρρην et εἴρην, quo nomine Lacedaemonios adolescentes vocavisse narrat Plutarchus Lyc. c. 17; at εἴρην vera forma laconica esse non potest, sed ea fuit ἴρην vel ἴρᾱν(ī), ut ex Herodoto IX 85 et ex glossa hac Hesychiana: ἴρανες εἴρενες οἱ ἄρχοντες ἡλικιῶται. διώκοντες (scr. cum Ahrensio II 116 Λάκωνες) discimus. Neque in Ἰραφιώτης neque vero in lac. ἴραν ἴρην ī ex ει factum, sed fuit utriusque vocis forma ab *ἰρρ- incipiens, facta ea ex ἐρρ-. De μεῖραξ, quod Leo Meyer I 87 cum εἴρην componit, vide Curtium 310. 543.

Ion. δειρή, dor. sev. δηρά (Ahr. II 159) ex *δερρά (lesb. δέρρα: Ahr. I 63) i. e. *δερσά, cuius σ servatum conspicitur in Δερσαῖοι (gens Thraciae). Respondet lat. *dorsum*. V. Curt. 'Stud.' I 1, 256.

κορεύς, κούριμος, κουρίζω, κουριάω pro *κορρ-, *κορσ-. Radix est *kar* tondere adiuncto σ. Servaverunt ρσ: κορσόω, κορσωτεύς, κορσωτήρ.

κωρέα (ἄκρα Hesych.) componendum est cum κόρρη, κόρση tempus et scr. *çîrsham* pro **kars-a-m*. Cf. Curt. l. c. p. 249. Propter ω vocem Dorismo severiori vindicare debemus.

οὐρά cauda pro *ὀρρά, *ὀρσά. ρρ tenuit ὄρρος = theod. vet. *ars* (v. Pott I[1] 123). Eodem pertinent οὔραχος, οὐρίαχος, et οὐροπήγιον, praeter quod etiam ὀρροπήγιον invenitur. Cf. Curt. p. 325.

μῦρίνη apud serioris aetatis scriptores pro μυρρίνη, μυρσίνη usurpatur.

Ex aoristis stirpium verbalium in ρ cadentium σ terminationis servaverunt ἀποέρσαι, τέρσαι, κέρσαι, ὄρσαι, κύρσαι. σ ad ρ assimulat dialectus lesbiaca, ut in συνόρραισα (Ahrens I 51. 99). Ceteris in dialectis volgo prior ρ cum compensatione eicitur: ut in dor. ἔσᾱρα, ion. att. ἔσηρα; dor. sev. ἔφθηρα, dor. mit. ion. att. ἔφθειρα; ἔμῦρα.

3) ρρ ex ρϝ.

Unde hom. ἴρηξ(ī) ortum sit, docent glossae hae Hesy-

chianae: *βείρακες ἴέρακες* et *βάρβαξ ἴέραξ παρὰ Αἰβυσι*. Principalis forma inde cognoscitur **FάρFαξ*: hinc **Fέρραξ — *Fείραξ (βείρακες)* atque **Fίρραξ — ἴραξ ἴρηξι*. Cf. Legerlotz K. Z. VIII 47 sq. Forma attica *ἱέραξ* recentior est quam ionica *ἴραξ* et ex hac nata applicatione quadam ad adiectivum *ἱερός*, utpote quocum cohaerere putaretur. Cf. Förstemann K. Z. III 57 sq.

Ion. *δούρατα*, dor. *δώρατα* (*Ἰωρίμαχος* in tit. acarnan. Leakii n. 164 et in tit. ther. C. I. n. 2458, *Ἰωρικλέος* in tit. issensi C. I. n. 1835: in *ω* vocali quam hac formae exhibent iniuria Ahrens offendit II 171, cf. 565; *Ἰωρίς* terra saltuosa) ex **δόρρατα* (lesbiaca forma fuisse videtur *δόρρα*) — **δόρFατα*. Cf. § 6, 2.

κοῦρος, dor. sev. *κῶρος* (Ahr. II 161) ex (lesb.) **κόρρος*; cf. *κορρίον μικρὸν κοράσιον* Hesych. In inscr. arcad. edita ab Oeconomide l. l. p. 129 legitur *ἔθτσε τᾶ Κ.ΡΕΑΙ*: litteram deletam *O* fuisse satis certum est.

4) *ρρ* ex *ρj*.

Praesentia in *-ῥρω*, *-ῤρομαι* exeuntia, ut *κῤρω*, *μαρτύρομαι*, *ξῤρομαι*, *ὀλοφῤρομαι*, ex **-ίρρω*, **-ίρρομαι* (lesb. *ὀλοφίρρομαι*: Ahrens I 53) — **-ίρjω*, **-ίρjομαι*. Cf. § 6, 3.

5) *ρρ* incertae originis.

Att. *κείρυλος*, dor. *κήρυλος* (Ahr. II 162 ex **κέρρυλος*.

οὐρός inferiore graecitate pro *ὀρρός* serum dicebatur. Cf. Curt. p. 325.

σειρά, dor. *σιρά* (Ahr. II 163), *σειρίς*, *σειράς*, *ἄσειρος* ex **σερρά* etr. Errat Benfey qui *σειρ-* ex *σιρ-* vocalis *ι* amplificatione natum putat (I 289).

Ion. *ἤπειρος*, dor. *ἄπιρος* (Ahr. II 159) terra continens ex (lesb.) *ἄπερρος* (Ahr. I 59). De origine vocis Ebel K. Z. IV 341, Bernhardt (Gr. etymologien, Wiesbaden, 1862) p. 11, Curtius Fleckeis. Ann. vol. 85 (a. 1862 ed. p. 866. Bernhardt vix recte alterum *ρ* formae lesbiacae iudicat ex spirante suffixi *ja* prodiisse, quia Dorienses ut ex **σιέρjα*

σπείρω fecerunt aeque ex **ἄπερϳος* certe *ἄπειρος* facturi fuissent. Prodierit illud *ρ* ex digammo suffixi *Fo*.

Ion. *ἄπειρος*, dor. *ἄπιρος* (Ahr. II 159) interminatus ex (lesb.) **ἄπειρρος*: item ion. *πείρατα* ex (lesb. *πέρραια* (Ahr. I 60). Radix est *par*, unde etiam *πέρα*, *πέραν*. Duplex autem *ρρ* ex *ρF* natum putem: *πέρρατα* ex **πέρ-Fατ-α*. Praecipue colligendum id mihi videtur ex homericis *ἀπερείσιος* et *ἀπειρέσιος*[49], ut quae vix aliunde nasci potuerint quam ex **ἀ-περ-Fέ(ν)τ-ιο-ς*: *ἀπερείσιος* ex **ἀπερ-(F)έντιος*, *ἀπειρέσιος* ex **ἀπερFέ(ν)τιος*. Syllabarum scilicet quantitate antiquissimis temporibus nondum ad normam prorsus certam directa, haud dubie Homero dicere etiam licuisset *ἀπειρείσιος* et *ἀπερέσιος*, sed formae hae metro renitentes a poeta usurpari non poterant ob eamque causam nobis non traditae sunt. Cf. § 22.

Ion. att. *χεῖρες*, dor. *χῖρες* (A. II 159) ex (lesb.) *χέρρες* (A. I 60). Unde alterum *ρ* ortum sit, incertum est. V. Benfey II 371, Ebel K. Z. IV 346, Hirzel 'Zur beurth. d. aeol. dial.' p. 55.

B) *Λ*.

§ 12.

Ex linguis cognatis non habeo quod afferam (nisi lat. *vîs* = **vīl-s* huc spectat): quare statim ad graeca exempla enumeranda accedo. *Λ* ante nullam aliam consonam cum productione suppletoria elidi nisi ante alterum *λ*.

a) *λλ* assimulatione regressiva natum.

μείλια, *μείλιχος* = lesb. *μέλλιχος* (A. I 58), dor. *Εὔ-μιλος*, *Καλλί-μιλος*, *Φιλο-μήλα* (v. Curt. p. 307) a rad. *marl*, ser. *mṛḍ*. Eodem pertinere videtur *Μίλων* (*ι*), v. Curt. l. l., et *Μῖλιτος* = lesb. *Μίλλατος* (Ahr. l. l.) 'ἐράννα', quemadmodum eam urbem Theocritus XXVIII 21 appellat.

49) In *ἀπερείσιος* transmutationem quantitatis secundae et tertiae syllabae factam esse, quae est Düntzeri opinio (Fleck. Ann. vol. 95 p. 356), credere non possumus.

b) λλ assimulatione progressiva natum.

1) λλ ex λσ.

Ex *ἔψαλσα: lesb. ἔψαλλα, dor. ἔψᾶλα, ion. att. ἔψηλα;
ex *ἔσιελσα: lesb. ἔστελλα, dor. sev. ἔστιλα, dor. mit. ion. att. ἔστειλα;
ex *ἔτιλσα: lesb. ἔτιλλα, cet. ἔτιλα.
Κέλσαι et *ἕλσαι* λσ retinent.

2) λλ ex λF.

Dor. *πᾱλός*, ion. att. *πηλός* ex *πᾰλFός = sanscr. *palva-la-s*, lat. *palû(d)-s*, v. Benfey II 81, Curt. p. 258.

ὕλη(ῡ) ex *σύλFη = lat. *silva* pro *sulva*.

Ἦλις, *Fᾶλις* (*Fαλήιοι* C. I. n. 11 et alibi) respondet latino *vallis* = *valvis*. Cf. Curt. p. 336.

Ion. *οὖλος* omnis respondet latino *sollus*, sanscr. *sarvas*. Forma graecoitalica est *sollos*. Cf. Curt. p. 503.

Σειληνός et *Σῑληνός* ex *ΣελFηνός. Nam Hesychius habet *Σιληνοί* (sic I. Vossius pro *Σιλγῖνοι*) *οἱ Σᾶτυροι*. Cf. Legerlotz K. Z. VIII 128.

χεῖλος = lesb. *χέλλος* (Ahr. I 58) recte Benfey (II 284 ad *χέλ-Fος revocat; *χειλών* piscis nomen eodem pertinet vices alternans cum *χελλών* (cf. Steph. Thes. s. v. *χελών*).

ἴλαος, *ἴλεως*, *ἴλαθι* *ἵλῃθι* ex *σέλλαος *σέλλαθι*. Vocis *ἴλαθι* forma lesbiaca *ἔλλαθι* traditur in Etym. Gud. 566, 28, ubi haec leguntur: *σιανίως τὸ ἰῶτα ἐκτεταμένον ἰρέπουσιν* [*οἱ Αἰολεῖς*] *εἰς ε*, *οἷον ἴλαθι ἔλλαθι*, *χίλιοι χέλλιοι*. Quibuscum consentiunt Choeroboscus in Anecd. Oxon. II 224, 16 haec verba: *εἴλαθι· οἱ Αἰολεῖς γὰρ ἔλλαθι λέγουσιν*. Igitur secundum ea testimonia Aeolenses i. e. Aeolenses Asiani dixerunt *ἔλλαθι* pro *ἴλαθι*. Iam vero idem Choeroboscus ibid., pagina insequenti, haec habet: *Αἰολεῖς ἴλλαος καὶ οὐχὶ ἔλλαος*; unde colligendum esse videtur, Lesbios dixisse quidem *ἔλλαθι*, non vero *ἔλλαος* sed *ἴλλαος*. Eo Ahrens (I 284) tanto opere offensus est, ut suspicaretur, lesbiacum *ἔλλαθι* omnino nihil commune habere cum ion. *ἵλῃθι*; confirmationi autem illi esse videtur, quod *ἔλλαθι*,

plur. *ἔλλετε*, non solum apud Lesbios reperitur, sed etiam apud Simonidem Ceum et apud Callimachum, a quibus poetis non minus quam a ceteris poetis non lesbiacis lesbiacam liquidarum geminationem, paucissimis quibusdam formis exceptis, alienam esse Ahrens censet. Sed valde vereor ne id viro doctissimo concedere non possimus. Nam primum prorsus idem *ἔλλαθι* significat quod *ἴλαθι*. Tum, si dixissent Lesbii et *ἔλλαθι* et *ἴλλαος*, minime hae formae inter se repugnarent: dicebant enim eidem Lesbii *ἔλλω* et *ὅμιλλος* similiterque Attici *εἴλω* (ex *ἔλλω*) et *ἴλλω*. Nunc vero locus ille, ex quo tota Ahrensii sententia pendet (*Αἰολεῖς ἴλλαος καὶ οὐχὶ ἔλλαος*), ne certae quidem scripturae est, cum in Etym. Gud. 276, 7, quo idem illud grammatici enuntiatum incurrit, pro *ἔλλαος ἴλαος* legatur. Itaque minime audax est scribere *ἔλλαος καὶ οὐχὶ ἴλλαος*, qua mutatione accepta omnia expediuntur. — *ἔλλαθι*, *ἴλῃθι* coniungenda sunt (cf. Ahr. l. l.) cum homer. *οὖλε*, quod est pro **ὄλλε* **σόλFε* = lat. *salve*, et sunt imperativus verbi cuiusdam inusitati **σελFά-ω* = lat. *salve-o*. *ἔλλετε* autem pluralis est imperativi *οὖλε*. *ἔλλᾱ-θι*: *οὖλ-ε* = *γο-ά-ω*: *ἔ-γο-ο-ν* v. Curt. p. 435). Cum *ἴλαος* cohaerent praeterea *ἱλασμός*, *ἱλάσκομαι*, *ἵλασμα*, *ἱλασμός* (*ī*) et alia quaedam verba, quorum tamen *ι* interdum etiam corripitur.

3) λλ ex λj.

ἀλλήλων pro **ἀλλάλλων*. Cf. Curt. 'Erläut.' p. 32.

καλός (posterioribus temporibus *κᾰλός*) secundum Curtium (p. 134 = scr. *kaljas*. Doricum *καλλά* *λλ* servavit (Ahr. II 102).

σῦλᾶν ex *σύλλᾶν* pro **σκυλjάειν* = lat. *spoliare*; *σῦλον*, *σκῦλον* pro **σκύλjον* = lat. *spolium*. Cf. Benfey II 364, Curt. p. 648.

ὀφείλω Benfey I 573, Pott II² 423, Westphal 'Method. gramm. d. gr. spr.' I 1, 30, alii natum putant ex **ὀφελjω* *ι* vocalis epenthesi. Hoc falsum esse et *ὀφείλω* ex *ὀφέλλω* ortum esse eo probatur, quod summa cum constantia *ει*

cius vocis in inscriptionibus atticis ante Euclidis aetatem exaratis per *E* scriptum legitur; exempla in unoquoque fere ampliore titulo reperiuntur, ut C. I. n. 75: *ΟΦΕΙΟΣΙΣ* = *ὀφειλοίσας*. Nam si epenthesi *ὀφείλω* natum esset, *ει* genuina diphthongus esset ob eamque rem scriberetur per *EI*, sicut *ΣΠΕΙΡΩ* i. e. **σπειριω* — **σπεριω*. Accedit id firmamenti, quod Homerus quatuor locis *ὀφέλλω* habet idem significans atque *ὀφείλω* (v. Curtius 'Tempora und modi' p. 92). Cum lingua ex **ἀλλάλλων ἀλλήλων* fecerit quo molestus duarum syllabarum concentus evitaretur, hic productionem suppletoriam adhibuit ut *ὀφέλλω* debeo distingueretur ab *ὀφέλλω* augeo. *ὀφειλή* item ex **ὀφελλή* **ὀφελή*.

ὠτειλή ex **ὠτελλή*, lesb. *ὠτέλλα* (Ahr. I 58), **ὠτελja*. Etiam hic Westphal falso de epenthesi *ι* vocalis dicit.

πέδῑλον ex (lesb. *πέδιλλον* i. e. **πεδιljον*, *ἄργῑλος* ex (lesb.) *ἄργιλλος* i. e. **ἀργιljος* (v. Ahrens l. l.).

4) *λλ* ex *λν*.

Ion. att. *μῖλον* ovis, boeot. *μεῖλον*, dor. *μῖλον* (Ahr. I 181. II 153) iure comparantur cum *μαλλός* quod respondet sanscrito *ûr-ṇâ* i. e. **var-ṇâ*, lit. *vìl-na*, lat. *vel-lus*, got. *vul-la* (v. Benfey II 304, Curt. 541. 322). Forma dorica et forma boeotica spectant ad **Fέλ-νο-ν* (cf. lat. *vel-lus*). Offensioni vero est attica forma, quippe quoniam ad vocum *χεῖλος*, *ὀφείλω* similitudinem ex **μέλλον μεῖλον* formatum exspectandum fuit; sed nescio an ex **μέλλον μῖλον* pronunt. mälon formaverint rati ovem nomen 'a sua voce' (Varro de r. r. 2, 1, 7) traxisse. Quod si ita se habeat, atticum *μῖλον* adnumerandum est veriloquiis illis, quae nos dicere solemus popularia.

Ion. att. *βοίλομαι*, *βονλή*, cret. *βώλομαι*, *βωλά* ex lesb.) *βόλλομαι*, **βολλά* (lesb. *βόλλα*). *λλ* ex *λν* prodiisse docere videtur sanscritum *ṛ-ṇô-mi* (cf. Curt. p. 501 sq.). Pro *βώλομαι* apud Dorienses severioris dialecti invenimus verbum *δήλομαι* itemque pro *βωλά δηλά*, apud Dorienses

mitioris dialecti *δείλομαι* (v. Oeconom. l. l. p. 62 sqq., Allen 'Stud.' III 273 sq.), quae formae quamquam haud dubie ex **δέλλομαι*, **δελλά* prodierunt et mira similitudine formas illas volgares a *β* incipientes attingunt, nescio tamen an iniuria ab Oeconomide cum his consocientur. **Ιέλλομαι* si modo ex **βέλλομαι* natum est, alia via ex eo fieri non potuit nisi hac: **βέλλομαι -*βjέλλομαι -*βδέλλομαι -*δέλλομαι*. Cf. Helbig Quaest. de dial. cret. p. 16 sq. Sed ipsum illud *β* ex *F* ortum est, quam difficultatem etiam Allen commemorat. Neque tamen omittam hic duo verba, quae fortasse illam *F* spirantis in *δ* mutationem nobis aliquo modo probare possint: *βδέ-ω*, quod respondet latino *vīs-ĭo* Curt. p. 216), et *δρόσος*, quod idem significat atque *ἕρση* (pro **Fέρσι̯*) et scr. *varshas* (pro **vars-a-s*).

5) *λλ* dubiae originis.

Dor. *ἆλος*, ion. att. *ἦλος* ex **Fάλλος* = lat. *vallus;* lesbiace *γάλλοι* secundum Hesychium. Cf. Curt. p. 337.

Errant Misteli (K. Z. XVII 177) et Schleicher (comp. p. 781 *εἴλω* epenthesi *ι* vocalis natum esse censentes ex **ἐλιω*: nam verbum productione suppletoria proxime ex *ἴλλω* factum esse certissimo documento est forma severioris Doridis *Fίλω*, quae cognoscitur e glossis his Hesychianis: *γήλεσθαι κατέχεσθαι; γηλομένως συνειλημμένους; γηλιᾶσθαι κατέχεσθαι; γηλιώμενοι κατεχόμενοι; βήλημα κώλυμα φράγμα ἐν ποταμῷ Λάκωνες* et ex *ἐγFηληθίωντι* tab. Heracl. I^{b} 104 Ahr. II 54. 159. E dialecto lesbiaca tradita sunt huc spectantia *ἀπέλλω*, *ἀπέλλα*, *ἐλλαπίνα*, *ὅμιλλος* Ahr. I 58. Radix omnium harum vocum est *Fαλ*, cuius *α* tenuit aoristus *ἐ-άλ-ιν* (v. Curt. p. 502. Docent autem *εἰλέω*, *γηλιώμενοι*, *εἴλλω* (i. e. **εἴλjω*) ctr., **Fέλλω* id, ex quo *εἴλω* et *Fίλω* emanant, non natum esse ex **Fέλjω* sed *λλ* alius originis esse, atque suspicor, cum verbum sanscr. sit *vṛ-ṇô-mi* arceo, circumdo, **Fέλλω* ortum esse ex **Fέλ-νω;* item *βόλλομαι*, *βώλομαι*, *βούλομαι* modo ad **βόλ-νο-μαι* revocanda vidimus; ergo *εἴλω*: *ἐ-άλ-ιν*,

ἔ-ελ-μαι = βούλομαι: βόλ-ομαι = δάκνω: ἔ-δακ-ον. Itaque etiam ἔλλα (ἀπέλλα), εἴλη, ἴλη pro *Ϝέλ-να, ὅμιλλος, ὅμιλος pro *ὅμ-ιλ-νο-ς, εἶλαρ pro *Ϝέλ-ναρ, ἀελλής pro *ἀ-ελ-νής etr. Contra οὐλαμός, ut gl. Hesych. γόλαμος διωγμός docet, pro Ϝολαμός, v. § 20, n. 15.

Ion. χῑλιοι, boeot. dor. mit. χείλιοι, dor. sev. χήλιοι (Ahr. I 185. II 160) e lesb. χέλλιοι (Ahr. I 58). Unde λλ natum sit, adhuc non apertum est ad intellegendum, quia de origine vocis nihildum constat. Ceterum v. Pott II[1] 221, Benfey II 193. 339.

μᾱλός albus, lucidus pro μαλλός a rad. *mar* unde etiam μαρμαίρω, μαρμάρεος, alia. Μαλλόεις urbs lesbiaca secundum Thucyd. III 3 nomen traxit a cognomine Apollinis vetusto. Ergo μαλλόεις idem esse videtur quod λύκειος. Dorice Μαλόες, quod legitur ap. Callimach.: v. Ahr. II 173 sq. Revoco eodem Μῆλος, dor. Μᾶλος, insula lucida, splendida (similiter Δῆλος a *div*, *dju* et Ἀργεννόεσσαι ab *ἀργεσ-νό-ς: cf. Voretzsch 'Hermes' IV 272; praeterea homer. μῆλοψ (μήλοπα κάρπον ἀλετρεύειν η 104), quod male a μῆλον = *mâlum* derivatur (cf. Curt. p. 541), et μηλολόνθη scarabaeus auratus (cf. Benfey I 90).

c) λλ aliunde ortum.

Colloco in hoc loco perfecta εἴληφα, εἴληχα, εἴλοχα.

Diphthongus quam perfectum εἴληφα pro syllaba reduplicatoria exhibet volgo fere prius putata est γ litterae deberi, a qua verbi radicem olim incepisse et ex aoristo ἔλλαβε et ex formis quibusdam linguarum cognatarum conclusum est[50]. At opinio haec, εἴληφα natum esse ex *(γ)έγληφα, repellenda est, cum nihil sit quod demonstret, λαβ et quod huic respondet sanscritum *labh* olim a *gl* incepisse. Verbum λέγειν nihil in fronte abiecisse linguae cognatae certissime testantur (v. Curt. p. 339 sq.: de verbi

50) V. Benfey II 139, Ebel K. Z. IV 170, Legerlotz ibid. VIII 50, Christ p. 83.

εἴληχα autem radice omnino nihil adhuc constat. Quae cum ita sint, ει diphthongum in his perfectis litterae cuidam olim λ praecedenti deberi vix credi potest. Non maiorem probabilitatem habet ea ει diphthongi explicandae via, quam ingressus est Peters 'Quaest. etym. et gramm. de usu et vi digammatis' p. 24. Sumit is enim, εἴληφα et εἴληχα (εἴλοχα omittit) nata esse ex *λείληφα et *λείληχα, quam reduplicandi rationem ubique omnino antiquissimam ducit [51]). Quae cum probari non possint, hoc mihi veri simillimum esse videtur, syllabam illorum perfectorum initialem εἰλ. factam esse ex ἐλλ., hoc ex λε-λ., sicuti ex ῥε-ῥ. ἐρρ. fit (ἐρρύπωμαι ex ῥερύπωμαι), cf. Pott II² 388 sq. Cuius immutationis principalis caussa ea esse videtur, quod λελ. et ῥερ. distincte et articulatim enuntiata insuavem et fere molestum sonum reddunt. Hinc proxime fit, ut sonus quidam vocalicius qui natura liquidis λ et ῥ inhaeret ex initiali liquida se exserat, ita ut iam dicatur ᵉλελ., ᵉρερ. Dein vocalis quae est inter binas liquidas evanescit eoque paullatim ἐλλ. et ἐρρ. oriuntur. Similis metathesis in Franciae sepentrionalis dialecto quae vocatur Rouchi invenitur. Hic enim pro *retourner* dicitur *ertonner*, pro *revanche ervinque* (v. Ebert in Ritschelii opusc. II 540 not.); etiam haec metathesis ita processisse videtur, ut tempore quodam ᵉret., ᵉrev. diceretur.

Disputatio de liquidis breviter astringitur et absolvitur.

§ 13.

1. Supra de nasalibus disputantibus nobis contigit, ut longe plurima ad certas et fere immutabiles linguae leges

---

51) Confirmandae suae sententiae caussa affert etiam δείδια, εἴωθα, εἵμαρται, quorum ει item syllabae reduplicatoriae antiquam illam diphthongum esse putat Sed hic quoque diphthongus ει aliter explicanda est: de δείδια v. Curt. p. 607, de εἵμαρται v. § 7, de εἴωθα infra agendum erit.

redigere possemus, atque paucula quaedam duntaxat occurrerunt, quae cum non possent ad certam normam rationemque revocari, exceptionis loco habenda fuerint, ut illud, quod lingua cum *δν*, *θν*, *τμ*, *θμ* plerumque servet, in paucissimis vocabulis, velut in *σχῖνος*, *βῦνη*, *πᾶμα* (a *πατ*), *πῆμα* (a *παθ*), explosiva dentali ad sequentem nasalem assimulata, ad productionem suppletoriam adhibendam progreditur. Contra iam ex eis, quae de liquidis disputavimus, statim cognoscitur, de certis ratisque legibus hoc in genere vix dici posse. Una eademque enim dialectus eodem tempore consonantem liquidae vicinam vel integram relictam vel ad illam assimulatam exhibet vel geminae quae eo effecta est liquidae priorem partem cum compensatione eiectam. Qua in re homericam dialectum non admodum premam, utpote quae haud raro diversas diversorum temporum formas vocis alicuius nobis suppeditet. Nec non tragicis poetis Atticorum plusculum hoc in genere largiendum est. Nam adhibent ei et vere atticas et homericas formas. Sic semper dicunt *κέλσαι* et *κύρσαι*, quae verba homerica ab attica dialecto aliena sunt: contra verbi *κείρειν*, quod et homericum et atticum est, aoristum vel homerice *κέρσαι* vel attice *κεῖραι* protulerunt. Similia apud alios quoque poetas occurrunt, qui dialecto sua non prorsus sincera utantur. Haec igitur scriptorum potius quam ipsius linguae inconstantia est. Est contra ipsius linguae inconstantia, si in *ὄρρος* (= theod. vet. *ars*) *ρρ* servat, contra in *οὐρά*, *οὔραχος*, *οὐρίαχος* prius *ρ* elidit omninoque cum sexagies liquidam geminatam retineat, hic illic duntaxat ad priorem eiciendam procedit. Haec igitur eiectio tantum in inclinatione quadam linguae posita est.

2. Sola excipitur dialectus Lesbiorum, quippe quae *ρρ*, *λλ* constanter servet: *δέρρα*, *χέρρες*, *πέρρατα*, *βάλλομαι*, *ἀπέλλα*, *ὄμιλλος*, *ἔστελλα*, etr.

3. Attici haud raro productione suppletoria repudiata *ρρ* ad simplex *ρ* reducunt, velut in *δερή*, *κόρος*, *κόρη*, *πέραιος*, *σερός*, *χερός*, *δόραιος*, itemque *λλ* ad *λ*, velut in

ὅλος, καλός. Ab eisdem Atticis saepius *νν* supra vidimus sine compensatione ad simplex *ν* revocari, ut in ξενός, ἕνεκα, γόνατος (§ 6, 2).

4. Vocalis ε antequam producitur ante liquidas saepius in *ι* extenuatur: ἔρην — ἔρσην, ἄρσην; ἔραξ — βείρακες, βάρβαξ; Μῖλητος — μείλιχος; Σιλήνός, Σιλῆνοι — Σειλη-νός; ἕλῃθι — εἴλαθι, ἔλλαθι; ὅμιλος, ἴλη, ἴλλω — εἴλω, ἔλλω, ἐάλην; χῖλιοι — χείλιοι, χέλλιοι. Eodem pertinent βῖρθω, θρῖψ ctr., de quibus § 10.

5. Cum demonstraverimus ὀφείλω, ὠτειλή non per epenthesin ex *ὀφελιω, *ὠτελια nata esse atque εἴλω omnino non prodiisse ex *ἐλιω, pro certo habendum est, nusquam in lingua graeca *ι* vocalem post *λ* collocatam epenthesin pati.

DE SPIRANTIBUS.

I) Σ.

§ 14.

S ex consonis dentalibus est. Eo autem ab explosivis dentalibus differt, quod in sono emittendo non plena dentium compressio sed imperfecta tantummodo inter linguae acumen et dentes superiores vel eorum alveolos, qui dicuntur, coartatio formatur, per quam spiritus cum strepitu edatur. Discernenda vero inter se sunt *s* acre et *s* lene. Quorum hoc quidem cum ab aliquot linguis prorsus fere alienum esse videatur, in graeca lingua satis frequens fuisse putandum est. Nam coniungunt Graeci *σ* non tantum cum tenuibus, id quod solum in lingua latina et in linguis germanicis fit, sed cum mediis quoque, utpote ante quas *σ* acriter pronuntiatum esse non sit credibile. Exempla habes inter alia σβέννυμι, βρίσδα, μίσγω. Cf. Westphal 'Meth. gr. d. gr. spr.' I 1, 30. Praeterea quod *σ* apud Graecos saepissime in spiritum asperum abiit vel prorsus deletum est, id fieri alio modo non potuit nisi ita, ut antea *σ* leniter

pronuntiaretur. Eodem autem pertinet quod ante σσ saepius vocales producuntur et ita quidem, ut aut servetur σσ, licet subattenuatum, aut prior geminae consonantis pars evanescat. Etenim ut nasales et liquidas cum alia consona colligatas vidimus antecedentis vocalis productionem efficere non posse nisi antea soni sui extenuatione quadam affectas, aeque lenis tantum sibilans vocalem praecedentem producere posse putanda est; ob eamque caussam statuere debemus, acrem sibilantem, ubi cum compensatione iectam videmus, antequam iecta sit, esse in lenem sibilantem mutatam. Est autem veri minime dissimile, ut ex *γένεζ-ος (pro *γένεσ-ος) antequam γένεος factum sit, forma γένεδς prodiit (cf. lacon. μῶᾶ pro μῶσα), similiter e. g. in *εὐγενέζ-ς (pro εὐγενέσ-ς) z spirantem, priusquam cum compensatione plane evanuerit, in sonum transiisse sanscrito *visargae (ḥ)* propinquum. Cf. scr. locat. plur. *manaḥsu* = *manassu* a stirpe *manas* = μένος (Bopp 'Krit. gr. d. sanskr.-spr.' § 100, c, Benfey 'Kurze sanskritgr.' p. 20)[52].

A) σσ servatur.

Vocalis ante σ cum consona sociatum productae exempla praeter ea, quae e lingua graeca mox afferam, solum, quod sciam, in lingua hibernica deprehenduntur: commemorataque huiuscemodi exempla video apud Zeussium (I 32 sq. duo haec: *Críst* (Christus) et *rúsc* (cortex). In ceteris linguis nihil simile inveni.

Ex graeca igitur lingua haec fere ad illud genus pertinent:

ϑᾶσσον pro **τᾰχ-jον*.

ἆσσον pro **ἄγχ-jον*: quamquam dubitari potest, annon nasali vetustioris formae *α* debeatur neque proxime *ἆσσον* prodiisse credendum sit ex **ἄνσσον*.

βᾶσσα, βῆσσα pro **βᾰϑ-ja*.

---

52) Hanc iectionis sibili soni explicandae rationem (**εὐγεϝέσ-ς* **εὐγενέϝς, εὐγενής*) significavit mihi praeceptor Georgius Curtius.

νῆσσα, cui respondent lat. *ana(t)-s*, theod. vet. *anut*, lit. *ántis* (v. Curt. p. 296), pro **νόϝι-ϳα*.

ἶσος, *ἐῖσος* nata sunt ex *ἴσσος* -**ΓίσΓος*, ut docent glossa Hesych. *γισγόν· ἴσον* et voces, quae respondent, sanscritae *vishu* aequo et *vishuvam* i. e. **visva-m* aequinoctium (v. Curt. p. 353). Formam *ἴσσος* tradit Hesychius: *ἴσσος γαλήνη*, cui Curtius suspicatur adiungendum esse *Ἴσσα ἡ Λέσβος τὸ πρότερον* (Hes.). Prorsus sine compensatione *σσ* extenuatum est in forma attica et pindarica *ἴσος*, quae proxime prodiisse videtur ex forma lesb. *ἴσσος*. Igitur hoc singularum formarum esse videtur stemma:



ἴσσος: ἶσος = (lesb.) *μῆννος: μηνός*.

B) *σσ* in *σ* extenuatur.

Apud Latinos habes *divîsi* pro *divissi* — **divid-si*, *câsum* pro *cassum* — **castum* — **cad-tum*, alia (v. Goetze l. l. p. 153), in lingua palaeoslov. *nèsŭ* = **nēsŭ* pro **nessŭ*, 1. pers. sing. aor. comp. a radice *nes* = *ἐ-νεκ* (*ἤ-νεγκ-ον*), item *rèsĭ* = **vedsŭ*, aor. verbi *ved-ą* duco, alia (v. Schleich. comp. p. 121 sq.).

Ex lingua graeca prae ceteris hic commemorandi sunt nominativi sing. masc. et fem. generis stirpium in *σ* desinentium, ut *εὐγενής*, *ἀκλεής*, *ἀληθής*, *δυσαής*, *σαφής* etr. Eadem haec formatio occurrit in lingua sanscr. (ut *durmanâs* = *δυσμενής*) et in lingua lat. (ut *Cerês* pro **Ceres-s*, *arbôs* pro **arbos-s*). Praeter omnem analogiam formatus esse videtur nominativus sing. part. perf. act. masc. et fem. generis, ut *λελυκώς*, *ἑστεώς* (quae formae sunt pro **λελυκ-(F)ότ-ς*, *ἑστα-(F)ότ-ς*), quoniam *τ* ut evanescens nusquam

antecedentis vocalis productionem efficere potest, ita etiam ante ϛ sine compensatione evanescit, velut in *χάριϛ* i. e. **χάριτ-ϛ*. Est igitur statuendum, *λελυκώϛ*, *ἑσταώϛ* eam suffixi *va(n)t* formam continere, quae *t* in *s* mutatum habet, dico *vas*, itaque *λελυκώϛ*, *ἑσταώϛ* prodiisse ex **λελυκόσ-ϛ*, **ἑσταόσ-ϛ* (cf. Curt. 'Stud.' II 171). Denique huc pertinent *αἰδώϛ* et *ἠώϛ* pro **αἰδόσ-ϛ* et **ἠόσ-ϛ*.

Hom. *εἶσον* (imperat. aor. ab *ἑδ* sedere) pro **ἔσσον* **ἔδ-σον*. Nescio an etiam indic. *εἶσα*, *εἰσάμην* ex **ἔσσα*, **ἐσσάμην*. Fut. *ἕσομαι* ap. Apoll. Rhod.

Reliqua omnia magis minusve incertae condicionis sunt, velut *φῦσα*, *φῦση*, *φῡσαλίς* praeter quae inveniuntur *φίσσα*, *φισσαλίς* (cf. Benfey II 551 sq.), *σάρῑσα* praeter quod *σάρισσα* (= **σϜάριϑja* secundum Ascolium K. Z. XVII 408), *κνῖσα*, *κνῖση* praeter quae *κνίσσα* exstat.

C) σ ante alias consonas cum compensatione eiectum.

εἰάω pro **εἰϜάω* — **ἐσ-Fά-jω* (v. Ebel K. Z. IV 169, Kraushaar 'Stud.' II 432).

εἴωϑα pro **εἴϜοϑα* — **(σ)έ-σϜοϑ-α* (v. § 20, 2).

ζῆλος, dor. *δᾶλος*, fervor ardor natum esse videtur ex **δjᾱ́σ-λο-ϛ* (v. Curt. p. 352, Pott II² 806).

τρηρός Leskien 'Stud.' II 86 derivat ex **τρεσ-ρό-ϛ* = scr. *tras-u-ra-s*. Quaeri potest num *τρηρός* ex **τραρρός* ducendum sit, σ sibilante ad sequens ϱ assimulata.

Alia quaedam incertiora mitto.

Omnia quae attuli vides singularia et reconditioris generis esse. Nam si σ cum alia continua sociatur, fere fit, ut aut sequens continua sibilantem superet sibique assimulet, ut in *φαεννός* pro **φαεσνός*, aut sibilans vicinam continuam sibi assimulet eoque facto vocalis praecedens intacta relinquatur, ut in *ἔσσομαι* pro **ἔσ-jο-μαι*, *παίδεσσι* pro **παίδ-ε-σϜι*.

II) *F*.

Generalia.

§ 15.

Spirans *F* ex labialibus consonis est eoque differt a *β π φ*, quod cum in his pronuntiandis artissima fiat labiorum compressio, in illa pronuntianda coartatio tantum inter dentes superiores et inferius labrum fit.

Coniunctissima autem altera ex parte est digammo necessitudo cum *u* vocali, utpote in qua pronuntianda loquelae instrumenta, praecipue labia, consimillime composita inter se sint atque in digammo pronuntiando. Conspicitur autem haec affinitas, quo digamma cum *u* continetur, in eo, quod *F* et *u* (*v*) sexcenties inter se permutantur, ut ex **αΰσατα* fit lesb. *αΰατα* [53]) — **ὄΓατα* — *ὄατα* et ex **ἐΓάδεν* rursus *εὐάδεν* [54]), et in eo, quod saepe digamma *α* vocalem vicinam, sive eam brevem relinquit sive in unam longam vocalem cum ea coalescit, in *o* vocalem obscurat, ut ex **ἄΓατα* fit, quod modo memoravi, *ὄ(F)ατα*, vel ex **κάF-ος* fit *κῶος* (cum in *κῆτος*, dor. *κᾶτος*, pro **κάF-τος* digamma vocalem non obscuraverit), vel ex **Γατειλή ὠτειλή* nascitur. Iam subsistamus in proximis duabus vocibus: dixi *κῶος* ex **κάFος*, *ὠτειλή* ex **Γατειλή* prodiisse. Sed qua via et ratione prodierunt? Erunt qui dicant *κῶος* ex **κάFος* ea via factum esse, ut *αF* proxime transiret in *αυ* (au) et ex *αυ* deinde exaequatione quadam et contractione ambarum diphthongi vocalium *ω* nasceretur, sicut ex *Claudius* apud Latinos *Clôdius* factum est (cuius immutationis viam Corssen I² 663 sic describit: *au—ou—oů—oo—ô*), *ὠτειλή* autem ea via ex **Γατειλή*, ut id proxime transiret in **ὀατειλή* (cf.

53) Tenendum est, *υ* in lesbiaca dialecto non solum ubi digammi vices sustinet sed etiam ubi, sequente altera vocali, pro *u* dicitur proxime ad digammi sonum accessisse. Cf. Curt. p. 542. Savelsb. de dig. p. 12 sq.

54) Sunt qui *F* saepius etiam in *ι* mutatum esse censeant, ut Benfey, Leo Meyer, Christ. Eos optime refutavit Curtius p. 524 sqq.

Ὄαξος, Ὀιλεύς), id tum vocalium *οα* contractione in *ὠτειλή*. Sed haec quamvis simplicissime enucleata esse videantur, concedi non possunt. Sunt *κῶος* et *ὠτειλή* productione suppletoria ex **κάϜος* et **Ϝατειλή* nata, idque dilucidissime eo demonstratur, quod haud raro *Ϝ* etiam post *ᾰ̄* vocalem in *ω* productam servatum deprehenditur. Ergo haec utriusque immutationis est via ac series: *ᾰ̄Ϝ—οϜ—ωϜ—ω* et: *Ϝᾰ̄—Ϝο—Ϝω—ω*. Inter *οϜ* autem et *ωϜ* interque *Ϝο* et *Ϝω* prorsus eadem ratio intercedit quae inter **μενσός* et lesb. *μῆννος*, inter **βίρθω* et **βῖρθω*, unde *βρῖθω*, inter *ἴσσος* et *ἶσσος*.

Iam autem distinguenda nobis est triplex productionis suppletoriae digammaticae ratio: atque nominamus quidem

primam *productionem digammaticam regressivam*: *δᾰ́Ϝιος* pro **δᾰ́Ϝιος*, *ἀΐω* pro **ἀϜίω*, *τοκῖος* pro **τοκέϜος*, *ὤατα* pro **ὄϜατα*;

alteram *productionem digammaticam progressivam*: *γεγᾰᾶτες* pro **γεγάϜότες*, *γάλοως* pro **γάλοϜος*, *οὐρανός* (i. e. *ὦρανός*), dor. *ὠρανός* pro **Ϝορανός*;

tertiam *productionem digammaticam bifariam factam*: *ἀπίωρος* pro **ἀπᾰ́Ϝορος*, *πρηῶνος* pro **πρᾰ́Ϝόνος*.

A) De productione regressiva.

a) *αϜ*. *αϜ* et ante vocales et ante consonas saepissime transit in *ᾱ̄* (apud Iones et Atticos etiam in *η*) et ita quidem, ut proxime ex *αϜ ᾱ̄Ϝ* prodeat vel, ut accuratius significem, *ᾱ̄ϜϜ*; huiuscemodi exemplum est *δᾰ́Ϝιος*, quod Priscianus I 17 H. ex Alemane affert: *καὶ χεῖμα πῦρ ιε δᾰ́Ϝιον*; tum ex *ᾱ̄Ϝ* fit *ᾱ̄* (*η*), ut dor. *δᾶιος*, ion. *δήιος*. Paullo minus frequens est mutatio *αϜ* litterarum in *οϜ—ωϜ—ω*, et posita est haec obscuratio vocalis, ut supra iam dixi, in affinitate qua digamma vocales *u*, *o* attingit, utpote unde facile fiat, ut sonus vocalicius, qui digammo inhaeret, antecedens *α* sibi similius reddat. Formae intermediae *ωϜ* exempla minime rara sunt, velut habes inter alia infra

afferenda lacon. ἐξωβάδια (ἐνώτια Λάκωνες Hesych.) i. e. ἐξωϜάδια = *ἐξᾰϜάδια, ϑωϊτά (Hesiod. scut. 165) pro *ϑωϜετά — *ϑᾰϜετά — *ϑjᾰF-ε-τά. Ad easdem has formas, quae luculentissime ostendunt, vocalem iam antequam *F* prorsus evanuerit productam esse, pertinent formae quaedam, in quibus *v* vocalem antecedentem produxisse videmus, ut ion. ϑωῦμα pro ϑαῦμα. Etenim statuendum est, in hac voce *v* sonum habuisse proxime ad digammi sonum accedentem; nam vocalem *v* antecedentem vocalem producere non posse in propatulo est. Quae *v* vocalis ante consonam in consonantem sonum mutatio illustratur quodam modo forma ΑFΥΤΟ = αὐτοῦ, quae in inscriptione ionica in Delo insula reperta legitur C. I. n. 10. Hac enim scriptura, ut iam Buttmann et Boeckh cognoverunt, nihil aliud nisi crassior quidam *v* vocalis sonus exprimitur et confert Boeckh commode vocis αὐτός eam quae nunc est apud Graecos pronuntiationem (*aftos*)[55]. Ut in ἀFυτο *Fv* pro simplici *v* est, similiter ante vocales saepius pro simplici *v* *vF* vel *vβ* scribitur ad consonantem sonum ex *v* se exserentem significandum, ut in ΒακενFαι C. I. n. 1639, ΓαρνFονες ibid. n. 7582 c, in pamphyl. ὀρούβω, ΕὐFαρα in nummo boeot. (Ahr. I 171), aliis quibusdam: v. Savelsberg de dig. p. 28. Exemplum autem crassioris soni ex *u* quod consonans sequitur sese exserentis in graeca quidem lingua

55) Kirchhoffio ('Stud. z. gesch. d. gr. alph.: abhandl. d. phil.-hist. cl. d. berl. ak. 1863' p. 176) huius formae digamma tam mirum videtur, ut num illa recte tradita sit addubitet. Sed quae profert quibus formam non recte se habere probetur, non satis idonea esse mihi videntur ad fidem illi abrogandam. Quod in inscriptione non multo quam illa recentiore ἴδεσθε sine digammo scriptum legitur, eo illud digamma vix attingitur; nam verbi Fιδεῖν digamma prorsus alius generis ac condicionis est quam digamma quod est in ἀFυτο. Inde vero, quod voces quas a principio digammo instructas esse constat paucae in paucis inscriptionibus *F* non amplius exhibent, non licet concludere, omnino tunc *F* litteram iam prorsus ex Ionum memoria evanuisse.

praeter illud *ἀFετο* nullum inveni, sed occurrunt exempla in aliis linguis. In nummis Ausculi oppidi legitur *αυΓυσζλι* = *Aruscli* (Corssen K. Z. XIII 183): similiterque infinitivum *tríbarakavum* iudicat Corssen l. l. (cf. 'Ausspr.' II² 112) ex *tríbarakaum* (cf. *kensa-um*) factum esse, quae tamen opinio non extra dubitationem posita est. Dubito an etiam in hispan. *avutarda* = ital. *ottarda* (i. e. *avis tarda*) *v* ante *u* insertum sit (v. Diez 'Gramm. d. rom. spr.' I 188). Iam sive *vu* et *Fv* in vocibus his et in *ἀFετο* revera ut duo soni pronuntianda sunt sive illa scriptura nihil aliud nisi sonus vocalis crassior et digammo similis describitur[56], haud dubie diphthongi *αυ* quae est in *αὐτός* posterior sonus non fuit vocalis sincera et pura. Idem autem quod de *αὐτός* dicendum est cum etiam de aliis vocabulis quae *αυ* continent valere concludere liceat[57], ex *θαῦμα* apud Iones *θωῦμα* factum esse non mirum est. Num autem eadem illa ratione herod. *ἐμεωυτοῦ*, *σεωυτοῦ*, *ἑωυτοῦ* ex **ἐμεαυτοῦ* etr. prodierint, diiudicare non ausim. Nam cum simplex *αὐτός* apud Herodotum *α* ubique intactum servet, quaeri potest, num contractione quadam *ω* in illis compositis ortum sit. At certe illuc pertinet delphicum *ὠτῶν* = *αὐτῶν* (v. Curt. 'Ber. d. k. sächs. ges. d. wiss. 1864' p. 226). Id enim proxime ex **ὠFτῶν* ortum putandum est. Ut in *ὠτῶν* eodem modo in *θῶμα θωμάζω*, quae apud Herodotum hic illic vices alternasse videntur cum *θωῦμα*, *θωυμάζω* (v. Bredow de dial. herod. p. 142), semivocalis prorsus de loco suo recessit.

56) Cf. etiam quod in nostra lingua digammi sonus littera *u* dupliciter scripta exprimitur (UU, W).

57) In universum apud Graecos *υ* inter vocalem et consonam positum longe prius quam volgo accipitur sonum ascivisse mihi videtur ad consonantis naturam propius accedentem, cui rei inter alia forma *ΝΑΓΙΛΑΚΤΙΟΝ* documento est quae legitur in inscriptione locrensi ab Oeconomide edita v. 40 (cf. editoris comment. p. 127); in eadem inscriptione ceteroqui nomen illud constanter per *ΑΥ* scribitur.

Igitur quae ex *ăF* apud Graecos pullulaverint formae ad hanc disputationem pertinentes, docebit stemma hoc:



b) Ex *εF* si *F* cum compensatione extruditur in omnibus dialectis *η* fit praeter boeoticam, in qua ex *εF* *ει* prodit, ut in ἰαρεῖος = ἱερῆος (gen. sing. substantivi ἰαρεύς); quae diphthongus etiam hic nihil nisi sonum illum inter *η* et *ī* intermedium significat (cf. § 3, 6).

c) Ex *oF* productione suppletoria ubique fit *ωF-ω*, nusquam *ŭF—ûF—û* ut ex *τύπτονσα τύπτᾰ̆νσα—τύπτῶσα*. Ubi vero *ov* in *oF* litterarum locum successit, pro vera diphthongo habendum est, ut in *βοῦς*, quae demum sub saeculi quinti finem in simplicem vocalem *û* abiit (cf. l. l.).

Restat ut quae in linguis cognatis ad digammaticam hanc productionem pertinentia inveniuntur quaedam breviter attingam. Ex lingua sanscrita e. g. affero *açvâvant* pro *açva-vant* (ab *açva* = ἵππο, *equo*); *amarâvatî* pro *a-mara-vat-i* (a *mar* mori); *jâvat* = zend. *yavat*, ἧος (v. Delbrück 'Stud.' II 197); *pîvan*, *pîvaras* a *pîv* (cf. zend. *pîvanh*); *gâus* pro **gav-s* a stirpe *gav* = βοϝ-ς (cf. ϑωῦμα pro ϑαῦμα). Similiter *j* in hac lingua persaepe vocalem antecedentem producit (v. § 23). *V* prorsus exstinctum videtur in accusativis *gâm* ex **gav-m* (cf. dor. βῶν = βοϝ-ν), *djâm* ex **djav-m* (cf. Λᾶν, Ζῆν pro Λjᾰ̆F-ν). In lingua osca *v* saepius vocalem antecedentem produxisse ex voce *τωFτο* urbs

a rad. *tu* (Momms. U. D. XXXIX) colligendum est. Cognoscitur enim ex hac forma, *tortíks*, *Norlanos*, *Lorkanateís* et quae sunt similia per *o* productum dicta esse.

B. De productione progressiva.

Productionem digammaticam progressivam e vocalibus sola *o* patitur: γεγαῶτες pro *γεγαϝότες, dor. lesb. ὦρανός pro *Ϝορανός. Fit autem ea productio ita, ut, digammo dissolvi coepto, instrumenta loquelae praepropere et prius quam debeant ad vocalem enuntiandam aggrediantur, qua in re quo tenuius et exilius soni digammatici corpus fit, eo plus spatii vocali sequenti datur eoque facilius haec in digammi locum paullatim succedit, donec nihil nisi longa vocalis superest. Est autem et hic statuendum, iam antea quam digammi sonus prorsus conticuerit vocalem pretium ac potestatem longae vocalis nactam esse. Nam sunt vocabula, quae pro *Fo* in vocis fronte βω exhibent, cuius β tamen non aliter quam *F* pronuntiatum esse veri simile est. Sunt autem haec:

βῶροι ὀφθαλμοί (Hesych. Suid.). βῶρος idem verbum est atque οὖρος custos, quod, ut mox ostendam, pro *Ϝόρος est, atque a radice Ϝορ 'wahren' descendit; βῶρος est 'der gewahrende', οὖρος 'der bewahrende'. (Cf. Curt. p. 324.)

βωλία, βωλίς· μάζη (corr. μάζις) εἶδός τι ἐν ταῖς θυσίαις Hesych. componenda sunt cum οὐλαί i. e. *Ϝολαί hordeum molis fractum et cum ἀλέω i. e. *Ϝαλέω molo (cf. Curt. p. 334 sq.). — Fortasse etiam βωρθία, βωρθέα, βωρσέα quae ex *Ϝορθία nata sunt huc pertinent (v. § 10).

Restat ut de ionico *ov*, quod in vocum initio pro *Fo* conspicitur, paucis exponam. Ex *Ϝορανός = sanscr. *varuṇas* efficitur dor. ὠρανός (lesb. ὤρανος et ὄρανος), ion. οὐρανός; ex *Ϝοτειλή (pro *Ϝατειλή: cf. γατάλαι οὐλαί Hesych.; de etymologia vocis videndus est Pott I[1] 122, K. Z. VI 263) fit ὠτειλή, ex *Ϝοτάω οὐτάω; ex *Ϝόρος pro *Ϝάρος cf. got. *vars*, *varei*) fit οὖρος, ex *ἰ-Ϝορός ἰωρός.

Vidimus supra, dialectum ionicam inclinare ad *o* in *u* obscurandum ubi Dorienses *o* integrum relinquunt: ex *τύπτονσα βόλλομαι* (cf. lat. *tremonti, consol*) in Doride *τύπτωσα, βώλομαι* nascuntur, in Iade et in Atthide **τύπτῦνσα, *βῦλλομαι* (cf. *tremunt, consul*) — *τύπτῶσα, βῶλομαι* quae inde ab Euclide archonte *τύπτουσα, βούλομαι* scribebantur; ex *ὠνεόμενος* in Doride fit *ὠνώμενος*, in Iade et in Atthide *ὠνεῦμενος* indeque *ὠνῶμενος*, scriptum hoc posterius *ὠνούμενος*. Item iam puto in *οὐρανός* et similibus *ου* nihil esse nisi *û* productum, scriptum in vetustiore Atthide per *O*[58]), autumoque ex **Fορανός* proxime prodiisse **Fωρανός*, inde autem tum prorsus eodem modo *οὐρανός* i. e. *ûρανός* factum esse quo modo ex **Fορανός* in Doride *ὠρανός* factum est (**Fωρανός — *Fῶρανός — ῶρανός*). Ergo *ὠρανός*: *οὐρανός = λέγωσα, κῶρος, βώλομαι: λέγουσα, κοῦρος, βούλομαι.*

C) De productione bifariam facta.

Sub A) docuimus, vocales saepius ante digamma ita produci, ut digamma vocalis productione non conteratur, sed remaneat; sub B) autem *Fo* in *ω* abire posse vidimus. Facillime iam inde intellegitur, quae sit ratio productionis illius, quae in formis quibusdam linguae epicae, ut in *περιῶνος, ἀπήωρος*, conspicitur. *ηω* hic ita ex *ᾰFo* natum putandum est, ut *ᾰFo* proxime in *ᾱFo — ηFo* transiret sicut **δᾰFιος* in *δᾱFιος, açvavant* in *açvâvant*, tum *ηFo* in *ηω* sicut **εἴFοϑα* in *εἴωϑα*.

Iam antea quam ad singula enumeranda et pertractanda pergamus, opus est de duabus quaestionibus breviter

58) Non mihi contigit, ut talem vocem in inscriptionibus vetustae scripturae deprehenderem. Quae huc pertinent voces collectas habes § 20.

exponere, quae artissime cum tota hac disputatione cohaereant; et prius quidem dicemus de eo *ει*, quod hic illic apud Homerum vices alternat cum $\eta = \alpha F$ vel cum $\eta = \varepsilon F$.

I.

E apud Iones et Atticos, *ν*, *μ*, *ρ*, *λ* cum compensatione elisis, constanter in *ει* i. e. *ε̄* productum transire supra docuimus. Modo autem diximus, *ε*, digammo cum compensatione ejecto, non in *ει*, sed in *η* produci: *ἰείδῃ*, *τοκῆες*, *νήιστος*, *Ἡρακληείῃ* etr. At iam Homerus haud pauca vocabula praebet, in quibus pro illo *η* *ει* conspicitur, ut *σπεῖος*, *σπείους*, *λείουσι*, *Οἰκλείης*, *εὐκλειῶς*, alia. Quid de his statuendum? Si Bekkerum audias ('Hom. Bl.' p. 227, apud Homerum *ε* ante *ο*, *ου*, *ω* in *ει*, ante *ε*, *ει*, *η* in *η* producitur[59]). Scribit ille secundum hanc regulam *σπεῖ-ος*: *σπή-εσσιν*, *εὐκλει-ῶς*: *εὐκλη-ής*, *ζαχρει-ῶς*: *ζαχρη-εῖς* non minus quam *θείομεν* = *ΘΕΟΜΕΝ* *α* rad. *ΘΕ*. Sed haud dubie vir summus erravit. Nam neque per se veri simile est, *εF* ab Homero modo in *ει* modo in *η* mutatum esse, et facile est demonstratu, *ει* illud omnino non homericum esse sed errori tantum librariorum et criticorum antiquorum deberi. Argumenta autem mihi sunt haec:

1. Constat apud Homerum pro *η* saepius falso *ει* scriptum esse eumque errorem originem ducere ex antiqui alphabeti attici ratione, quippe in quo *E* et *η* et *ει* significaverit. De eo autem *η* illud constat, quod doricum *ᾱ* adaequat, et in eis tantum vocibus factum est, quae Euclidis archontis aetate non amplius in usu erant, ut in *ἔκεια* pro **ἔκᾰFFα* — **ἔκᾰFσα* a *κᾰF*, *εἶος*, *τεῖος* pro **ᾶFος*, **τάFος* (*ᾰ*), *τεθνειῶτες* a stirpe *θνα*, *περιστείουσι* a *στα*, *βείομεν* a *βα*. In omnibus his et in aliis quae sunt similia verbis *η* propterea pro *ει* scribendum est, quia *α* nusquam apud Graecos in *ει* producitur nec ulla ex parte probabile reddi potest, in illis vocibus prius *η* fuisse sed apud Homerum

59) Sequitur Bekkerum La Roche 'Hom. unters.' p. 150.

id in *ει* mutatum esse. Ceterum hic illic dudum iam *η* restitutum est. Quodsi hic pro *η* falso *ει* scriptum est, sequitur ut rationi ei, quam posteriores Graeci in $\bar{E}$ i. e. *εF* vocabulorum epico sermoni propriorum et ab Atthide alienorum consignando adhibuerunt — si modo de ratione dici potest — nihil tribuendum sit, quod idem valet de *E* coniunctivi *ϑΕω*, *ϑΕ̄ῃς* ctr. qui a radice *ϑε* descendit.

2. Verba autem ea, quae ad hanc quaestionem pertinent, omnia antiquissimorum temporum sunt et tempore eo, quo alphabetum novum invalescere coeperat, dudum iam e communi usu evanuerant. Itaque falso hic illic *ει* pro *η* in talibus vocibus scriptum esse mirum non est, esset contra hoc maxime profecto mirum, si etiam tum, cum Homeri carmina novis litteris consignari coepta sunt, notum fuisset non solum in quibus vocibus *E* pro *ει*, in quibus *E* pro *η* esset verum etiam vocis *ΣΠΕΟΣ* qui casus per *ει*, qui per *η* scribendi essent.

3. Iam vero in eis vocibus homericis, quae etiam postea apud Graecos in usu erant, $\bar{E}$ ex *εF* vel *αF* factum summa constantia ut apud hos ita etiam apud Homerum per *η* scribitur, nusquam per *ει*, velut constanter apud Homerum scripta legimus *βασιλῆος*, *Ὀδυσῆος* = **βασιλέFος*, **ὈδυσέFος*, *κῆτος*, *γηϑέω* = **κἄFτος*, **γἄFϑέω*, nusquam *βασιλεῖος*, *Ὀδυσεῖος*, *κεῖτος*, *γειϑέω* aut simile quid. Videlicet in his vocibus quippe etiam postea usitatis errare non potuerunt. Bekker autem qui *σπεῖος*, *εὐκλειῶς* ctr. scribit parum sibi constat cum *βασιλῆος*, *Ὀδυσῆος* apud Homerum tolerat: nam etiam haec ex regula sua *βασιλεῖος*, *Ὀδυσεῖος* scribere debebat.

4. Fontibus eis, quos nos nunc carminum homericorum habemus, in omni hoc genere etiam ea de caussa vix quidquam tribuendum est, quod fere nunquam in *η* aut in *ει* scribendo inter se congruunt [60]).

5. Haud raro *εω* invenimus pro *αFo* et *εFo*. Hoc *εω*

60) V. in primis La Roche 'Homer. unters.' p. 150 sqq.

autem, ut paullo post demonstrabitur, ubique proxime transpositione quae vocatur quantitatis ex *ῐο* factum est, vix potuit fieri ex *ειο*: *ἕως* ex *ἧος*, *ἐώρταζον* ex **ἡόρταζον*, *βασιλέως* ex *βασιλῆος*, itemque *θέωμεν* ex *θήομεν*[61]. Similiter *εᾱ* fit ex *ηᾰ*, non ex *ειᾰ*: *νέα* ex *νῆα*, *βασιλέᾱ* ex *βασιλῆα*. Ergo etiam pro *φρείατα* quod volgo apud Homerum scribitur *φρήατα* restituendum: nam hac ex forma, quae est pro **φρέFατα*, atticum *φρέᾱτα* natum est (v. § 18, n. 6). Hic igitur attica forma transpositione quantitatis nata *ει* falso scriptum testatur.

Ergo ut rei summam astringam, iudico apud Homerum non solum pro eo *E* quod ex *ᾰF* natum est (*Ἔος*, *τἔος*, *ζαχρεΐς*, *ζαχρεῶν*, *ἑκἔα* etr.) sed etiam pro *E* ex *εF* facto (*σπἔος*, *Σπεώ*, *εὐκλεεῖς*, *εὐκλεεῶς* etr.) ubique *η* scribendum esse. De singulis quae huc spectant accuratius infra disputandum erit.

Unum verbum invenitur quod primo obtutu omnibus his, quae disputavimus, obstrepere videatur, *νεῖος* pro volgari *νέος* = *novus*: nam *νεῖος* non solum apud Homerum legitur, sed etiam apud posterioris aetatis scriptores, apud quos de *ει* falso pro *η* scripto vix cogitari potest. At enim *νεῖος* minime est, ut quidam credunt, pro **νέFος* = *novus*, sed est pro **νέFιος* et respondet sanscrito *navjas*, lit. *naujas*, got. *niujis* (v. Pott I² 291, Schleich. comp. p. 846). Alia sunt apud Homerum vocabula, in quibus utrum falso *ει* pro *η* scriptum sit an *ει* vera diphthongus sit, ex *ε* + *ι* orta, in suspenso relinquam. Prae ceteris huc pertinent formae epicae *θείειν*, *πλείειν*, *πνείειν*. Neque enim quisquam diiudicare poterit sintne *θῄειν*, *πλήειν*, *πνήειν* scribenda an olim **θέFjειν*, **πλέFjειν*, **πνέFjειν* fuerint (cf. Schleich. comp. p. 73, Pott II² 941). Alia quaedam, de quibus item dubitari potest, infra afferentur.

---

61) Stier in Curtii 'Stud.' II 133 in coniunctivo homerico *ΘΕΟ θει* poni vult: *θείω θείῃς* etr. Id neque per se satis habet probabilitatis et illo *θέωμεν* (*ω* 485) refutatur. Cf. Curtii adnotamentum.

De universa hac quaestione cf. Curt. p. 525 sqq.

II.

Altera quaestio est de transpositione quae dicitur quantitatis.

Ex *ăFo* et *εFo* plerumque fit *ηο*, ex *ăFă* et *εFă* *ηă*. Haec *ηο* et *ηă* tum saepius et ipsa rursus mutatione afficiuntur: et fit quidem ex *ηο εω*, ex *ηă* autem *εā*, quarum formarum transpositarum *ε* littera haud raro deinde etiam ad irrationalis vocalis modum et moram restringitur. Sic ex **ληός* fit *λεώς*, ex *βασιλῆος βασιλέως*, ex **ἡόρταζον ἐώρταζον*, ex **ἡᾶλωκα ἐᾶλωκα*, ex *βασιλῆα βασιλέᾱ* ctr. Eandem rationem secuntur *πόλεως* ex *πόληος*, *Ἀτρείδεω* ex **Ἀτρείδηο*, *Ἀτρείδᾱο* et quae sunt similia, in quibus non *F* sed *j* vocalis antecedentis productionem effecit. Praeterea alia quaedam huc pertinent, quae cum minus ad universam hanc quaestionem spectent hic mitti possunt. Iam quamquam quae sit vera huius transpositionis origo et natura, ne longius a proposito evager, nunc inquirere nolo, illud tamen hoc loco praeterire non possum, quod talibus in formis, quales modo exempli gratia enumeravi, quantitatis transpositionem factam esse postquam Ebel et Leo Meyer negaverunt, nuperrime etiam Delbrück (Curt. Stud. II 193 sqq.) negavit. Iudicat v. d. in *ηο* spirantem cum antecedenti *ε* (*α*) coaluisse, in *εω* cum sequenti *o*, itaque non solum *ηο* proxime e formis *εFo* (*ăFo*), *εjo* (*ăjo*) fluxisse sed etiam *εω*. Cui opinioni quapropter assentiri ego non possim quam brevissime iam exponam:

1. Ubique formae eae, quae *εω*, *εā* exhibent, recentiores sunt formis *ηο ηă* exhibentibus. Sentit hoc, ut quod maxime opinioni suae obstrepat, etiam Delbrück: sed quomodo expedire studet istam difficultatem? Dicit haec: „Auf ionischem gebiete hat sich die sache so gestaltet, dass im altion. meist *ηο*, seltner *εω* auftritt, im neuion. und neuatt. immer *εω*, im altatt. war auch *ηο* vorhanden, z. b. *οἰκῆος*. Auch diese thatsache stimmt mit der ge-

schichte des *F* und *j*. Denn da im altionischen in epischen formeln noch zahlreiche spuren des *F*, einige des *j* auftreten, so kann in einem ion. mutterdialect *F* und *j* noch nicht erloschen gewesen sein. Man wird also anzunehmen haben, dass die beiden laute noch in die ion. unterdialecte mit übergingen. Unter dieser durchaus wahrscheinlichen annahme ist es nicht nur nicht befremdlich, sondern durchaus natürlich, wenn wir den vocalisierten halbvocal bald mit dem ersten, bald mit dem zweiten vocal contrahiert sehn". Iudicium hoc quam infirmo fundamento utatur, facile est intellectu; consideres enim haec: digammi eius, quod fuit in genetivo, dativo ctr. stirpium in *ευ* desinentium, neque ionico-attica, neque lesbiaca (v. Ahr. I 117), neque dorica dialectus (Ahr. II 236) ullum servavit vestigium, sed ubique vel cum compensatione vel sine compensatione ciectum cernitur. Quid inde colligendum? Ni omnia fallunt, hoc, digamma in harum stirpium genetivo, dativo ctr. iam ante linguam in dialectos digressam evanuisse. Igitur incredibile est, in limine atticae dialecti vel in limine veteris Iadis formas *βασιλέFος*, *βασιλέFι* ctr. etiam viguisse. Apud Homerum autem in omnibus quae in hanc quaestionem cadunt formis spirantem non iam valuisse, inde colligendum est, quod in formis *Πηληιάδεω*, *τεθνεῶτι*, *νέᾱ* et multis aliis similibus *εω* et *εᾱ* paene semper synizesin patiuntur. Denique quod apud Solonem *οἰκῖος* occurrit (v. Gerth in Curtii 'Stud.' I 2, 214), posteriore vero tempore solum *οἰκέως*, nonne inde unusquisque suo iure concludet, atticum *οἰκέως* ex *οἰκῖος* prodiisse?

2. Delbrück si sumit *βασιλέως* proxime natum esse ex **βασιλέFος*, idem sumere debet *βασιλέᾱ* proxime prodiisse ex **βασιλέFᾰ* itemque *ἓᾰλων* ex **ἑFᾰλων*, *νέᾱ* ex **νέFᾰ* ctr. Sed *Fᾰ* in *ᾱ* mutati in tota graecitate nullum invenitur exemplum.

3. Delbrück *ἷος*, *τῖος* et *ἕως*, *τέως* ducit ex **ἑFος*, **τέFος*. Dorice est *ἇς*, quod cum contractum sit ex **ἄος* vel **ἄος*, ut *Μενέλᾱς* ex *Μενέλαος*, antiquissimam doricam

formam docet esse *ἅϝος: sumendum igitur est Delbrückio, in Iade α huius vocis in ε mutatum esse, itemque, siquidem constare sibi vult, necessario Delbrück cogitur μετέωρος et μετήορος ad *μετ-έϝορος, Μενέλεως ad *Μενέλεϝος et similiter ubique εω, ηο ad εϝο reducere. Sed in omnibus his vocibus Iones et Atticos ἄϝ in εϝ mutavisse parum credibile est. Nobis non obstat haec difficultas, cum statuamus ἕως proxime ex ἧος prodiisse: nam quod ex ἄϝ η fit, id concinit cum universis ionicae dialecti legibus.

4. Delbrück si ex ηο εω fieri potuisse negat, quo tandem pacto explicare posse sibi videtur, quod ἔολπα, ἔοικα semper ο, οι tenent, plusquamperfecta vero ἐώλπειν, ἐῴκειν semper ω et ῳ? Cur illic spirans sequentem vocalem non produxit, hic produxit? V. de his perfectis et plusquamperfectis § 18, n. 9.

Specialia.

Iam ad singula deinceps verba enumeranda illustrandaque transituro praemonendum mihi est, modos illos tres productionis non ubique in hac parte satis distentos esse propterea quod praestare videbatur omnes voces quae ex una radice pullulassent coniunctim tractare. Tamen commemoratam quidem unamquamque suo loco invenies.

A) Longa vocalis productione regressiva nata est.

a) ἀϝ.

§ 16.

1. Ex rad. *av*, unde sanscr. *avâmi*, lat. *au-dio*, fit ᾱ̓ίω (etiam cum ᾰ) pro *ἀϝ-ίω. Praeterea huc pertinere videntur η pro ἄϝ exhibentia ἐπ-η-τή-ς, ἐπ-η-τύ-ς (Curt. p. 360) et ἐν-η-ής (Düntzer K. Z. XIII 4).

2. Ex rad. ἀϝ spirare ion. ἠήρ, att. ᾱ̓ήρ et ἀήρ =

lacon. *ἀβίρ* (Ahr. II 49), lesb. *αἴηρ* (Ahr. I 36). — *δυσᾱής*, *ὑπερᾱής*, *ἀκρᾱής*. — Ad *αὔω* voco se adiungit *ἰωή* pro **ἰ-οϝ-ή*, **ἰ-ᾰϝ-ή* et *ἄν-εω-ς* pro **ἄν-ηο-ς*, **ἄν-ᾰϝ-ο-ς*. Quod Düntzer (K. Z. XIV 214; cf. XIII 1) contra adiectivi *ἄνεως* ab *αὔω* derivationem profert „das *ε* tritt in *αὔειν* (vgl. *ἀυτή*) zu bedeutsam hervor, als dass ein übergang in das *F* wahrscheinlich wäre, und würde man eher ein *ηυ* als *αο* erwarten", quam parum dextre dictum sit, in aperto est; nam *ἀυτή* quod confert ipsum ex **ἀϝ-ε-τή* ortum est ut *θωϋτά* ex **θωϝ-ε-τά*, et omnino tanta in universo hoc genere conspicitur varietas, ut si quis illud, quod ex *ϝ* vocis **ἄν-αϝ-ο-ς* non *υ* prodiit, miretur, vane miretur. — *ἄεσα* dormivi haud scio an pro **ἄϝ-ε-σα*[62]. — Cf. Curt. p. 361.

3. Quae ex **αὐσ-* (**αὔσατα* aures) progerminaverint voces huc pertinentes, docebit stemma hoc:



62) Bugge K. Z. XX 33 *ἄεσα* a radice *sas* derivat eumque aoristum respondere iudicat vedico *asasisham*. Sed hoc veriloquium si amplectimur, *ἄεσα* ab *ἰαύω* prorsus nobis seiungendum est, id quod aegre faciemus.

Παραύα, *παρειά* = *τὸ παρ᾽ ὠτί* secundum Pottium I[1] 138. Quae Dietrich K. Z. XI 79 contra hoc veriloquium profert, nullius momenti mihi esse videntur. Id vero quod ipse in medium profert veriloquium eo, quod formae lesbiacae aliud suffixum vindicat quam formis aliarum dialectorum, adeo non commendatur, ut Pottium hac in re sequi nulla ex parte dubitem. Quem tamen vehementer dubito in eo sequi, quod *ἐνώδιον*, quod haud dubie idem suffixum habet atque lacon. *ἐξωβάδια*, ad **ἐν-ώτ-διον* reducit (II[2] 404). Cf. Curt. p. 374.

4. *ἀάω* laedo, obcaeco pro **ἀF-ά-ω*; *ἀᾶατος* pro **ἀ-ᾱF-ατο-ς*, ut docent glossa Hesych. *ἀάβακτοι ἀβλαβεῖς* et pindaricum *ἀνάτα* (= ⏑ ⏑ –; item *ν* pro *F* scriptum est in *ἔγχενε* (– ⏑ ⏑) apud Alcaeum fr. 41 B.). *ἄτη*: *ἀνάτα* = tarent. *ἄτα*: lesb. *αὔατα* (v. n. 3). — Cf. Benfey I 50, Sonne K. Z. XIII 420. — Estne *ω* et *η* initiale vocum *ὠλυγίων* (*σκοτεινῶν* Hesych.) et *ἠλύγη* umbra, tenebrae ex *ἀF* obcaecare natum, ita ut *ἠλύγη* proprie sit ‘dämmerlicht’? (cf. Curt. p. 486).

5. *γλῆνος* opus splendidum, *Γληνός*, *γλήνη* pupilla pro **γλᾰF-νος*, **-νο-ς*, **-νη* a radice *glav* eadem a qua descendunt *ἄγλαος* i. e. **ἄ-γλᾰF-ο-ς*, *γλαν-κό-ς*, *Ἄ-γλαν-ρο-ς*, theod. vet. *clau*, *clou* (*clawêr*, *clowêr*), anglosax. *gleav*, alia (v. Iac. Grimm ‘Ueber diphth. ctr., kleine schr.’ III 125).

6. *ἀείδω* (semel apud Homerum, *ϱ* 519, saepius apud hymnorum poetas) et *ἄείδω* ex **ἀ-Fείδ-ω*, cuius digamma servatum legitur in boeot. *ἀFυδός* (C. I. n. 1583) et in *β* mutatum in *ἀβηδών* Hesych. Radix est *vad*. Cf. Curt. p. 232 sq.

7. Ex rad. *us*, *aus*: *ἠέλιος* pro **ἀF-έλιο-ς* (cret. *ἀβέλιος* Hesych.) — **αὐσ-έλιο-ς* = lat. *Auselius* (v. Curt. p. 371). — Ion. *ἠώς*, dor. *ἀώς* ex **ἀFώς* (lesb. *αὔως*, lacon. *ἀβώϱ*) — **αὐσώς*; att. *ἑώς* ex **ϝώς*. — *ἠέριος* ex **ἀF-έριο-ς*, *ἦρι* ex **ἄF-ρι*: cf. *αὖ-ριο-ν*.— Cf. Curt. p. 371 sq.

8. Ἀϊδ- et Ἄϊδ-, Ἀΐδ-ι̯-ς, Ἄιδ-ι̯-ς et Ἀΐδ-ι̯-ς a stirpe *ἀϝιδ- i. e. ἀ privat. + rad. *ϝιδ* videre. Cf. Curt. p. 226 sq.

9. ὠία, ᾠά, ὤα, οἴα, ὅα, ni fallor, ex *ὀϝι-ια. In ὅις *ϝ* ubique sine compensatione explosum est, nisi quod Od. ι 425, ubi Aristarchus οἴιες scribit, ὤιες scribendum esse videtur. Cf. tamen n. 25.

10. Homericum ὠλξ, dor. ὥλαξ, ex *ὅϝλακ-ς — *ἄϝλακ-ς, unde etiam αὐλαξ. Item ἰ-ῶλκα pro ἰ-άϝλκ-α (Curt. p. 525). Radix est *ϝελκ*. — Sine compensatione *ϝ* extrusum in attico ἄλοξ. — Cf. Curt. p. 131. — Fortasse cum Buttmanno ab eadem radice nobis derivandum est ἱλακάτη, dor. ἁλακάτα, fusus, trochlea qua retia gravata ex aqua trahuntur, ergo pro *ἀ-ϝλακ-άτᾱ.

11. Ex stirpe ἀ-σϝερ, quae prodit e rad. *ser* accedente α prosthetico, αἰώρα (αἰωρέω, αἰωρίζω), non pro *ἀϝώρα, ut vult Benfey, sed pro *αἰϝόρα, idque fortasse pro *ἀ-σ-ι-ϝόρ-α inserto ι ut in dor. θείκελος pro *θεσ-ί-κελος = θέσκελος; ἄορ, ἄορ pro *ἄ(σ)ϝορ; ἀερέθομαι, ἠερέθομαι pro *ἀ(σ)ϝερέθομαι; ex *ἄ(σ)ϝορ-ο-ς fit:

productione regressiva ion. παρήορος, μετήορος, συνήορος, ἀπήορος, μετήορος (unde quantitatis transmutatione att. μετέωρος),

productione progressiva hom. ἄωροι (μ 89),

productione bifaria hom. ἀπήωροι (μ 435).

12. ἀ-χρᾱ́ς intactus (Anyta Anth. Pal. IX 314, hom. ζα-χρηής penetrabilis, invadens pro *ἀ-, *δια-χρᾰϝ-ής ab χραύω, χράω tango, violo.

13. Ex *γᾰϝ-ια terra (sanscr. *gâu-s* terra ex *gau-s*) fit γαῖα; indidem *γᾱϊα- *γϙα — *γᾶα (ion. *γηα) — γᾶ ion γῆ): item ex *ἐλαϝιά fiunt ἐλαία et *ἐλᾱϊά — *ἐλᾱ́α — ἐλάα nec aliter ex *ὀϝιᾱ (pro *ὀϝι-ια) fiunt οἴα et ᾠία — ᾤα — ᾤα. Ion. γέα proxime ex *γηα (*γηᾱ? cf. γαιή-οχος: igitur fortasse etiam γᾶ et γῆ ad *γαϝια reducenda sint. — Dor. γᾶιος, ion. γήιος ex *γᾶϝ-ιο-ς; γήινος ex *γᾶϝ-ινο-ς; ex γήιος fit *γηος — *γηος — γεως: εὔγεως, γεω-

μόρος, *γεω-γράφος*, *ἀνώ-γεω-ν*. — Denique cum *η* = *ᾰF*: *γηΐτης*, *γῄτης*, **γηΐτων*, unde *γείτων*.

14. Ex rad. *γαυ*, *γαF* (gaudere): *βου-γᾱ́ιος* (Ξ 824, σ 79) pro **-γᾰ́F-ιο-ς*, *γηθέω*, dor. *γᾱθέω*, pro **γᾰF-θέ-ω* = lat. *gau-de-o*. *Βου-γᾱ́ιος*: *γαίω* = *γᾱ́ιος* (terrenus): *γαιο-φάγος*. Cf. Curt. p. 163.

15. Ut a *ταλ* formatur **ταλ-ᾰFό-ς*, *ταλᾰός*, ita a radice *gar* terere **γερ-ᾰFό-ς*: hinc *γρᾱός* quod explicat Hesychius per *γραῦς*, *γυνὴ γηράσασα* quodque composita *γρᾱο-λογία*, *γρᾱο-πρεπής*, *γρᾱο-τρεφής*, alia continent. Ab *γ(ε)ρ-αFο-* suffixi *ja* ope protinus ion. *γρή-ιο-ς*, *γρη-ΐη*, att. *γρα-ῖο-ς*, *γρα-ῖα* formata sunt. Ex **γ(ε)ρ-αFι-ς* (cf. mirum illud Hesychii *καραβίδες*) fit *γραῦις* (Callim. Etym. M. 240, 5) et *γρηΰς* (cf. *παῦς* ex **πάFις*, *θωϋτά* ex **θωFετά*, *κῆϋξ* ex **κᾰ́Fαξ*). In *γραῦ-ς*, *γρηῦ-ς*, *γρᾱ-ός*, *γρᾱΐ*, *γρᾶ-ες* ctr. stirpis *ι* finale eadem ratione abiectum cernitur, qua in plurimis casibus femininorum in *-οFι* (v. § 17, n. 16). — Cf. Legerlotz K. Z. X 375 sqq., ubi tamen multa leguntur quae nullo modo probari possint, et Curt. p. 166 sq.

16. Ex rad. *δαF* flagrare: (*δαίω*, *δαίω* pro **δᾰF-ιω*; lac. *ἐδάβην*, Hesych.; *δεδαυμένος*, Et. M. 250, 18) *δᾱΐς*, *δηΐς*, *δᾱΐς*, *δαίς* pro **δᾰF-ίδ-ς*; *δᾱ́Fιος*, *δᾱ́ιος*, *δήιος*, *δηϊόω*, *δηϊότη(τ)ς* a stirpe *δᾰ́F-ιο*; item *ᾱ* (*η*) pro *ᾰF* in: *δᾱλός* = lesb. *δαῦ-λο-ς*, lacon. *δαβ-ε-λό-ς* (Hesych.); *δᾱλώ*; *δᾱνός* (*ξύλα δανά* Od. *ο* 322); denique fortasse etiam in *δημός* adeps, si quidem haec vox recte ab H. Webero ('Etym. unters.' I 8) ad rad. *δαF* trahitur. Cf. Curt. p. 217, Pott II² 942 sq.

17. A rad. *div* fulgere: *ἔνδῑος*, *ἔνδῐος* pro **ἔν-δῐF-ο-ς*; *δῑογενής* pro *δῐFο-γ.*; *δῐος* = scr. *divjas* proxime aut ex **δῑ́ιος* aut ex **δῑ́ιος*. — Ex *div* fit *dju* (cf. got. *sunir-ê*: *sunju-s*) et ex hoc *u* vocalis amplificatione *djav*, *djau* [63]). Inde sanscr. *djâus* pro **djaus* et apud Romanos *Diov-i-s*.

---

63) Cf. Max Müller K. Z. XIX 42.

Apud Graecos tres nominis summi dei formae occurrunt huc pertinentes:

α) Ζεύς i. e. *Δjεύ-ς, gen. Διός i. e. ΔιF-ός.

β) Ζᾶς, Ζής i. e. *ΔjᾶF-ς. Accusativus est dorice Δᾶν (οὐ Δᾶν Theocr. IV 17, VII 39), ionice Ζῆν, quae ultima vox versus est Θ 206, Ξ 265, Ω 331 et in Hesiodi theog. 884. Eodem loco quo Δᾶν et Ζῆν vedicum *djâm* et Hesychii Δίᾶν τὸν οὐρανόν Ἥρσαι (cf. Curt. p. 563 habenda sunt.

γ) Suffixi *an* ope formatum est *ΔjᾶF-ον- (cf. M. Müller 'Vorll.' II 419): inde *Δjᾶον-: dor. Δᾶν-, ion. *Ζηον-, Ζῆν-[64]).

Porro ad *djav* referenda sunt: Διώ pro *ΔjᾶF-ώ; δῖλος, ἀρί-ζηλος, δίαλον (φανερόν Hes.), δάελον (διάδηλον id.), δέελον (δῆλον φανερόν id.), Λῖλος, dor. Λᾶλος: omnes hae formae commodissime ex *δjᾶF-λο-ς explicantur (δᾶελος et δέελος ε inter F et λ insertum habent ut δαβ-ε-λό-ς, δᾶ-ε-ρό-ς a rad. δαF). Unum hoc mirum esse potest, doricam vocis formam esse δῖλος, non δᾶλος v. Ahrens II 151: ad exempla hic allata adde Ἀριδίλαν· τὴν Ἀριάδνην Κρῆτες Hesych.), sed cum apud Graecos inveniamus et δjαF (Ζάς, Δᾶν, δίαλος, δάελος) et δjεF- (Ζεύς, lacon. Δεύς), nihil est quod impediat, quominus doricum δῖλος ad formam exiliorem δjεF referamus: ad eandem etiam δέελος revocandum esse veri simile est. — Pro homerico εὐ-δείελο-ς (cf. Curt. p. 222), quod ante Euclidem ΕΥΔΕΕΛΟΣ scribebatur, nullus dubito quin restituendum sit εὐδῖελος i. e. *εὐ-δjᾶF-ε-λο-ς vel *εὐ-δjέF-ε-λο-ς (cf. § 15).

18. Ex rad. *giv*, unde sanscr. *gîv-â-mi*, *gîv-a-s*, lat. *viv-o*, *vîv-u-s*, got. *qviu-s*, palaeoslov. *živ-q*, lit. *gyv-en-ù* descendunt, in lingua graeca derivatur *γϜιF — *γβιF — *βιF: *βίο-ς, βί-οτο-ς, βι-ό-ω*. Indidem autem etiam ζάω, ζόω, ζωός, ζῷον, ζῶον ducenda esse dudum iam in volgus constat: at quae inter haec vocabula et illa ipsamque radicem

64) De *ηο* in *η* contracto cf. Ahrens Philol. XXIII 205.

ratio intercedat, non perspectum credo. Pott (II² 730) rationem eam dicit obscuram et perplexam et de enucleanda vocabulorum illorum a ζ incipientium forma desistit. Schleicher vero ('Sprachvergl. unters.' I 50) *ζάω* opinatur natum esse ex **γιF-ά-ω* (cf. Grassmann K. Z. IX 27)[65]: quam opinionem stare non posse docent eae, quae proxime cum *ζάω* cohaerent, voces: *ζώω* (*ἔζωον*, *ζώοντες*, *ζωέμεν*, *ζώεσκον*), *ζωός*, *ζῷον*, quorum *ω* hoc modo non explicatur. Cum homer. *ὁρώω*, *μνωόμενος*, in quibus *ω* epica quae perperam vocatur distractione natum est, *ζώω* componere non licet, ut quod non solum apud Homerum inveniatur, sed etiam apud Herodotum, Pindarum, poetas tragicos, a quibus distractio illa aliena est. *O* autem verborum *ζω-ό-ς*, *ζο-ό-ς* demonstrat, post *ω* consonam aliquam explosam esse, atque quae consona evanuerit glossa haec Hesych. ostendit: *ζούιον ἢ ζοῦον θηρίον ἢ ἐρυσίπελας*, nam hae formae hau dubie *υ* pro *F* habent et cypricae dialecto vindicandae sunt, ex qua idem Hesychius affert *ἀλονά = ἀλωή* i. e. **ἀλοFά*, *οὐά = ὠή* i. e. **ὀFά* vel **ὀFιά*, *ἐρονά = ἐρωή* i. e. **ἐροFά* (cf. Maur. Schmidt K. Z. IX 292 sq., qui tamen errat cum *ου* in his cypricis vocibus ex *ω* factum esse iudicat). Igitur *ζούιον* pro **ζόFιον* (cf. Savelsberg de dig. p. 13). Iam iam autem forma haec facile nos inducit in rectam viam. Est enim statuendum, praeter radicis tralaticiam formam *giv* fuisse formam *gju* (cf. *div — dju*, n. 17, et *dhiv — dhju*, n. 19), ex hac autem vocalis amplificatione factum esse *γjᾰF* (sicut ex *dju: djav*)[66]; porro ex *γjαF*: *δjαF — ζαF*. Nunc omnia sim-

---

65) Etiam Curtius in secunda editione etymologiae p. 553 (cf. p. 431) *ζάω* a **γιF-ά-ω* derivaverat. Nunc vero in tertia p. 447 substitit in forma **διά-ω*.

66) Ad idem hoc *gjav* latinum *jâgis* revocaverim. Quod verbum apud Salustium, Ciceronem, Horatium cum aqua et apud Ciceronem cum puteus coniunctum ubique aquam vivam ('eau vive') significat. Vide in primis locum Salustianum (Iug. c. 89): „Capsenses

plicissime procedunt: ex *ζαFω: ζάω et ζώω et ζόω (traditus est imperativus ζόε apud Hesych.). ζάω: ζώω = ψάω (ψαύω): ψώω. Praeterea ω pro οF-αF exhibent ζωός (etiam ζοός), ζωή (etiam ζοή), ζώ-πυρος, ζώ-πισσα (cf. Pott II² 943, Curt. p. 573). η autem ex ᾰF natum conspicitur in praesentis formis contractis ζῇς, ζῇ, ζῆν etc.: quippe ζῆν non ex ζάειν — nam ex hoc lingua ζᾶν formasset sicut ex ὁράειν ὁρᾶν — sed ex *ζήειν i. e. *ζᾰFειν factum est, itemque ζῇς ex *ζήεις etc.[67]. Etiamne δίαιτα ad amplificatam radicis formam pertineat et ex *δjαF-ι-τα (cf. sanscr. *jîv-i-ta-m*) ducendum sit, an ad principalem formam *jîv* referendum sit (*διF-, *γίF-αι-τα: v. Curt. p. 447), in medio relinquo. Desidero enim formationis,

---

una modo, atque ea intra oppidum, iugi aqua, cetera pluvia utebantur". Horatiana verba „iugis aquae fons" (sat. II 6, 2) optime verteris verbis Schilleri nostri „ein lebendiger quell". Cf. etiam quecprunno, Ovidii 'fons vivus' Liviique 'flumen vivum'. Idem illud vocabulum Plautus Pseud. 1, 1, 83 cum 'thesauro' consociat quo significetur thesaurus qui permanet nec dirimitur. Cf. de hac vocis potestate Ciceronianum 'vivum' quod est in locutione 'de vivo detrahere' vel 'de vivo resecare' atque Sophoclea μαντεῖα ζῶντα et χρόνος ζῶν et quae sunt similia. Significationis igitur ex parte hoc veriloquium non mediocriter commendari puto neque arbitror ulla difficultate obstrui explicationem ipsius formationis. *Jûgis* natum est ex *jou-g-is*, hoc ex *gjou-g-is* sicuti *Jovis* ex *Djovis*. Alterum autem *g* aut cum eo *g*, quod est in *stru-g*, *flu-g*, aut cum eo, quod est in *vi-g* (*victus*, *vixi* pro *vig-tu-s*, *vig-si*), eodem loco habendum est, de qua re accuratius agere hic supersedere possumus. V. Corssen I² 87 sqq. 389 sq., Curt. p. 546. — Corssenii opinio (I² 813), secundum quam *jûgis* a *ju-g* iungere descendit ('zusammengefügt, zusammengejocht — dauernd'), quamquam veterum grammaticorum auctoritate nititur, probare non possum. Neque enim video, quo modo ex hac derivatione locutio illa 'aqua iugis' sat commode explicari possit. Aliud veriloquium a Fickio propositum Corssen l. l. iure reiecit.

67) Eadem ratione η quod alia verba contracta exhibent explicandum est, quamquam horum η non ubique ex ᾰι sed ex parte ex ᾰj prodiit: σμῇς, ψῇς, κνῇς pro *σμᾰF-εις, *ψᾰF-εις, *κνᾰF-εις, sed πεινῆν, διψῆν ex *πεινᾰjειν, *διψᾰjειν (v. § 23).

quam **δjαF-ι-τα* prae se fert, exemplum graecum quod prorsus gemellum sit.

19. Vocabula *θᾱέομαι*, *θαῦμα*, *θᾱτύς*, *θεωρός* et quae proxime cum eis cohaerent, ad eandem radicem referenda esse, unde palaeoslov. *div-i-ti*, *div-es-a*, bohem. *div-a-dlo*, lit. *dýv-i-ti-s*, *dýv-a-s* descendunt, certum habendum est (v. Curt. p. 238). Quae tamen inter lettoslovenicas et graecas illas voces ratio intercedat, nondum esse mihi videtur perspectum. Curtius pro graecorum verborum radice habet *θᾱF*. Sed mirum esset, *dhav* — haec enim radicis forma indogermana habenda esset — cum apud Graecos *a* vocalem integram servaret, in tota lettoslovenicarum linguarum familia in *div* abiisse, cuius rei commodam analogiam desidero. Quare non dubito hanc omnium illarum vocum quae inter se cohaerent explicationem proponere: *dhiv* est radicis forma principalis; inde l. lettosloven. *div* 2. *dhju: dhjav*, *θjᾰF* (cf. n. 17. 18); ex hoc *θjᾰF* iam omnes graecae voces facillime deducuntur; in parte earum *j* excidit: *θᾰF* (cf. *Δεύς* pro **Δjεύς*, *δῖλος* pro **δjαF-λος*), *θαῖ-μα*, ion. *θωῖ-μα*, *θῶ-μα*, *θωϊτά* (pro **θωF-ε-τά*, **θ(j)αF-ε-τά*), *θᾱ-τύ-ς*, *θᾱ-α*, *θᾱ-έ-ομαι*, ion. *θη-έ-ομαι*, *θᾱ-μαι*; in aliis *j* in ε abiit: *θεᾰF* (cf. *ἐτεός* = sanscr. *satjas*, *κενεός* = sanscr. *çûnjas*, alia: Curt. p. 554 sqq.), *θεᾱ-ομαι*, ion. *θεή-ομαι*, *θέᾱ-τρον*, ion. *θέη-τρον*, *θεω-ρός*, dor. *θεᾱ-ρός* (Ahrens II 181)[68], *Theu-r-opides* = *Θεω-ρ-ωπίδης* (v. Ritschl Plaut. Most. praef. p. XIV sq.). — *θέα* videtur ex **θήα* natum esse sicut *γέα* ex **γήα*, *γείτων* ex **γηΐτων* (v. n. 13).

68) Dorica haec forma evidenter, credo, declarat, si *θᾱF* graecorum vocabulorum radix putanda esset, *θεωρός* verbum simplex esse non posse. Namque ex **θᾱF-ρό-ς* cum *θεωρός* explicari possit (v. Curt. l. l.), non potest derivari doricum *θεᾱρός*. Verbum igitur compositum habendum esset ex *θαF* et *Fόρος* ('wahrer') sicuti *νεωρός* = **νηορός* ex stirpibus *ναF* et *Fόρο* compositum est. Ex nostra ratione *θεωρός* et sic explicari potest, ut verbum compositum sit, et sic, ut simplex; quod quidem ego praetulerim (cf. Lobeck ad Ai. p. 335 ed. 3).

— *θεῦροί*, quod Curtius p. 238 affert ex C. I. n. 2161, aut pro *θεῦροί*, **θjυροί*, **θjοF-ροί* (cf. *μῦμαρ* = *μῶμαρ* i. e. **μόF-μαρ*: § 17 n. 6) aut pro **θ(j)ευ-ροί* est, quod quidem probabilius videtur. — *θῆβος* (*θαῦμα* Hesych.) et *θήγεια* (*θαυμασιά* id.) sunt pro *θῆFος*, *θήFεια*: cum autem doricae dialecto vindicanda sint, sumendum est, praeter formam *θjαF* exstitisse *θjεF* (cf. *δjαF* — *δjεF* n. 17); ergo *θῆFος* pro **θjέF-ος*, *θήFεια* pro **θjέF-εια*. Huic igitur *θjεF* fortasse etiam illud *θεῦροί* tribuendum est.

20. *ζειά*, *ζεά* pro **ζῃϊά*, **ζᾰF-ιά* eiusdem radicis sunt atque sanscr. *javas*, *javjas*, *javasas*, zend. *yava*, lit. *jávas* (Curt. p. 525. 571, Pott II² 800 sq.); *ἴϊα*, *ἶα* ad eandem radicem pertinere (et natum esse ex **jᾰF-ια*), id quod Curtius addubitat, mihi veri non adeo dissimile esse videtur; nam *εἶα* (*ει* ex *ῃι*) = *χόρτος* gramen, fenum convenit cum sanscr. *javasas* gramen; atque *ἴϊα* significat etiam *ἐφόδια* et in universum *βρώματα*, quae significare illud vix potuerit nisi antea generali frumenti significatu instructum.

21. *ἴβη*, *ἰβάω*, *ἔφηβος* secundum Pottium (I¹ 113, I² 230) componenda sunt cum sanscr. *juvan*, lat. *juvenis*, got. *juggs*, lit. *jáunas*; *η* explicat Pott ex sanscrito compar. *jar-ijas* (cf. Benfey II 210 et Curt. p. 538, ubi etiam zend. *yavan* additur); natum autem *ἴβη* credendum est vel ex **jᾰF-ᾱ* vel ex **jᾰF-jᾱ*. Lesbios dixisse *ἄβᾱ* docent *ἐφάβων* (Marm. Cum.) et *Ἄβας* (Alc. fr. 101 B.), Dorienses contra *ἤβα* dixisse videntur (v. Ahr. II 151). Quare fortasse praeter *jᾰF* tenuior quaedam forma *jεF* exstitit, cf. n. 17 et 19. — De *αἰζηός*, *αἰζήϊος*, quae Benfey cum *ἴβη* componit, v. Curtium p. 577.

22. Ex **Ἰάονες* (cf. A. Weber K. Z. V 221 sqq.) prodierunt 1. hom. *Ἴᾰονες*, unde cum ionico *η* *Ἰηόνιος*, 2. explosa *o* vocali — ut accentus caussa statuendum videtur — **ΙαFνες*: *Ἴανες* et *Ἴωνες*.

23. Ex *καF* flagrare: **κᾰF-jω*, inde *καίω* et *κᾶω*: ex **ἔ-καF-σα* 1. *ἔκαυσα*, 2. **ἔκαFFα* (cf. *ἔτεννα*) — *ἔκηα*:

κηάμενος, κήαντες etc. (apud Homerum ubique η pro ει restituendum est: v. La Roche 'Hom. unt.' p. 159 sq. et huius commentationis § 15); κηώεις, κηώδης (v. Curt. p. 138 sq.) pro *κᾰF-ό-Fεντ-ς, *κᾰF-ο-Fείδ-ης (cf. § 17, n. 13); praeterea cum ᾱ, η pro ᾰF: κήια, κεῖα (καθάρματα Hesych.); κᾶλον, κῆλον; κήλειος, κήλεος (cf. Düntzer K. Z. XIV 193 sqq.).

24. τῆος, ἦος, unde τέως, ἕως, ex *τᾰ̆Fος, *ϳᾰ̆Fος = sanscr. *tâvat, jâvat* i. e. **tavat, **javat* (cf. zend. *yavat*). Dor. ἆς vel ex *ἄος vel ex *ἄος. V. Delbrück in Curtii 'Stud.' II 197.

25. A rad. καF cavum esse: κῆτος pro *κᾰ̆F-τος; κῶος pro *κᾰ̆F-ος; indidem κοῖλος pro *κόF-ιλο-ς. Pro corrupto κόιλαι in Alcaei fr. 15, 7 B. Ahrens κώιλαι scribit (I 106), Bergk κοίλαι, item in Mimnermi fr. 12, 6 Bergk cum Meinekio κοιλῃ scribit, sed addit: „possis etiam κωΐλῃ ut ὀλώϊον est apud Hesiod. theog. 591". Recte dicit. Nam utrumque satis defendi potest. V. Curt. p. 526, 'Stud.' II 186.

26. Ex *καρ-ᾰ̆-Fατ- fit ion. καρήατ- et elidendo primum α κρᾱατ-[69]), κρᾶτ-. In nom. singul. κάρα, κάρη de suffixo Fατ nihil est residuum nisi id, quod e digammi vi ac potestate in antecedentem brevem vocalem transfluxit; digamma cum ipsum non iam sit, ex eo certe quod effecit illic quoque clare cognoscitur.

27. κεραός ex *κερ-α-Fό-ς = lat. *cer-vu-s*; κερᾰ̈ατα, κερᾰ̈ατι et similia leguntur apud Nicandrum et Aratum, sed nescio an hae formae a talibus poetis duntaxat fictae sint.

28. Κῆϊξ una cum formis καύαξ, καύηξ, κάβης, καύης, κήξ ad formam *κᾰ̆Fαξ revocandum est. Fick hanc vocem a rad. *ku* (unde κωκύω i. e., ut videtur, *καF-κύ-ω, v. Curt.

---

69) Parum dextre Misteli K. Z. XIX 93: „Die länge von κρᾱFατ scheint von einer umstellung von καρFατ herzurühren, um die silbenlänge zu erhalten". Cf. § 2.

p. 145) derivat (Vergl. wörterb.[2] 44). κῆυξ proxime e *κῆϝαξ ut θωϋτά ex *θωϝετά.

29. Ex *κλᾰϝ-jω fiunt κλαίω et κλᾱ́ω.

30. κλαΐς, κλαίς, κληΐς, κλείς ex *κλᾰϝ-ίδ-ς a rad. *sklu*. Indidem κλῳός κλοιός collare pro *κλᾰϝ-ιό-ς et κλωβός cavea (cf. Curt. p. 531) pro *κλᾰϝ-ό-ς.

31. Ex *κνᾱ́ϝ-jω: κναίω et κνᾱ́ω tero, rodo. κνῇς κνῇ ctr. ex *κνήεις, *κνήει i. e. *κνᾱ́ϝ-εις, *-ει (v. n. 18 cum nota); item η pro ᾰϝ in κνῆ-μα; κνη-μί-ς; κνή-θω. De radice vocis v. Benfeyum (I 184 sq.), qui recte fortasse etiam κνέωρος species quaedam urticae (pro *κνήορος-*κνᾱ́ϝ-ορο-ς) huc trahit.

32. κρέας, quod cum sanscr. *krav-ja-m*, lat. *caro*, got. *hraiva-*, palaeoslov. *krŭv-i*, lit. *kraú-ja-s* componendum est (v. Curt. p. 147 sq.), ad *κρῆας — *κρῇας — *κρήιας — *κρᾱ́ϝ-jας (st. *κρᾱ́ϝ-jαι) reducendum est. Gen. plur. κρειῶν (ι 8 et alibi) ex *κρηϊῶν sicut γείτων ex *γηΐτων. — κρήιον pro *κρᾱ́ϝ-ιο-ν, κρήινον pro *κρᾱ́ϝ-ινο-ν; κρεῖον, κρειο-δόκος habent ει pro ηϊ aeque atque κρειῶν; εω pro ηο — ῃο in κρεω-φάγος, -κόπος, al. Cf. n. 13.

33. Ex rad. λᾰϝ frui (ἀπολαύω): λᾱ-ΐ-ς, λη-ΐ-ς, λη-ΐ-ζομαι, λη-ῖ-τι-ς, λη-ΐη (λεία). Cf. Curt. p. 338 sq. Fortasse eodem referenda sunt λᾱ-ρό-ς suavis, iucundus et (secundum Jurmannum K. Z. XI 399) λω-τό-ς lotus, proprie esculentus et (secundum Curtium p. 339) λωΐων, λώιστος (pro *λᾰϝ-ιων, *-ιστος), nisi forte haec quidem a *lu* luere, lavare derivanda sint (cf. lat. lau-tu-s).

34. Ex λᾰϝός, quod integrum servatum est in Λαϝο-κόϝων (quod Priscianus I 22, VI 69 H. in tripode vetustissimo sese legisse narrat: cf. Λάβ-δακος, Λαυ-αγήτα, Curt. 338. 600): λαός, ληός (hinc λεώς); λᾱ́-ι-το-ς, λή-ι-το-ς (ληϊτουργέω), λέιτος, λεῖτος (λειτουργέω); Μενέλᾱος, dor. Μενέλᾱς, ion. att. Μενέλεως; Πηνέλεως, cuius genetivus Πηνε-λέωο natus est ex *-λήο-ο, *-λᾰϝ-ο-σjο: ion. Λευτυχίδης natum esse videtur ex *Ληυ-, *Ληϋ-, *Ληϝο- i. e. *Λᾰϝο-. Cf. n. 28. Bifariam productio facta videtur

in hom. *Λειώκριτος* pro quo secundum ea, quae § 15 disputavimus, *Ληώκριτος* scribendum est. — De origine vocis sententiae etymologorum in diversas partes discedunt. V. Curtium.

35. *λᾶας* lapis respondet sanscrito *grâvan* (v. Boppii gloss. sanscr., Benfey II 8) et est, ut *λεύω* lapides in aliquem conicio docet, pro **λᾰ̆F-ας*. Sanscr. *grâvan* pro **gravan*.

36. *ναός, νηός* (*νεώς*) templum ex **νᾰ̆Fός*, lesb. *ναῦος* (Ahr. I 36); *προ-νᾶιος, προ-νήιος*; de origine vocis ambigitur. V. Pottium (II² 309) et Curtium (p. 294), quocum si **νᾰσ-Fό-ς* pro antiquissima forma nobis habendum est, nihilo setius *νᾱός* proxime ex **νᾰ̆Fός* derivare debemus (cf. *ἄορ* pro **ἄ̆Fορ* — **ἄσFορ*, *ἐπιμέλητα* pro **ἐπιμέλεϳα* — **ἐπιμέλεσϳα*).

37. *πηρός* concisus, mutilatus, debilis, caecus et *πωρός* miser, caecus derivanda videntur ex **πᾰ̆F-ρό-ς* a rad. *παF* ea, unde *παίω* = lat. *pavio*.

38. *Πολυκᾶων* vocis alteram partem apte Ebel (K. Z. IV 158) e rad. *skav* 'schauen' ducit. Indidem secundum Curtium p. 145 *ΛαFο-κόFων, Δημο-κόων, Ἱππο-κόων*, quorum stirps est *-κοωντ*, nata ex *-κοFοντ*; femin. *-κόωσα* ex **-κόωνσα, *-κώονσα, *-κόFονσα, *-κόFοντϳα* (cf. § 23 n. 11).

39. A praepositione *prâ (pro)* suffixi *va* ope derivata sunt: scr. *pûr-va-s*, zend. *paur-va-s*, *paour-va-s* pro **pra-va-s*, protinus scr. *pra-vaṇa-s*, l. *pruîna* i. e. **provîna*, palaeoslov. *pri-vy*. Idem suffixum ad *πρα, προ* adnexum conspicitur in his graecis vocabulis: *πρωΐ* pro **πρᾰ̆Fι* — **πρα-Fο-ι* i. e. locat. adiectivi **πρα-Fό-ς* = sanscr. *pûrvas* (minus mihi placet Pottii (I² 558) derivatio vocis *πρωΐ* ex *προ* + *ᾱ̓ό-ι*); *πρώιος* (unde *πρωϊότης*) pro **πρᾰ̆-Fιο-ς*, a quo eodem neutrum *πρῴον*, quod explicat Hesychius per *πρότερον*; *πρώιρα, πρῷρα*, ion. *πρῴρη, πρώειρα* (cf. *ἰλάειρα, Κάειρα*); acc. sing. fem. illius **πρᾰ̆Fιος* est *πρῴην, πρῷν* (Callim. fr. 178 B.), dor. *πρᾶν* (male scribitur *πράν*: v. Ahr. II 182 sq.); *πρῶτος*, dor. *πρᾶτος* ad **πρᾰ̆Fατος* redu-

cenda sunt, cf. *θῶκος, θᾶκος* ex *θάϜακος* (§ 20 n. 4); suffixi *Ϝον* ope formatum est **πρα-Ϝόν-*, unde quae formae progerminaverint, doceat hoc stemma:

**πρᾰ-Ϝόν-*

**πρηϜόν-*

πρηών- ap. Hesiod. scut. 437 et apud poetas inferioris graecitatis.

**πρηόν-*

πρεόν- Crinagoras Anth. Palat. VI 253.

πρεών-, προπρεών- Pind.

πρών- Hom. Pind. Aeschyl.

**προϜόν-*

πρωόν- Hom. Alcm.[70].

Praeterea huc traxerim *πρανής, πρηνής* eaque duxerim ex **πρᾰ-Ϝ'-νής*: nam nihil video quod hanc vocem componere nos cogat cum *ἀπηνής, προσανής*, quibuscum volgo sociatur: *πρηνής* enim nihil est nisi pronus, devexus, praeceps, *προσανής* vero nihil nisi benevolens, comis atque *ἀπηνής* nihil praeter huius contrarium.

40. A radice *pu* gignere, alere descendit *πῶλος* (dem. *πωλίον*) pro **πόϜ-λο-ς, *πᾰ́Ϝ-λο-ς*. Cf. Curt. p. 270.

41. *σάος* (*σαώτερος*), *σόος, σῶος* nata puto ex **σᾰ́Ϝος, σῴζω* ex **σᾰϜίζω*. Boeot. *Σαύμειλος, Σαυκράτειος* quae ab Ahrensio (I 202) et a Gelbkio (de dial. arcad. p. 24) e *Σαο-* explicantur rectius ita explicari mihi videntur, ut *υ* digammi littera vicaria sit, quia exemplum *αο* a Boeotis in *αυ* contracti non exstat. Quando autem boeot. *Σαυ-* ex *ΣαϜ-* natum est, etiam in macedon. *σαυτορία* = *σωτηρία* (v. Ahr. et Gelbke ll. ll.) *υ* digammi vices sustinere veri simillimum est[71]).

---

70) Si *πρωόν-* solum apud Homerum traditum esset, non dubitarem *πρωόν-* ex **πρᾱόν-* ducere et quidem *α* ut in *ἡβώοιμι* — **ἡβᾱ́οιμι* sequenti *ο* assimulatum esse statuere. Sed nescio an talis assimulatio a poeta dorico aliena sit.

71) Curtius p. 353 *σάος* cum lat. *sānu-s*, theod. *ga-sunt* componit.

42. Ex rad. *snu* fit (*σ*)*ναF*: inde lesb. *ναύω*, *νᾶω*, *νᾰ́ω*; *νᾶμα*; *νᾱρός*, *νηρός*, *Νηρεύς*; *Νᾱΐς*, *Νηΐς*, *Νηϊάς*. — *νήχω* revocandum mihi videtur ad **νᾰ́F-σκω* (cf. n. 49) similiterque *νῆσος* ad **νᾰ́F-κιο-ς* (cf. Curt. p. 298); sic enim facillime explicatur quod illic *σκ* in *χ*, hic *κj* in simplex *σ* transiit.

43. Ex rad. *τρυ* (*τρύ-ω*) fit *τραυ*, *τραF*: inde *τραῦμα*, ex quo per formam *τρωῦμα* [72]) ion. *τρῶμα* (cf. *θαῦμα*, *θῶμα*); *θραύω* (*θ* = *τ*? v. Curt. p. 210), *τρώω*, fut. *τρώσω*;

Cui comparationi etsi a significationis verborum parte nihil est quod obstet, tamen alia non nihil refragari mihi videntur. Neque enim ulla suffixorum communitas aut affinitas conspicitur neque satis credibile est, *σάος* pullulasse e radice quadam *sa*. Nam compositum *πολι-σσόος* (hymn. hom. 7, 2) indicare videtur, vocem olim a duabus consonis incepisse, atque exempla quibus demonstrari posse videatur, *σ* in fronte vocis, sequente vocali, non semper apud Graecos in spiritum abiisse, partim non prorsus certae originis sunt, ut *σέβομαι*, partim paullo diversam secuntur rationem, ut *σῦριγξ*, *σίαλον*, *σῦς*, *σήμερον*: *σῦριγξ* natum est ex **σFάριγξ* a rad. *svar* (scr. *svar-âmi* sono, canto), *σίαλον* a Curtio p. 348 ex *sjal* ducitur, in *σῦς* *σ* initiale diutius servatum esse videtur propter sequentis vocalis naturam, ut quam in gen. *συός* etc. et in *σύαινα* (cf. got. *sveins*, palaeoslov. *svinĭja*) propius ad digammi sonum accessisse veri non dissimile sit, in *σ-ήμερο-ν*, *σ-ῆτες* credibile est initialem spirantem formae perspicuitatis caussa retentam esse. Quae cum ita sint, facilius *σάος* a *sânus* separem atque revocem ad radicem *sku* tegere. Inde **σκάF-ο-ς*, **σάFος*; *σ* pro *σκ* sicut in *σῦλον* = *σκῦλον*, *σῶμα* pro **σκῶμα* (Delbrück K. Z. XVII 238 sq.), scr. *savjas* = *σκαιός*, lat. *scaevus*, theod. *soll* = *skal* al. **Σκᾰ́Fος*: (*πολι-*)*σσόος*: *σάος* = *σκῦλον*: *ἐ-σσύλα*: *συλάω* (cf. Curt. p. 648). Ex eadem illa radice prodeunt scr. *sku-nô-mi* tego, anglosax. *hûd*, nostra vocabula *haut*, *schutz*, *skiuru* receptaculum, *σκῦτος*, *κύτος*, lat. *cutis* (v. Curt. p. 159 sq., Pott II² 291). Igitur verbi *σάος* principalem significationem habeo 'tectus, tutus'. Unde facillime notio salvi, incolumis se exserit. Notio etiam certi conspicitur in locutione homerica *νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος* („nun ist dir das jähe verderben gesichert, sicher"). *Σῴζειν* autem plerumque est 'tectum, tutum reddere' (cf. nostrum '*schützen*').

72) Forma haec cum prius apud Herodotum lecta sit, nunc a Dindorfio, Steinio, aliis reicitur, cum ei non satis magna sit fides.

τι-τρώ-σκω; haud scio an etiam *τρα-νό-ς*, *τρᾱ-νής* pro **τρᾰF-νό-ς*, **-νής*. Cf. Curt. l. l.

44. Ex *φαF* lucere: **φάFος* (pamphyl. *φάβος* Hesych., lesb. *φαῦος*); inde hom. *φᾶος* et plur. *φᾶεα* (*α* 15, *ρ* 39, *τ* 417); porro ex **φάFος* — **φόFος* — *φόως*, ni forte haec sit formarum series: **φάFος* — **φόFος* — **φῶος* — *φόος* (cf. § 23 n. 11); de stirpe *φώτ-* v. § 20 n. 12; *φᾱνός* lucidus fortasse pro **φάF-νό-ς*; *ἄφεος* (*ἄφωνος* Hesych.), ni fallimur, ex **ἄφηος* (cf. gen. *νεός* pro *νηός*) — **ἀ-φάF-ο-ς*. Cum eadem haec stirps *φαF* dicere significans etiam verbo *πι-φαύ-σκω* subsit et apud Alcmanem fr. 34 B. habeamus doricam formam *πολύφᾱνος*, quam immerito Bergk olim in *πολύφοινος*, nunc in *πολύφᾱμος* mutavit, non dubito, quin etiam *φωνή* ad *φᾰF* referendum sit; *πολύφᾱνος*: *πολύφωνος* = *Θεωρός*: *Θεωρός*.

45. Ut a *φα* accedente *F* *φαF* derivatur, ita ex *χα* hiare (*χά-σκω*, *χά-σ-μα*) nascitur *χαF*; inde *χαῦ-νο-ς* et eliso digammo *χᾶος*; ex **χᾰF-ιά* fit **χηϊά* — hom. *χειά*. Praetera fortasse huc nobis cum Benfeyo (K. Z. VII 58) *χῶρος* 'der klaffende leere raum' referendum sit, pro **χᾶF-ρο-ς* (minus apte Benfey *χῶρος* ex **χάFαρος* ducit). *χηνέω*, *χηλή*, *χήμη* descenduntne ex *χα* an ex *χαF*?

46. *ψωΐα* *ψώα* putredo ex **ψᾰF-ία*. V. Benfey I 546.

47. *Ἀμφιάρᾱος*, *Ἀμφιάρηος*, *Ἀμφιάρεως* ex **ἈμφιάράFος*; *Ἴλιος*, **Ἴληος*, *Ἴλεως* aut ex **ἸλάFος* aut ex **Ἴλᾱος* i. e. **Ἴλᾰσ-jo-ς* (cf. § 23, n. 15).

48. Argiv. *ὤϝεον* (Hesych.), lesb. *ὤϊον* (Ahr. I 40), ion. att. *ᾠόν*, graec. hod. *ἀυγό* (pronunt. avjó) = lat. *ôvum* a Boppio (Vgl. Gr. III[3] 366) et Benfeyo (I 22) cum *avis* coniunguntur („abkömmling des vogels"). Descendunt autem omnes illae formae vel ex **avjam* vel, quod mihi veri similius esse videtur, ex **avi-jam*: cf. *ὤΐα*, *ᾠά* pro **ὀFι-α* (n. 9).

49. Ex rad. *ψυ* terere fit *ψαF*: inde *ψαύω* et *ψώω* et **ψήω*, unde quidem *ψῆς*, *ψῇ* etc. — *ψήχω*, *ψώχω*,

(κατα-)σώχω (tero, contero), ψηρός (friabilis), ψωρός (scabiosus), ψώρα (scabies), ψῶχος (quod omnia contrita significat, sabulum, pulverem ctr.)[73] η et ω pro ᾰF habere existimo (cf. ψη-χρό-ς tritus λεπτός cum ψαυ-κρό-ς 'rührig'). Quamquam non negaverim, fieri fortasse potuisse, ut praeter ψυ ψα exsisteret et ex hac radicis forma voces illae progerminarent. — Ψήχω, ψηρός: ψώχω, ψωρός = πηρός: πωρός (a *pav*, n. 37). In ψήχω, ψώχω quorum χ ex σκ prodiisse postquam Curtius docuit, nunc alii quoque accipiunt, ut Schleicher comp. p. 783, puto aeque atque in νήχω (pro *νᾰF-σκω, n. 42) σ tum iam eiectum esse, cum digamma formae principalis *ψᾰF-σκω nondum evanuisset (cf. ἔρχομαι pro *ἔρ-σκομαι); quamquam sibilantis eiectio etiam alia ratione explicari potest (v. Curt. p. 654).

50. Ion. χρηΐη, att. χρεία, ion. χρηΐσκομαι, ion. att. χρήζω (ion. etiam χρηΐζω), att. τὸ χρέως ctr., de quorum radice adhuc nihil constat, post radicis vocalem olim *F* habuisse veri simillimum mihi videtur. De χρηΐη fortasse quispiam me ad formas χρυσήιος, ἀνθρωπήιος, alias id genus delegabit. At quid de χρηΐσκομαι et de att. τὸ χρέως et de χρεώ? Χρέως sine ulla dubitatione quantitatis quae vocatur transpositione ex χρῆος natum est, ex qua eadem forma usitatior forma χρέος ducenda est (cf. gen. νεός pro νηός, γείτων pro *γηΐτων). In hoc χρῆος autem, quod ex *χρᾰFος explico, veram et genuinam agnosco homerici

73) Forsitan etiam ψάμαθος et ψάμμος quae idem significant quod ψῶχος huc revocanda sint; ψάμαθος pro *ψάF-αθο-ς (cf. γν-άθο-ς, λί-θο-ς, κιν-αθί-ζω), ψάμμος pro *ψάF-μος (cf. κοννέω pro *κοF-νέω: Curt. p. 145). In *σάμαθος, unde ἄμαθος, σ pro ψ sicut in σώχω = ψώχω (cf. etiam cypr. ἄδδας ex *ψάδδας: Maur. Schmidt K. Z. IX 367; theod. *salm* = *psalm*, *sittech* = ψίττακος). Sed propter lat. *sabulum* (pro **savulum* ut *bubile* pro *bovile*, *ferbui* pro *fervui*?) et nostrum *sand*, anglosax. *sand*, scandin. *sandr*, quae vix a graeco verbo separari possunt, dubitationes relinquuntur. Cf. Benfey I 426.

χρεῖος formam, itemque homerici χρειώ veram formam χρηώ esse persuasum habeo (cf. § 15). Quibus in formis quo pacto factum sit ut *E* = η falso ab Atticis ει litteris exprimeretur, perfacile est ad intellegendum. Habuerunt Attici voces χρεία ex *χρηΐα (ion. χρηΐη), χρεῖος, χρεῖον ex *χρη̆-ιο-ς, *χρή-ιο-ν. Quid igitur facilius fieri potuit quam ut ad harum formarum similitudinem, in quibus ει genuina diphthongus est, illi etiam in homericis *XPEOΣ* et *XPEO* ubi *E* longam syllabam efficere videbant ει ponerent? Voces has olim *F* continuisse praeterea ex forma homerica χρείως concluserim, quae legitur ϑ 355 (χρείως ὑπαλύξας) et γ 367 ubi metro quidem non postulatur sed ab Aristarcho scribitur (v. La Roche 'Hom. unt.' p. 233). Cum enim de radice vocis *XPEOΣ* nihil constet, nullam iustam video caussam, cur formam spondiacam quae ab Aristarcho probata sit atque facillime explicari possit, in suspitionem vocemus. Χρήως (sic enim ex nostra ratione scribendum est) ex *χρᾰ̆Fος sicuti ἀπήωροι ex *ἀπᾰ̆Fοροι, πρηών- ex *πρᾰ̆Fόν- etr. (v. § 21). Χρῆσϑαι pro *χρήεσϑαι — *χρᾰ̆Fεσϑαι ut ζῆν pro *ζήειν — *ζᾰ̆Fειν.

b) *OF.*

§ 17.

1. Dor. βῶς, βῶν = att. βοῦς, βοῦν (lat. *bôs*, scr. *gâus* pro **gaus*). Ante eas terminationes casuales, quae a vocali incipiunt, digamma constanter sine compensatione eliditur: βο-ός, βο-ί etr.

2. ζωμός pro *ζοF-μό-ς[74]) a rad. *ju* miscere, unde etiam scr. *jû-s*, lat. *jûs*, lett. *jau-t*, alia. V. Curt. p. 572. Recte fortasse Schleicher ('Sprachvergl. unt.' I 49) ad eandem radicem ζωρός („ausgegohren") refert.

74) Hoc et alia quaedam vocabula, quae ω ex amplificata *u* vocali natum habent, huc rettuli, quia antiquioris formae amplificationis (*aF*) vestigia desiderantur.

3. Ex rad. *ju* iungere descendit *ζοF*: inde cum *ω* pro *oF*: *ζώ-νη*, *ζῶ-μα*, *ζω-σ-τήρ*, *ζώ-ν-νυ-μι*. V. Curt. p. 572 sq.

4. *ὠέτεας*, quem ad modum Il. *B*. 765 pro *οἰέτεας* scribendum est (cf. Curt. p. 526), natum est ex **ὀ-Fέτεας*.

5. *μωρός*, att. *μῶρος*, natum esse videtur ex **μοF-ρο-ς*. V. Curt. p. 316.

6. *μῶμος*, *μῶμαρ* veri simillimum est nata esse ex **μόF-μος*, **-μαρ* et descendere a rad. *μυ* ea, ex qua *μύω*, *μυάω*, *μυκός*; *μῦμαρ* (Hesych.) et *ἀμῦμων ῡ* ex *oF* natum exhibent; hoc *ῡ* autem sic ex *oF* factum: *oF-uF-uF-ῡ*.

7. A rad. *plu* descendit *πλοF*: inde *πλώ-ω*, *πλω-τό-ς*, *πλώ-τη-ς*, *πλώ-ιμο-ς* (*πλόιμος*), *πλω-ΐ̈ζω*. Cf. Curt. p. 262.

8. A rad. *sru* ῥοF: inde *ῥώ-ομαι*, *ῥώ-μη*, *Εὐ-ρώ-τα-ς*, *ῥώ-ν-νυ-μι*, *ἐ-ρω-ί* (cypr. *ἐ-ρου-ά*), *ἐ-ρω-εύ-ω*. Cf. Curt. p. 328 sq.

9. A rad. *στυ* erigere *στοF*: hinc *στωά*, *στοά*, *στοιά* pro **στοF-ιά* (cf. infra n. 12 et § 16 n. 9); *στω-ΐ̈-ς*, *στω-ϊκό-ς*. Cf. Curt. p. 203 sq.

10. *χλωρός* ex **χλοF-ρό-ς*: indidem, *ε* inter *F* et *ρ* inserto, *χλοερός* (cf. *δάελος*, *δαερός*). Cf. Curt. p. 191.

11. Ex rad. *χυ* *χοF*: *χῶ-μα*, *χώ-ν-νυ-μι*, *χω-σ-τό-ς*, *χώ-ο-μαι*. Vid. Curtius p. 193.

12. *Οἴη*, *Ὄη*, *Ὄα*, *οἴη*, lac. *ὠβά* (cf. *ἐξωβάδια*), *ὠγή* (*κώμη* Hesych.), *ὤα* (*ὤας τὰς κώμας* id.), cypr. *οὐά* ex **ὀF-jᾱ*, quod Curtius p. 517 ductum esse suspicatur a radice *ἀF* ea, unde *ἰ-αύ-ω*, *αὐ-λή*, *αὐ-λί-ς*.

13. Quod *-ο-είδης* (ut *οἰνο-ειδής*) non contrahitur in *-οΰδης* sicut *οἰνόεις* transit in *οἰνοῦς*, sed in *-ώδης*, sic explicandum esse mihi videtur, ut ex *-ο-Fειδης* — ea enim est forma antiquissima — proxime *-ωείδης* factum sit. — Suffixo *Fε(ν)ι* ad stirpes in *ο* cadentes adiuncto volgo digamma inter *ο* et *ε* sine compensatione eicitur: **πλακό-*

Fεντ-, *πλακόεντ-*, *πλακοῖντ-*[75]). Interdum autem apud poetas epicos *o* producitur: *πιλώεντ-*, *δενδρώεντ-*, *κηρώεντ-*, *ὠτώεντ-*.

14. *-μωρο-ς* quod est in *ὀμωρος*, *ἐγχεσίμωρος*, *ἱλακόμωρος*, *σινάμωρος* si recte cum vedico *mâ-ra-s* „drängend, stürmisch“ componitur (Fick 'Wörterb.' 147), ex **-μοF-ρο-ς* ducendum est. Cf. Curt. p. 308.

15. Substantiva in *-oFo-ς*[76]) exeuntia variis modis hunc exitum immutant:

α) Ex *-oFo-ς* fit *-οβο-ς*: *ὄροβος* = theod. vet. *araweiz*, hod. *erbse* (cf. *garawan* — *gerben*, lat. *er-ru-m*.

β) Ex *-oFo-ς* fit *-ωο-ς*. Omnes quae huc pertinent voces oxytona sunt: *λαγώς*, *ἀλώς* (in *ἀλώ-φυτος*), *ματρώς*, *κολώς*[77]). Saepius *ωο* in *ω* contrahitur: *λαγώς*, *Τυφώς*, *ὀρφώς*, al. Declinationis autem haec est ratio: *λαγώς*, *λαγῶ* (pro **λαγῶο*, **λαγοῶο*: cf. *Πηνελέω*), *λαγῷ*, *λαγών*, atque errant qui *λαγῶς* et *λαγῶν* scribunt (v. Mehlhorn. gr. gr. p. 185, ubi veterum quae sunt de hac re testimonia afferuntur: ipse Mehlhorn falso accentui vel ificatur).

γ) Ex *-oFo-ς* fit *-οως*. Voces quae huc spectant proparoxytona sunt, ut *Ἄθοως*, *γάλοως*. Ubi accentus post factam productionem suppletoriam non aliter in syllaba ea, in qua ab initio fuerat, remansit quam in vocibus *δίκερως*

75) Digamma retinuit *στονόFεσσαν* quod legitur in titulo coreyraeo (v. Savelsberg de dig. p. 7).

76) Prius huius terminationis *o* interdum facilioris pronuntiationis caussa insertum est, ut in **γάλοFος*, cui respondet bohem. *zalva* mariti soror (v. Curt. p. 164. 524). Conf. de hac vocalis interpositione ital. *continovo*, *manovale*, *Genova* et similia pro **continvo* etc. **Continvo* ex *continuo* ut *belva* ex *bellua*, *parvi* ex *parui* (iam apud Romanorum poetas invenimus *genva*, *tenvia* et sim.).

77) Cf. *κολοιὰν* (*θορυβεῖν* Hesych.) pro **κολοΓιᾶν* et *κολυμβᾷ* (*θορυβεῖ* id.), quocum Savelsberg de dig. p. 52 apte confert *θάμβος* a **θάFος* et lat. *plumbum* = *μόλυβος*. Male apud Homerum scribitur *κολῳός*, *ἐκολῴα*. Debetur hoc *ι* subscriptum grammaticis *κολωός* a *κολοιός* derivantibus. V. La Roche 'Hom. unters.' p. 217 sq.

ακερως (pro **δί-, *ἄ-κερ-Fo-ς = lat. *cer-ru-s*), *φιλόγελως* (pro **φιλό-γελ-Fo-ς*: v. § 20 n. 12), *δίσερως* (pro **δίσ-ερ-Fo-ς*: v. ibid.), *πόλεως* (pro *πόληος*); cf. etiam dor. *ἐλέγον* (pro **ἐλέγοντ*). Genetivus est *γαλόω*, *Ἀθόω* falso nonnulli *γάλοω*, *Ἄθοω*), nominativus plur. *γάλοῳ* (perperam Il. *X* 473 nonnulli *γαλόῳ*).

δ) *o* post *F* abicitur eoque fit ut stirpes illae a declinatione secunda in tertiam transmigrent. Sic fit ex **πάτρο-Fo-* (= lat. *patruo-* i. e. **patrovo-*) **πάτροF-*, ex hoc tum *πάτρω-*. Item ex **ἴροFo-* *ἴρω-*, ex **ΜίνοFo-* (respondet ei sanscr. *Manus* i. e. **Manvas*) *Μίνω-*, al. Cf. Curt. 'Erläut.' p. 50. Declinatur igitur in hunc modum: *πάτρως πάτρωος, πάτρωϊ* (hom. *ἴρῳ*), *πάτρωα*. Ceterum hae stirpes hic illic etiam antiquiorem declinationis rationem secuntur, ut habes gen. sing. *Μίνω*, *πάτρω* (Herod.), *ἄλω* (Plutarch.), acc. sing. *πάτρων*, *ἴρων* (Herod., Aristoph.), *ἄλων* (Nicand.) [78].

Accusativos *λαγώ*, *Τυφώ*, *Κέω*, *πάτρω*, *ἴρω*, *ἄλω*, alios natos esse ex *λαγών*, *Τυφών* ctr. arbitror. V. n. 16.

Ω pro *oF* habent etiam adiectiva quae ab substantivis illis derivata sunt *πατρώιος*, *πατρῷος*, *μητρώιος*, *μητρῷος*, *ἡρώιος*, *ἡρῷος*, *ἱρωϊκός*, *ἱρωΐς*, *Ἀθῷος*, *Ἀχελώιος*, alia. Eodem pertinet *ὁλώιος* pro **ὁλόFιος*. Cf. § 16 n. 25, Curt. p. 524.

Ex voce *ἄλως* deducitur *ἀλωΐ*, cuius loco Cyprii *ἀλονᾶ* i. e. **ἀλοF-ᾶ* dicebant.

ε) Ex *oFo* fit *vo*: *μητρυός* quidem non invenitur sed quae hinc derivata sunt *μητρυιός*, *μητρυιά*; cf. *patruus* pro **patrovos*.

16. Ut masculino **γεραFός* ab latere est fem. **γεραFίς* (v. § 16 n. 15), ita masculinis eis, de quibus sub n. 15 diximus, ab latere sunt feminina quorum stirps in *-oFι*

---

78) Etiam in compositis, quamquam horum alia ratio esse potest, *o* puto ab ultima antiquitate remansisse, ut in *ἡρωο-λογία* et in eo quod supra iam commemoravimus *ἀλωό-φυτος*.

exit: sunt autem ea, quorum nominativus sing. exit in *-ώ*, ut *Γοργώ*, *Λητώ*, *Σαπφώ*. In *-oFι* stirpem horum femininorum primitus desivisse primus perspexit Curtius 'Erl.' p. 50 sq., cum antea iam Ahrens K. Z. III 81 sqq. cognovisset stirpem in *ι* cadere, nec longius Pott ab ipso vero afuisset qui haec dixit II² 988: „das in den obliquen cass. wieder auftauchende *o*, das wahrscheinlich aus *oF* hervorgegangen ist...".

Persecuturus iam singulorum casuum formationem *Γοργώ* paradigma sumo.

Nom. sing.: **ΓοργοFίς*; inde **Γοργοίς* — **Γοργώς* — *Γοργώ* (decies haec formatio in inscriptionibus occurrit et Herodiano praeterea teste utitur: v. Ahrens l. l. p. 82) — *Γοργώ*. De formis *Κριώς*, *λεχώς*, *Θριώς* v. Ahr. l. l. p. 92.

Vocat. **ΓοργόFι*; inde *Γοργοῖ*. Cf. *βασιλεῦ* i. e. *βασιλέϝ*.

Genet. *ι* finale stirpis abicit (cf. *γραός*): **ΓοργοF-ος*; inde ion. *Γοργόος*, dor. *Γοργῶς*, lesb. *Γόργως*, att. *Γοργοῦς*. Statuendum est, praeter *Γοργόος* ex **ΓοργόFος* etiam **Γοργόως* indeque *Γοργῶς* factum esse, nam *Γοργῶς* non in Doride severiore solum sed etiam in mitiore deprehenditur (v. Ahr. l. l. p. 93).

Dat. *ι* abicit: **ΓοργοF-ι*; inde *Γοργόι* (*Ηυθόι* Pind. Isthm. VI 51) — *Γοργοῖ*; *ω* pro *oF* in *ΛΑΤΩΙ* C. I. n. 2551.

Acc.: **ΓοργοFι-ν*: *Γοργοῖν*. Sine *ι* **ΓοργοF-ν*: ion. *Γοργοῦν*, dor. *Γοργών* (cf. ion. *βοῦν* — dor. *βῶν*). Forma quae superest *Γοργώ* quomodo explicanda sit, non statim primo aspectu apparet. Erunt qui eam ex **Γοργῶα* vel ex **Γοργόα* explicent et accentum acutum dicant ex analogia nominativi assumptum esse. Et re vera per se talis explicatio sat probabilis esse videtur; nam accentus haec ratio haud dubie nullo alio fundamento utitur nisi placitis et praeceptis grammaticorum, qui quomodo in hoc genere grassati sint satis notum est. Ut unum hoc breviter hic attingam, si *Γοργώ* revera ex **ΓοργοFα* explicandum esset,

consensio quae inter huius accusativi et nominativi accentum est non magis mira esset quam dissensio quae est inter accentum accusativi *Γοργοῖν* (pro **ΓοργόFιν*) et nominativi accentum (*Γοργώ* pro **ΓοργοFίς*). Sed ego aliam rationem sequor et eam, ut accusativum *Γοργώ* statuam in fine *ν* amisisse acque ut *Ἄτλᾱ*, *Πολυδάμᾱ* qui sunt vocativi stirpium *Ἄτλαντ*, *Πολυδάμαντ* (cf. Ahrens l. l. p. 93 sq. et p. 101). Ad quod statuendum in primis adducor accusativis *αἰῶ*, *κυκειῶ* similibusque, de quibus § 20 accuratius disputandum erit.

Pluralis plerumque secundam declinationem sequitur: *Γοργοί*, *Γοργῶν*, *Γοργοῖς*, *Γοργούς*. Unus, quod sciam, invenitur nominativus *Κλωθῶες*, tertiam declinationem sequens.

Ex derivatis quae *ω* pro *oF* exhibent e. g. affero: *Λιμῷος*, *Δηωΐνη*, *Πυθώιος*, *Πυθῷος*, *Ἀργῷος*, *Σαρδῷος*, *Λητώιος*, *Λητῷος*, *Κριῴα*, *Κριωεύς*.

c) *EF*.

§ 18.

1. A radice *κλυ* descendit stirps *κλεF*: inde *-κλέης*, ut *Ἡρακλέης*. Genet. *-κλῆος* pro **-κλήεος* i. e. **-κλέF-εσ-ος*; cf. *σπῆϊ* pro **σπήεϊ* i. e. **σπέF-εσ-ι* et alia id genus, de quibus infra dicetur. Item *η* pro *εF* in (*Ἡρα-*)*κληείη*, *ἀκληεῖς*, *κληΐζω*, *κλῄζω*. Pro *εὐκλειῶς* apud Homerum ex nostra ratione (v. § 15) *εὐκληῶς* scribendum est.

2. *νέος* pro **νέF-ο-ς* = scr. *nav-a-s*, lat. *nov-u-s*; *νεῖος* ex **νέF-ιο-ς* (v. § 15). *Η* pro *εF* in *νήισιος* (‘der neueste’), *Νήισιαι* (porta Thebarum, Aeschyl. Sept. 460); *νέωτα* secundum Curtium p. 196 pro **νεFο-F(ε)τ-α*.

3. Att. *πλέως* (*πλέα*, *πλέων*) quin ex **πλῆος* prodierit, dubium esse non potest. Docet autem substantivum *πλοῦτος* sat evidenter, hoc **πλῆος* ex **πλέFος* ortum esse. Iam unde digamma? Aut statuendum est, radicem *πλα*, *πλε* digammo dilatatam esse (cf. *φα-φαF*, *χα-χαF*), aut digamma suffixo tribuendum est (**πλέ-Fο-ς*; **πλό-F'-το-ς* = **pla-va-*

ta-s). Homericum *πλεῖος* utrum ad **πλέϝιος* sit revocandum an falso pro *πλῑ̆ος* scribatur, in suspenso relinquo. Praeterea autem huc pertinent *Πληϊόνη*, *Πληϊάδες*, unde quidem *Πλειάδες* (v. Pott K. Z. VI 282 sqq., E. F. II² 893), dor. *πλίων* (Ahr. II 163) = *πλείων*, *πλέων* i. e. **πλέϝιων* (*πλεῖστος* pro **πλέϝιστος* ut *νήιστος* pro **νέϝιστος*).

4. De homericis *πλΕειν*, *ϑΕειν*, *πνΕειν* (– –) v. § 15. Fortasse etiam in *χείειν* (Hes. theog. 83) *η* restituendum est. An *χείω*: *ἔχεϝ(σ)α* = *κλαίω*: *ἔκλαυσα*?

5. *σπέος* sine dubio ex **σπέϝος*; *η* pro *εϝ* in *σπῆος*, *σπῆος*, *σπῆϊ* (proxime ex **σπήεϊ*, v. n. 1), *σπήεσσι*; *σπείος* et *σπείους* apud Homerum exstirpanda sunt (v. § 15). De origine vocis ambigitur.

6. *ϝρέαρ* (st. *ϝρέαρτ*) pro **ϝρέϝ-αρ* a rad. *ϝρ* (v. Curt. p. 284). Il. *Φ* 197 legitur volgo *ϝρείαια*, sed scribendum est *ϝρῆαια* (cf. § 15); *ϝρεωρυχέω* ex **ϝρη-ορυχέω*. — *στέαρ* (st. *στέαρτ*) pro **στέϝαρ* (v. Curt. p. 200). — Att. *ϝρέᾶτος*, *στέᾶτος* non *ρ* liquidae elisione ex **ϝρέᾰρτος*, **στέᾰρτος*, sed quantitatis transmutatione proxime ex *ϝρῆᾶτος*, **στῆᾶτος* nata sunt, qua cum explicatione belle concinit quod grammatici veteres tradunt *στέαρ* et *ϝρέαρ* apud Atticos ultimam productam habere (v. Spitzner 'Versuch einer kurzen anweisung zur gr. prosodik' § 26); *ϝρῆᾰτα* ex **ϝρήαρτα* sicut *ὕδᾰτος*, *σκᾰτός* ex **ὕδαρτός*, **σκαρτός* et *ποτί* ex (cret. *πορτί*.

7. Dat. plur. hom. *λήουσι*, ut ex nostra ratione formae *λείουσι* loco scribendum est, ex **λέϝουσι*. **λέϝων* = theod. vet. *lewo(n)*, palaeoslov. *lirŭ*, lat. *leo(n)*. V. Curt. p. 329.

8. *τελήεντ-* (*τελέεντ-* ap. Tyrtaeum), *πιήεντ-*, *κυδιήεντ-*, *ϑυήεντ-* ex **τελέ(σ)-ϝεντ-*, **πιϝέ(σ)-ϝεντ-* (v. Fick K. Z. XVIII 456) ctr., nisi statuendum sit, *η* ita ut in *αἰπήεις* ex analogia verborum eorum, quae primam declinationem sequuntur, assumptum esse, id quod probari quodam modo videtur formis *ϑυη-δόχος*, *ϑυη-κόος*, quae ex **ϑυεσ-δόχος*, **-κόος* fieri non potuerunt.

9. Verba nonnulla a digammo incipientia in imperfecto

et aoristo augmentum ἐ, digammo evanescente, producunt itemque ε syllabae reduplicatoriae in perfecto. Quo facto plerumque ηο et ηᾰ̄ in εω et εᾱ̄ mutantur. Vid. Ebel K. Z. IV 161 sqq., qui primus augmenti et reduplicationis illorum verborum rationem perspexit; quamquam in hoc ei assentiri non possumus, quod digamma in illis praeteritis modo antecedentem vocalem ε, modo sequentem ipsius stirpis vocalem produxisse iudicat (cf. § 15). Pertinent autem huc:

α) imperfectorum et aoristorum hi:

ἠείδη, contr. ᾔδη, pro *ἐ-Fείδ-η a rad. *vid; συνήειρεν* pro *συν-έ-(σ)Fειρ-ε-ν a rad. *σFερ* nectere, ligare;

ἰβουλόμην, quod, productione facta, *F* in *β* mutavit, natum enim est ex *ἐ-Fολλόμην a rad. *var* (lat. *vol-o, vel-le,* got. *vil-jan* ctr.)[79]; *ἀπήνρα* pro *ἀπ-έ-Fρα secundum Sonnium K. Z. XIII 434 sq.

Ex ηᾰ̄ εᾱ̄ factum est in ἑᾶλων, ἐᾱγην, ἑᾶνδανον (unde ion. ἑήνδανον) a radd. *Fαλ* (Curt. p. 502), *Fαγ* (C. p. 493 sq.), (σ)*Fαδ* (C. p. 214 sq.).

Ex ηο εω factum est in ἑώρων a rad. *Fορ* videre (C. p. 324).

Ex ηοι εῳ factum est in ἐρνοχόουν (C. p. 363) et ἀνέῳγον. Cf. δηϊόῳεν pro *δηϊώοιεν: § 23 n. 11.

79) Cf. lac. ἐξωβάδια, ὠβά et sim. — Haec simplicissima huius augmenti explicatio esse mihi videtur; quamquam forma illa apud atticos demum scriptores occurrit. Praeter ἠβουλόμην η pro augmento habent ἤμελλον et ἠδυνάμην. Quorum illud praeteritum ex *ἔ-σμελλον explicandum esse, quamvis ε ab Ionibus et Atticis in ει productum esse exspectaremus, satis probabile est (cf. Curt. p. 309). De origine autem verbi δύναμαι cum prorsus nihil constet, de ἠ augmenti origine certi nihil statui potest. Ceterum verbo quidem moneam, optime hoc augmentum explicari, si radicis δ initiale ex *j* prodierit (cf. lesb. ἐπιμέλεια pro *ἐπιμέλε(σ)ja, cypr. καλήζω pro *καλέjω et quae sunt similia: § 23). Ἤμελλον primum apud Hesiodum occurrit, verbi δύναμαι vero praeterita quae η pro augmento exhibent apud Thucydidem demum inveniuntur, id quod coniecturae illi aliquantulum refragari negari non potest.

β) perfectorum et plusquamperfectorum haec:

ἐᾶλωκα et *ἔαδα* a *Fαλ* et *σFαδ*. Invenitur etiam *ἐάδα*. Formam praeterea commemoro apprime notabilem et memorabilem FEFAΔEϘOTA i. e. *FεFαδηκότα*, quae legitur in inscr. locrensi ab Oeconomide edita v. 38.

ἐώρακα, *ἀνέῳγα*.

Aliquantulo uberius nobis explicandum est de plusquamp. *ἐώλπειν*, *ἐώργειν*, quibus ab latere sunt perfecta *ἔολπα*, *ἔοργα* pro **Fέ-Fολπα*, **Fέ-Fοργα*[80]. Quaeritur enim, unde plusquamperfectorum *ω* ortum sit. Atque putat Ebel hoc *ω* natum esse ex *Fo*. Contra quem recte Sonne K. Z. XIII 443: „Wenn ohne mitwirkung eines augments, lediglich durch das schwinden der spiranten aus *FέFολπα* sich *ἐώλπειν* bilden konnte, so vermögen wir nicht abzusehen, warum *FέFολπα* sich nicht ebenso zu *ἔωλπα* gestaltete". Iam ipse Sonne a formis **ἐFεFόλπειν*, **ἐFεFόργειν* proficiscens inde putat proxime facta esse **ἐεόλπειν*, **ἐεόργειν*, dehinc contractione amborum ε **ἠόλπειν*, **ἠόργειν*, postremo ex his quantitatis transpositione *ἐώλπειν*, *ἐώργειν*. Itemque *εε* in *ει* contractum esse autumat in *σπῆϊ* (ex **σπέεϊ*), *ἧιτο* (ex **ἑέιτο*), *ἧκασα* (ex **ἐείκασα*), *ἤλπιζον* (ex **ἐέλπιζον*). Quae concedere non possumus, quoniam ex ε-ε apud Iones non fit *ει* sed *ει*. Sic igitur potius statuendum est, ex **ἐFεFόλπειν* proxime factum esse **ἠεόλπειν*, inde **ἠόλπειν*, inde *ἐώλπειν*. Itemque: **ἐFέλπιζον* — **ἠέλπιζον* — *ἤλπιζον*, et **ἐjέικτο* — **ἠέικτο* — *ἧκτο*, et **ἐjείκασα* — **ἠείκασα* — *ἧκασα* (cf. *ἰείδη* — *ἤδη*), cf. § 23 n. 1; de *σπῆϊ* supra iam exposuimus (§ 18, n. 5). — Od. ξ 289, ubi Bekker scribit *ἀνθρώπους εἰFώργειν* cf. Leskien de ratione quam Bekk. in rest. dig. secutus est p. 27), aut volgaris scriptura *ὃς δὴ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισιν ἐώργει* retinenda aut scribendum est *ἀνθρώπους ἠόργειν*. Item fortasse δ 693, ubi cum volgo *ἄνδρα ἐώργειν* legatur,

80) Volgo adduntur *ἔωκα*, *εἴοικα*, *ἐῴκειν*. Sed de his quippe a radice *jικ* descendentibus infra demum § 23 agendum erit.

Bekker *ἄνδρα ϝεϝώργειν* scribit, scribendum est *ἄνδρ᾽ ἠόργειν* [81]).

10. Nom. *ἄστυ*, gen. **ἄστεϝ-ος*, unde *ἄστεος* et **ἄστηος* — *ἄστεως*: item *πελέκεος* et *πελέκεως*. Nom. acc. dual. **ἄστεϝ-ε*, inde **ἄστηε* — *ἄστη*. A *πρέσβυ-ς* nom. plur. *πρέσβηες*. Homer. *ἑῆος* pro **ἐ(σ)-έϝ-ος*. Dorica *ὀξῆα*, *ταχῆαι*, *βαρῆαι* (Ahr. II 163) aut ex **ὀξέϝ(j)α*, **ταχέϝ(j)αι*, **βαρέϝ(j)αι* aut ex **ὀξέ(ϝ)ja*, **ταχέ(ϝ)jαι*, **βαρέ(ϝ)jαι* (v. § 23 n. 9).

Maiore constantia in *ε* producendo utuntur stirpes in *ευ* desinentes, ut *βασιλεύ-ς*, *γονεύ-ς*. Est autem singulorum casuum ratio haec:

Nom. sing. *-ευς*: *βασιλεύς*. In dialecto arcadica nominativum in *-ῆς* (pro **-έϝ-ς*) exivisse colligendum videtur ex *ἰαρῆς* (v. Ahr. I 233). „Nomina in *ευς* teste Prisciano Dorienses *ευ* in *η* mutantes *Τύδης*, Voc. *Τύδη*, Acc. *Ὄρφην* proferebant. Sed Antimachus et Ibycus, quos apponit, non sunt genuinae Doridis auctores, neque in purioribus fontibus ullum exemplum reperitur, quod aliquo iure eo trahi possit, nisi forte Hesychianum *ἀντιβολῆρ*, *στρωτὴρ μικρός*, quod Laconice pro *ἀντιβολεύς* esse videtur... Vulgo apud Dorienses nominativus in *εύς* exit" (Ahr. II 236).

Genet. **-εϝος*, *-ηος*: ion. *βασιλῆος*, lesb. *βασίληος* (Ahr. I 117), boeot. *βασιλεῖος* (Ahr. I 205) i. e. *βασιλέος*. Ex *-ῆος* att. *-εως*: *βασιλέως*. Apud Dorienses ex **-ῆος* fit *-έος*: *βασιλέος* (Ahr. II 237).

---

81) Fortasse quispiam posuerit, inter *ἔοργα* et *ἠόργειν*, inter *ἴλπιζον* et *ἐλπίζω* eandem rationem intercedere quae inter *ἔρχομαι* et *ἠρχόμην*. Hoc ideo probare non possumus, quia in homericis carminibus perfectum *ϝέϝοργα* syllabae reduplicatoriae spirantem itemque *Fελπ* (*Fέλπω*) initialem suam spirantem nondum amisisse constat. Cum his autem *ἐώλπειν* et praeterita quae a rad. *jικ* descendunt (etiam huius radicis spirans apud Homerum nondum exstincta esse videtur) eodem loco et numero habenda esse consentaneum est. De singulis testimoniis quae lingua homerica spirantis praebet vide Leskienii illam commentationem.

Dat. *-εFι, -ηι: βασιλῆϊ, inde att. dor. βασιλεῖ: lesb. βασίληϊ.

Acc. *-εΓα, -ηα: ion. βασιλῆα, boeot. βασιλεῖα, lesb. βασίληα. Ex -ηα att. -εα: βασιλέα. In Doride ex *-ῆα fit *-έα, -ῆ: βασιλῆ.

Ex pluralis formis hae commemorandae sunt:

Nom. att. vet. βασιλῆς ex ion. βασιλῆες; contra att. rec. βασιλεῖς proxime ad *βασιλέες reducendum est, nisi forte ex vetustioris Atthidis forma ortum sit (v. Curt. 'Stud.' III 397 sq.).

Dat. ion. ἀριστή-ε-σσι, dor. Δωριέ-ε-σσι. Volgo F in υ dissolvitur: βασιλεῦ-σι.

A stirpibus in -ευ desinentibus magna silva adiectivorum et substantivorum derivatur. Atque in Iade ex εF constanter η fit: προαστήιος, δορήιος, βασιλήιος, Ἀχιλλήιος, Νηρηΐς, στρατηΐη, μαντηΐη, θεραπηΐη, alia. Idem η etiam in Doride occurrit quamvis minus constanter: πρειγήιος, Δωρήιος, ἱαρήιος (v. Ahr. II 192). Apud Atticos ηϊ in ει extenuatur: οἰκεῖος, στρατεία, alia.

Erunt fortasse qui mirentur quod Lesbii qui F post brevem vocalem, subsequente altera vocali, constanter servare solent, ut in πνεύω, αὔως, φαῦος (in quibus υ fere ut F pronuntiatum esse credendum est), non dicunt βασίλευος, βασίλευι etc. Quod quomodo explicandum sit, indicant formae δαίμων, μῆννος, ὦμος et sim., de quibus § 3, 7 disputavimus. Vidimus enim in his iam ante linguam in dialectos digressam productionem fieri coeptam esse indeque explicandum esse cognovimus quod Lesbii cum ἔφαννα, ἔτεννα dicant, in μῆννος vocalem producte pronuntiant. Sic igitur veri simile est ex *βασιλέFος antiquissimis iam linguae graecae temporibus *βασιλῆFος factum esse indeque Lesbios βασίληος suum ascivisse. Similiter Lesbii νᾶος, νᾶϊ ctr. (nom. ναῦς), non ναῦος, ναῦϊ ctr. dixerunt quod in hac stirpe vocalis vetustissimis iam temporibus productionem passa erat (cf. lat. *nâvis*, scr. *nâvas*, gen.).

d) *IF.*

§ 19.

1. *ἰός* sagitta ex *ἰ(σ)-Fό-ς* = sanscr. zend. *ishu-s* i. e. **is-va-s* a rad. *is* mittere. *ι* brevis relicta in *ἰόμωροι* et in *ἰοχέαιρα* ap. Pindarum. Cf. Benfey I 13, Curt. p. 373.

2. *ἔνδῑος* (etiam cum *ῐ*), *δῑογενής* pro **ἔνδῐFος*, **δῐFογενής* § 16 n. 17 iam commemoravi.

3. *πῖος*, *πῖων*, *πῖαρ*, *πῖαρός*, *πῖερός* a *πῑ́ν* pro **πῑ́F-ος* etc. Respondent eis vocabulis zend. *pîvanh* et voces sanscr. *pîvas*, *pîvan*, *pîvaras* et aliae quaedam, in quibus *î* per sequens *v* productum videtur. Cf. Curt. p. 259.

4. *Ἴξῑων* auctore Kuhnio (‘Herabk. d. feuers’ p. 69) ad **Ἰξῑ́Fων* reducendum videtur. Componit ille vocem cum *axis* eamque vertit „achsenträger, radträger“.

5. *σῑγαλόεις* recte a Benfeyo I 414 explicari videtur ex **σῐ́Fγαλόεις*. Fortasse eodem trahendum est *σῑ́δη* malum granatum, punicum, cuius formae loco etiam *σίβδη* reperitur (cf. *νεβρός* pro **νεFρός*). Forma principalis **σῑ́Fjᾱ?* cf. *Λάβδακος* (Curt. p. 600). Apte malum granatum nomen trahere a putaminis pinguedine et nitore nemo negare poterit.

B) Longa vocalis productione progressiva nata est.

§ 20.

1. *ἀϝώρα* (unde *ἀϝωρέω*, *ἀϝώρημα*, *ἀϝωρίζω*) ex **ἀ-σFόρ-α*; *ἄωροι* (*μ* 89) ex **ἄ-(σ Fορ-οι*; *ἀπ́ωροι* ex **ἀπ-ά-(σ)Fορ-οι*. V. § 16 num. 11.

2. Ut *τρέφω* praesenti ab latere est *τέτροφα* perfectum, sic praesenti *ἔθω* i. e. **σFέθω* (v. Curt. p. 236) perfectum **σέ-σFοθ-α*: inde **ἐῑ́Fοθα* — *ἐῑ́ωθα* et **ἔFοθα* — *ἔωθα*. Notabilis est alia perfecti forma ab Hesychio tradita *ε-ϝέθ-ω-κα*. Cf. § 14 C.

3. *ω* stirpium *Λαο-*, *Δημο-*, *Δηϊ-*, *Ἱπποκόωντ-* et femininorum *Λαο-*, *Ἱππο-κόωσα* ex *Fo* natum est. Cf. § 16 n. 38. An *οω* proxime ex *ωο*? Cf. § 23 n. 11.

4. *θῶκος* contractum est ex homerico *θόωκος* pro **θάωκος — *θᾰFοκος — *θᾰFᾱκος* Hesych. habet *θάβακος*, nisi forte haec singularum formarum series sit: **θᾰFᾱκος — *θόFοκος — *θώοκος — θόωκος* cf. § 16 n. 44. Dor. att. *θᾶκος* (Ahr. II 182): *θῶκος* = dor. *πρᾶτος*: *πρῶτος* v. § 16 n. 39.

5. *χελώνη*, lesb. *χελῦνα*, proxime cohaeret cum *χέλυ-ς* et *χέλυ-ο-ν* Curt. p. 188 itaque fortasse ad formam **χελFόνᾱ* reducendum est cf. *μῶμαρ, μῦμαρ* pro **μόFμαρ*). Consimiliter forsitan *κορώνη* pro **κορFόνη*: cf. Max Müller 'Vorll.' I 374.

6. Bocot. hom. *Διώνυσος* fortasse ex **ΔιFόνυσος*: v. § 5, 2.

7. De masculinis in *-οως* h. e. *-οF-ο-ς* exeuntibus v. § 17 n. 15 *γ*.

8. *Κλέων-* fortasse pro **ΚλέFον-*.

9. Item fortasse *Νέων-* (bocot. *Νιώνιος*) pro **ΝέFον-*.

10. Substantiva *λυχνεών, ἀμπελεών, οἰνεών, ἀκανθεών, πιθεών* et similia gen. *-εῶνος*), quorum loco plerumque formae ε vocali carentes inveniuntur, ut *ἀμπελών, οἰνών, πυθών*, al. collecta habes haec substantiva ap. Westphal. 'Method. gr.' I 1, 328, iudicat Bopp III[3] 395 suffixum *ân* continere, ε autem quod *ω* praecedit natum esse e stirpis vocali finali *o*. Id veri dissimillimum esse apparet: nam longa vocalis suffixi *ân*, *ων* certe stirpis *o* finale absorptura fuisset. Ipsum illud ε demonstrat, intercidisse consonam nec dubium esse potest, quin illa digamma fuerit (cf. Ebel Ann. Fleckeis. vol. 85 a. 1862 ed. p. 247, qui et ipse Boppii sententiam improbat addens „da *εων* auf digamma deutet". Igitur *οἰνεῶνος* ex **οἰνε-Fόν-ος*. De *a* in ε extenuato conferas vocativum *ἔπε*, locativum *ἀμαχε-ί*, verba derivata *ἀδικέ-ω, χρυσμέ-ω*, alia (Leo Meyer II 22 sqq.). Ex *οἰνεών οἰνών* factum est sicut *ἑστώς* ex *ἑστεώς*.

11. *αἰών* gen. *αἰῶνος* componendum est cum scr. *êvas* itio, itus, lat. *aevum*, got. *aiws* tempus. Deducit autem Schleicher comp. p. 400 haec verba a radice *i* ire et sta

tuit de suffixo graecae vocis haec: „Das suffix urspr. *van* liegt vor in stamm *αἰ-Fων-* (*αἰών* lebenszeit, zeit), einer dehnung eines vorauszusetzenden *αἰ-van-* (vgl. lat. *ae-vo-*, got. *aí-va-*, altind. *ê-va-*)". Quod Schleicher verba haec omnia ad radicem *i* refert et *aevum*, *aivs*, *êvas* suffixi *va* ope formata esse statuit, prorsus probo. Contra de graeco vocabulo ego persuasum habeo sic esse iudicandum. Stirps initio fuit *αἰ-Fό-* = lat. *ae-vo-* etc., inde *αἰώ-* (cf. *γάλοω-* pro **γάλοFo-*): nom. *αἰώς*, gen. *αἰῶ*, dat. *αἰῷ*, acc. *αἰών* vel *αἰώ* (cf. *λαγών — λαγώ*, *Γοργών — Γοργώ* et sim., § 17 n. 15. 16). Ex qua declinatione solum accusativus is, quem postremo loco posui, nobis asservatus est apud Aeschylum in Bekk. anecd. 363, 17: *αἰῶ τὸν αἰῶνα κατὰ ἀποκοπὴν Αἰσχύλος εἶπεν*, quam eandem formam Ahrens in versu bacchiaco Choeph. 350 pro *αἰῶνα* quod metro repugnat restituit (in accentu formae *αἰῶ* non offendendum esse sequitur ex eis, quae § 17 n. 15. 16 diximus: v. in primis eum quem sub n. 15 laudavimus locum grammaticae Mehlhorn.). Iam autem ex stirpe *αἰώ-* ita stirpem *αἰών-* prodiisse puto, ut illa nescio an ad commodiorem et faciliorem declinationis rationem instituendam in analogiam stirpium in *ν* desinentium transiret. Plane eodem modo ad stirpes in *-oFo* (§ 17 n. 15) et ad stirpes in *-oFι* (ib. n. 16) exeuntes, postquam *-oFo* et *-oFι* in *ω* coaluerunt, saepius *ν* accessit, ut ex *ἄλω-* factum est *ἄλων-*, ex *ἥρω- ἥρων-*, ex *ταώ- ταών-*, ex *Πυθώ- Πυθών-*, ex *Λατώ- Λατών-* etr. (v. Ahrens K. Z. III 105). Cf. etiam germanicae declinationis quae vocatur debilis nasalem atque *n* illud, quod lingua sanscrita saepius in nominum declinatione adhibet quo seiungat stirpis vocalem finalem ab initiali vocali suffixi *(avi-n-â*, *avî-n-âm* instrum. sing., gen. plur. stirpis *avi-)*: quamquam harum nasalium fortasse paullo alia est ratio, quode accuratius hic agi non potest (v. Iac. Grimm 'Gesch. d. deutsch. spr.' p. 960, Heyse 'Syst. d. sprachw.' p. 377 sq., Pott I² 300, II² 681). Quodsi haec recte exploravimus, iam dubium esse non potest, quin eadem quae

inter *αἰώ-* et *αἰών-* intercedit ratio etiam inter accus. hom. *κυκεῶ*, *κυκειῶ* et stirpem seriorem *κυκεών-*, inter nomin. (dor.) *Ποτιδᾶς*, accus. *Ποσειδῶ*, gen. *Ποσειδῶ* et stirpem *Ποσειδῶν-* intercedat. Atque formarum quidem *κυκεῶ*, *κυκειῶ*, *κυκεών-* stirpem principalem esse statuo **κυκάϝό*. Inde **κυκηό* — *κυκεώ* atque **κυκηϝό* — *κυκηώ* (cf. § 21). Postea autem *κυκεώ-* in analogiam stirpium in *ν* exeuntium transiit. De accentu accusativorum *κυκεῶ*, *κυκειῶ* consentaneum est idem dicendum esse quod de accusativi *αἰῶ*, pro *ει* autem quod est in *κυκειῶ* *η* restituendum est (cf. § 15). Similiter igitur *Ποσειδῶ* (gen.), *Ποσειδῶ* (acc., potius *Ποσειδώ*), *Ποτιδᾶς*, *Ποσειδᾶον*, *Ποσειδᾶωνος*, *Ποσειδεῶνος* (v. in primis Ahrens Philol. XXIII 1 sqq.) omnia ad stirpem **ΠοτιδᾶϜο(ν)-* revoco, unde facillime explicantur. In *Ποσειδᾶωνος* productio bifariam facta conspicitur. Ad breviorem autem stirpem pertinet etiam *Ποσιδήιος* pro **ΠοσιδάϜ-ιο-ς*. — Eandem illam rationem praeterea inter *Ἀπόλλω* et stirpem *Ἀπόλλων-* intercedere veri similius mihi videtur.

Simile quid jam Dominicus Comparetti in libro qui inscribitur: Saggi dei dialetti Greci dell' Italia meridionale (Pisae 1866) periclitatus est. Carmina enim, quae in ore colonorum Graecorum Italiae inferioris sunt, litteris italicis ita transscripsit, ut verbi causa in locum vocis κε, cum κ sonum servavit, *che*, cum autem adsibilata est, *ce* poneret. Haec autem transscriptio, quam non ipse vir doctissimus confecit, sed ab aliis traditam accepit (Praef. p. XIX), nec prorsus sibi constat neque ex omni parte satisfacit. Post eum Morosi in optimo libro qui inscribitur: Studi sui dialetti Greci della terra d'Otranto (Lecce 1870) eundem in usum eodem alphabeto italico usus est. Sed discrepat cum illo in eo quod χ literam, cum pronuntiatur ut *ch* nostri sermonis, non, velut ille, *ch*, sed *h* litera exprimit. Nec vero negari potest, alphabetum Italicum hac in dialecto adhiberi posse, cum eis fere abstineat sonis, qui ab Italorum usu alieni sunt. Sic δ et θ literae in coloniis graecis non ut in ceteris dialectis spirantes interdentales sunt. Sed quid faciendum est, quum ceterarum dialectorum voces exprimendae sunt? Qua in difficultate quam utile alphabetum phoneticum sit, quod usitatam pronuntiationem nobis explicare possit atque ea removeat, quae inter literarum formas

et sonos intersunt, quis est quin intellegat? Et Jean Pio, natione Danus, illa commentatione, quam a. MDCCCLXVI in lucem edidit: Sproglige Erindringer fra en Rejse i Grækenland, alphabetum illud, quod Lepsius composuerat, ad neograecum sermonem adhibuit. Quare illud alphabetum non tantum latinis literis constat, sed etiam his quattuor graecis: γ, χ, δ, ϑ; id quod mininc nobis improbandum est. Sed Jean Pio nimis multa signa et super et sub literis posuit, ita ut ejus rationem transscribendi non prorsus amplecti potuerim.

Equidem in eo quod mihi propositum est, Rumpelti secutus sum librum egregium qui inscribitur: Das natürliche System der Sprachlaute (Halle 1869), quocum si dissentio, causas afferre non negligam. Quam maximam autem operam dedi, ut signa quae vel super literas vel sub literis ponerentur, quantum fieri poterat, evitarentur. Ubi vero signo opus est, tale adhibui, quod usu populi alicuius quasi civitatem adeptum est. Neque minus studui cavere, ne in alphabeto meo nimis varia inter se commiscerentur. Ille quem supra dixi Jean Pio, hasce literas: δ, ϑ, γ, γ́, χ́ e graeco alphabeto assumpsit. γ́ signum facile omittere potuit, ac cur χ literae accentum superposuerit, intellegi non potest, cum χ sine accentu in alphabeto eius omnino non exstet. Ac Lepsium cum hac in re secutum esse credere non possum, cum illi χ idem sit quod nostrum *ch* in vocabulo *ach*, χ autem palatalis consonans velut in nostro *ich*; contra Jean Pio χ signo utitur ante vocales *a*, *o*, *u*. Equidem haec tantum quattuor signa e graeco alphabeto adsumpsi: γ, χ, δ, ϑ, sed nullo accentu adposito; nihilominus etiam *g* et *d* literis utar. *ch* et *th* vitavi, cum sonus simplex nisi signo simplici apte exprimi non possit. — Quibus praemonitis tandem ad id, quod mihi est propositum, transire liceat.

Graeci qui nunc sunt, perinde ac veteres, tria genera consonantium habent. Eam classem, quae vulgo gutturalis nominatur, primam seriem appellabo, quodammodo aucto-

ritatem Brueckii secutus, qui jure illam classem gutturalem dici posse negat, cum guttur *Kehle* significet, non *Gaumen* (palatum). Quare fieri non potest, ut palatales et velares consonas dicamus esse partes gutturalis classis. Id haud ignorat Rumpeltus (vide p. XX). Brueckius gutturales tertiam seriem habet, labiales consonas primam, dentales alteram. Mihi autem primum de iis consonantibus disputare in animo est, quae in posteriore oris parte pronuntiantur, ita ut ab interioribus oris partibus ad exteriores progrediar. Alphabetum igitur, quod mihi ad usum meum maxime accommodatum esse videtur, hoc est:

Consonantes.

		explosivae		nasales	fricativae		liquidae
		fortes	lenes		fortes	lenes	
I	palatales	k	g	ṅ	χ	j	
	velares	k	g	ṅ	χ	γ	l
II	interdentales				ϑ	ð	r
	alveolares	t	d	n	s	z	
	cacuminales				š	ż	
III	labiales	p	b	m	f	v	

q, *ę* etc. sunt *a*, *e* etc. nasalem in modum sonantes.

Speciminis loco sit transscriptio orationis dominicae: *Páter imón, o en tis uranís, aijasϑíto to onomá su, elϑéto i rasilía su, jeniϑíto to ϑelimá su os en uranó ke epi tis jís. Ton árton imón ton epiúsion ðós imín símeron ke áfes imín ta ofilímata imón os ke imís afíemen tis ofilétes imón, ke mí isenénġis imás is pirazmón, alla ríse imás apo tu ponirú. Amín.*

CAPUT I.

Series prima.

In hac serie et in quaque alia consonantes explosivas primo loco posui, has nasales singulae sequentur; tertio loco de fricativis disseram.

Consonae explosivae.

§ 1. Explosiva fortis *k*.

Cum *κ* linguae graecae respondeat *k* latinae, nihil obstat, quin literam graecam latina transscribamus. Sed aliud quid minime neglegendum est. Permultum enim interest, utrum *k* ante *a*, *o*, *u* vocales, an ante *e* et *i* inveniatur. Cum *κ* ante *a*, *o*, *u* pronuntiamus, lingua ante velum palato appropinquat; et haec consonae species hanc ob causam velaris appellatur. Quum autem *κ* sic articulamus, ut lingua duro palato appropinquet, id quod fit, cum *k* ante *e* vel *i* sonos exstat, *k* palatalis auditur. In nostro quoque sermone *k* in vocabulo *Kamm* alia est atque in *Kind*. Quare Rumpeltus *k* velarem accentu apposito (*ḱ*) distinguit; *k* palatalis accentu caret. Quae distinctio in linguae alicuius sonis describendis videtur esse supervacanea; nam ex sequenti vocali satis intellegitur, quo sono *k* pronuntiandum sit.

Addendum est, in dialectis rhodia, carpathia, chalcidica *κ* pro *χ* audiri, ut *éko* = ἔχω; *stokázome* = στοχάζομαι, *teknítis* = τεχνίτης. Quod idem invenitur in dialecto Calabriae (terra d'Otranto), in qua adhuc graeca dialectus conservatur, sed in his tantum vocabulis: *érkome* = ἔρχομαι, *Kristó* = Χριστός, *raskáli* = μασχάλη [1] (Morosi p. 105).

Quando *k* pronuntietur ut *g* latina, et quando assibilata

1) De transitu *μ* literae in *ν* videus p.

sit ut *c* linguae italicae ante *e* et *i* vocales, paulo infra disseram.

§ 2. Explosiva lenis *g*.

Hic sonus in lingua quae nunc floret, non evanuit, quamquam rarius adhibetur. Nam et *κ* et *γ* post gutturalem nasalem ut g pronuntiatur: et in *ἄγγελος* quidem et *ἀνάγκη* palatali modo, in *ἀναγκάζω* velari. Eadem enim ratio intercedit, quae est etiam in *k* litera: *g* modo palatalis, modo velaris esse potest.

Huc cadunt etiam exempla velut *δεὴ geló* = *δὲν γελῶ* [1]), (*οὐδὲν γελῶ* = *οὐ γελῶ*), ubi *ν* finalis vocabuli *δέν* in gutturalem nasalem mutatur. Etiam *j* consonans post *ν* in duriorem *g* literae sonum transire potest; *g* vero efficit, ut *ν* in *ὴ* transeat. Hoc maxime in dialecto Calabriae invenitur, ubi pro *den javéno* (*δὲν διαβαίνω*) audimus *eὴ gjavéno*. Cum iidem pro *αἷμα* dicere soleant *jéma* (qua in re cum plerisque dialectis Graeciae consentiunt), pro *δὲν θέλουν αἷμα* pronuntiant *ę́ téluὶ géma*. Neque aliud quid praetermittendum est. Quodammodo hiatus evitandi caussa cum vocem cui *j* principium est articulus generis neutrius *τό* praeit, Calabri *ν* intercalare solent. Morosi (p. 103) haec affert exempla: *toὴ géno* pro *to jénoς* (*τὸ γένος*) ceterorum Graecorum et *toὴ gialí* pro *to jialí* (*τὸ ἁλίον*). De intercalatione *ν* consonantis infra dicetur. In dialecto Calabriae *γ* veterem pronuntiationem servavit, etiam ante *ϱ* et *λ* consonantes et *a*, *o*, *u* vocales; exempla haec afferam: *gráfo* = *γράφω*, *glóssa* = *γλώσσα*, *gála* = *γάλα*, *gambró* = *γαμβρός*, *gónata*, *gonatízo* = *γόνατα*, *γονατίζω*.

Commune autem est omnium Graecorum, *κ* ante *λ* ut *g* pronuntiare. Mullachius (p. 113 grammaticae linguae vulgaris) dicit, ante *λ* literam *κ* ita sonare ut *g* Francogallorum in vocabulis *gaule*, *garant*, et *κλ* in *ἐκκλησία* plane respondere *gl* in francogallico *église*.

1) In Calabria dicunt *en* pro *δεν*, *δ* litera abjecta.

Optime hoc monet Mullachius. Potuit autem addere in veterum sermone similes mutationes inveniri. Nam κ vel χ ante μ plerumque certe in γ mutantur (πέπλεγμαι, βέβρεγμαι). In sermone, qui libris traditus est, praepositio ἐκ hac in re discrepat, quia ante omnes consonantes constat. Attamen ipsius linguae usus etiam hoc in vocabulo liberior est. Nam non solum in compositione, ubi κ quodammodo in medio verbo versatur, sed etiam, quum ἐκ vere praepositio est, κ mutatur et id quidem et in χ ante aspiratas — ut in inscriptionibus creticis — et in γ ante lenes consonantes β, γ, δ, μ, λ (ρ et ν literae exemplis carent). Ante has Graeci ἐκ ut ἐγ pronuntiavisse videntur, cum in inscriptionibus saepe haec altera forma legatur. Cuius rei exempla haec mihi e Kühneri grammatica (p. 205) afferre liceat: ἐγ Διονυσίων, ἔγδοσις, ἐγ Μεγάρων, ἐγ λιμένος, ἐγλείπειν. Cfr. Boeckh. Corp. Inscr. n. 1570, a. 1625. 1732, a. 1845 etc.; ἐγδικάξασθαι, ἐγ Βακχιδᾶν in inscriptionibus Doricis inveniuntur: ante F quoque in ἐγFηληθίωντι tab. Her. 1, 104. Quamquam F spirans est, tamen minime conjicere licet, γ quoque quae ante F est, spirantis pronuntiationem habuisse. Aliter res se habet in neograeca dialecto. In ἐκμάθησις quidem et in ἐκλογή g audimus, ille vero recentiorum Graecorum proprius sonus γ literae in γδίνο et γδέρνο verbis pronuntiatur, quae ex ἐκδύω et ἐκδέρω aphaeresi prodierunt. In υjéno et υγάllo pro ἐκβαίνω et ἐκβάλλω habemus aphaeresin ε vocalis et metathesin γ et β spirantium. In dialecto Calabriae hae duae formae gυéno et gυάddo (dd = λλ) sine metathesi inveniuntur. Utrum in vocabulo ἔγγονος, quod sine dubio ex ἔκγονος ortum est et hanc ob causam in numerum eorum vocabulorum cadit, de quibus modo dixi, prius γ a veteribus Graecis ut γ, an ut gutturalis nasalis pronuntiatum sit, qua pronuntiatione Graeci qui nunc sunt utuntur (aṅgonáiki = ἐγγονάκιον), difficile est dictu. Facile fieri potuit, ut γ nasalis posterioribus demum temporibus evaderet. Sic ἀκίς in aṅgíδα, κινάρα et κλυστήρ prothesi et rhinismo in aṅginára et aṅglistíri (-ήριον deminut.)

mutantur. Est praeterea linguae vulgaris proprium *mir-míngi* (vel *mermíngi*, v. infra), quod est deminutivum substantivi *μύρμηξ, κος*.

§ 3. Gutturalis nasalis *ὶ*

Est idem sonus atque nostrae literae *n*, cum ante *g* et *k* invenitur. Exempla sunt *aṅgáli* (*ἀγκάλη*), *óṅgos* (*ὄγκος*), *eṅgízo* (*ἐγγίζω*). Praestat hunc sonum transscribi signo *ṅ* quod a grammaticis linguae Sanscritae adhibetur et ab eis, qui comparativam artem grammaticam instituerunt.

Hoc *ṅ* non solum in mediis vocabulis reperimus. Etenim in contextu orationis, ubi voces contingunt inter se neque interpunctione sejunguntur, consonans finalis prioris vocabuli quodammodo non in fine est. Quam ob rem in pronuntiatione cum alia observanda sunt, quae ceteroquin solum in media vocabula valent, tum assimilatio regressiva. Id inscriptiones et codices satis demonstrant. Sic *ν* ante *γ*, *κ*, *χ* in gutturalem nasalem mutatur. Cfr. Boeckh. C. I. n. 160, 41: *ΕΓΚΥΚΛΟΙ* (*ἐν κύκλῳ*), 55. pr. *ΗΙΕΡΟΓ ΧΡΕΜΑΤΟΝ* (*ἱερῶν χρημάτων*). Qua de re Curtius Etym. p. 495 disputat et exemplo *ΕΓΚΙΒΩΤΙΩΙ* (*ἐν κιβωτίῳ*) utitur. Haec assimilatio in neograeca dialecto semper auditur, veluti *toṅ gózmon* = *τὸν κόσμον*. Quo loco statim commemorare mihi liceat *ν* literam, cum in fine sit, mutari in labialem *m*, si proximum vocabulum ab una ex literis *b*, *p*, *v*, *f* incipit. Cujus rei e lingua veterum Graecorum haec exempla afferam: C. Inscr. n. 76. *ΕΑΜΠΟΥ* = *ἐάν που*, *ΗΟΤΑΜΠΕΡ* = *ὅταν περ*, *ΕΜΠΟΛΕΙ* = *ἐν πόλει*; n. 82, 23: *ΤΩΜΜΙΣΘΩΣΕΩΝ* = *τῶν μισθώσεων*; n. 75: *ΤΟΜ ΦΟΡΟΝ* = *τὸν φόρον*, *ΜΕΜΨΥΧΑΣ* (*μὲν ψυχάς*).

Praeterea praeceptor Curtius l. l. duo exempla affert haec: *ΕΜΠΡΟΜΑΧΟΙΣ* et *ΤΕΜΜΥΣΙΑΝ* pro *ἐν προμάχοις* et *τὴν Μυσίαν*. Eadem est pronuntiatio talium verborum in recentioribus huiusmodi exemplis: *tom bólemon* = *τὸν πόλεμον*, *tim filían* = *τὴν φιλίαν*, *tim mitéra* *τὴν μητέρα*, *tim bsichín* = *τὴν ψυχήν*.

Consonae fricativae.

§ 4. Fricativa fortis χ.

Duo genera sunt χ literae aeque ac *k* et *g* literarum. Sonus est velaris quum guttur ipsum ita coangustatur, ut spiritus vehementer et continenter editus frictionem efficiat. Cum autem vox articulatur eo loco, qui est inter velum et cacumen palati, χ palatalis oritur. Nostro in sermone ex vocali praecedenti pendet, utrum χ velaris an palatalis sit. Si *a*, *o*, *u* praecedunt, *ch* velaris est, ut in *lachen*, *ach* (ob hanc rem *Ach-Laut* dicimus), sin una e reliquis vocalibus praecit, *ch* palatalis fit (*Ich-Laut*). At in graeca lingua non vocales quae praecedunt, sed quae insequuntur, spectandae sunt: in ἄχαρις, ἔχω, ἔχουσι velaris, in ταχέως, μάχη, ἔχει palatalis χ auditur. Praeterea χ velaris est insequente consona, velut ἀχλύς, ἀχρεῖος etc.; idem supra de *k* et *g* dicendum erat.

Atque ab Lepsio quem Rumpeltus sequitur p. 29), sonus velaris (*Ach-Laut*) χ litera, palatalis (*Ich-Laut*) χ́ significatur. Mihi, cum in neograeca lingua propter eam legem, quam indicavi, dubium esse non possit, uter sonus audiatur, satis esse videtur uno χ signo uti. Addere mihi liceat, in dialectis rhodia et carpathia χ initio verborum leniore quodam spiritu ita pronuntiari, ut χ a nostro *h* prope absit, velut *hώρα* pro χώρα. (Mullachii Gramm. p. 94). *h* enim et coartatis faucibus in χ transire et dilatatis ex χ evadere potest. In dialecto Calabriae χ item ut nostrum *h* pronuntiatur, inter vocales autem sonus χ literae tam lenis est, ut saepenumero omnino non audiatur; imprimis Corigliani et Zollini et Sternatiae incolae dicunt *ώ*, *ᾶ*, *ὶα* pro ἔχω, ἔχει, εἶχα (= εἶχον). Similiter in Cypro insula auditur *ὦϊ* pro ὄχι (*οὐχί*). (Mor. p. 105).

§ 5. Fricativa lenis.

χ velari *γ* ante *a*, *o*, *u* vocales respondet. Est talis litterae *g* sonus, qualis in quibusdam Germaniae regio

nibus in *Tage*, *sagen* pronuntiatur. Nec deest idem sonus linguae Danorum. Eam vocem Brueckius *j* expressit. Equidem *γ* servaverim, ne opus sit, sonum proprium *j* literae signo apposito (*j̓*) distinguere. Exempla haec tantum affero: *γámos* (*γάμος*), *γonatízo* (*γονατίζω*), *áγusi* (*ἄγουσι*). Quae ratio est *γ* literae ad *χ* velarem, eadem est *j* ad *χ* palatalem. Non me fugit, me supra velarem *κ* a palatali non dinstinxisse neque velarem *χ* a palatali *χ*: sed velarem *γ* a palatali *j* discerni valde mihi praestare videtur, quod ex sequenti vocali intellegi non potest, quo sono *γ* pronuntiandum sit; nam *j* non solum ex *γ*, sed etiam ex *i* vocali prodiit, ita ut *ja*, *jo*, *ju* syllabis *ια*, *ιο*, *ιου* veteris linguae respondeant.

γ ante *e* et *i* sonos ut *j* nostrae linguae pronuntiatur velut: *jelό* (*γελῶ*), *jíras* (*γῆρας*), *jrízo* (= *γριζίζω*), *jinósko* (*γιγνώσκω*), *áijis* (= *ἄγεις*; de epenthesi prioris *i* post dicetur. *j* consonans orta est etiam ex *i* litera, quam alia vocalis secuta est. Cuius rei duo sunt genera:

a) initio vocabulorum, ut in *jeráiki* (*ἱεράκιον*), *jatrós* (*ἰατρός*), *jánis* (*Ἰωάννης*), *jasumí* (*ἰάσιμη*), *jós* (*υἱός*), *jortí* (*ἑορτή*). Inter has duas formas certe *ἰορτή* ponendum est; cfr. in dialecto boeotica *ἰών* pro *ἐγώ(ν)*.

b) in mediis vocabulis ut in *ajitós* = *αἰετός* (*ι* pro *ε*), *ajéras* = *αἰήρ*. *avéras*, quam formam Ernestus Curtius in dissertatione supra commemorata in medium profert, extare non videtur. Aliud exemplum est *Vérja* (*Βέροια* sive *Βέρροια*), urbs Macedoniae, hodie quoque malis granatis abundans; quare eam nomen duxisse putant a *φέρειν* et *ῥοιά*. (De transitu *φ* consonae in *β* cfr. *Βερενίκη*.) Quibus addenda sunt: *gliδjá* (*τὰ κλειδία*), *χerjú* (*τοῦ χερίου*, demin. substantivi *χείρ*). *ε* quoque in *j* transit velut *θjός* — jam apud Homerum synizesis statuenda est et apud Lacedaemonios *σιός* invenitur, *i sterjá* (*ἡ στερεὰ χώρα*, continens), *enjá* (*ἐννέα*), *vasiljás* (*βασιλέας* pro *βασιλεύς*. Item *αι*, quod aeque pronuntiatur atque *ε*, in *j* transit: *paljós* (*παλαιός*), *Ovrjós* (*Ἑβραῖος*), *Aθinjós* (*Ἀθηναῖος*), *Zmirnjós*

(*Σμυρναῖος*). Qua de re plura disputabuntur, cum infra agemus de eis consonis, quas Francogalli *sons mouillés* vocant. Nunc ea vocabula consideremus, in quibus *γ* aut *j* praefixum est, velut *jíljós, jéma, inní* pro *ἥλιος, αἷμα, ἐνύον*. Haec tria substantiva ab initio digammate caruisse constat; quare statuere cogimur, spiritum asperum in *j* transiisse. Attamen in vocabulo *γάλο* = *οὖλον, gingiva, γ* e spiritu aspero prodire non potuit. Mullach., qui 135 de *γάλο* disputat, vocem *οὖλον* unquam digamma habuisse negat. Plane vero equidem cum eo dissentio; puto enim *οὖλον* a radice *Fελ* ductum esse (cfr. Curtii Etymol. p. 334) et vim ejus *volva Hülle* fuisse. Suidas *γάλλιξ* pro *ἄλλιξ* mentionem facit dicens: *ἄλλιξα. χλαμύδα κατὰ Θετταλούς . . . Οἱ ἰδιῶται γάλλιχά φασι ταύτην*. Hoc quoque vocabulum digammate caruisse Mullachus statuit: sed neque *οὖλον* neque *ἄλλιξ* ad radicem ullam reduxit. Radix *var, decken*, inesse mihi videtur. (Cfr. Curt. Etym. p. 322.) Neque quidquam offensionis habet, quod *ϱ* in *λ* mutatum est, cum etiam *οὖλος* (crispus) ab eadem radice deductum sit.

CAPUT II.

Series altera.

Omnes consonantes de quibus hac in serie agemus, prope dentes in anteriore oris parte pronuntiantur. Quarum longe plurimae in numero alveolarium sunt, de quarum articulatione Rumpeltus p. 21 haec dicit: Man presst die Seitenränder der Zunge an die oberen Backenzähne und legt den vorderen Theil sammt der Spitze an das hintere Zahnfleisch der oberen Schneidezähne d. i. an den Alveolarfortsatz des Oberkiefers.

Consonae explosivae.

§ 6. Explosiva fortis *t*.

τ litera eodem modo articulatur quo *t* Latinorum, quam ob rem nihil obstat, quominus *t* litera in transscriptione utamur.

t etiam pro *θ* in dialecto Calabriae in usu est, praeterquam, quod Soleti *seó* pro *θεός* dicitur, et in dialecto Asiae minoris, velut *télo* = *θέλω*, *tálassa* = *θάλασσα*, *tánato* = *θάνατος*. In ceteris dialectis *θ* plerumque quidem sonum interdentalem habet, sed si consonans praecedit, *t* pro ea auditur: *ἴρτα* (*ἦλθον*) = *írta*, *φτάνω* = *ftáno*, *ἐκλείστην* = *eglístin*, et quae sunt huius generis alia.

§ 7. Explosiva lenis *d*.

Literam *d* pro sono nostri *d* pono, qui etiam nunc in Graecia floret. Primo loco commemorandum est, *τ* literam aeque ac *d* pronuntiari, aut si in eodem vocabulo *ν* litera praeit, velut *ἀντί* = *andí*, *ἀντάρα* = *andára* (ventus, tempestas, v. med. Graec.), *ἐντύπωσις* = *endíposis*, aut si vocabulum praecedens in *ν* finitur, velut *τὸν τόπον* = *ton dópon*. Etiam *θ* praecedente *ν* in quibusdam dialectis *d* sonat, velut *ándropos*. Omnibus in dialectis etiam *δ*, quum *ν* vel alia consonans praecedit, veterem pronuntiationem habet: *ἄνδρα* = *ándra*. In dialecto Calabriae *δ* nusquam spirans facta est, sed sonum usitatum ubique servavit. Idem statuendum est de dialecto Asiae minoris: *ἄδεια* = *ádja*, *δουλεύω* = *dulévo*, *διαβάζω* = *djavázo*.

Quare quamquam *δ* plerumque in fricativam abiit, tamen Graeci omnes *d* literam optime pronuntiare possunt, id quod potissimum in vocabulis peregrinis sive turcicis sive romanis fit. Quod idem cadit in *b* et *g* literas. Phanariotae, qui Constantinopoli sunt, haud inepte vicerunt difficultatem hos sonos graecis literis significandi; nam *β*, *γ*, *δ* literis puncta apposuerunt (*β̇ γ̇ δ̇*) et turcica vocabula *divān* et *bakhdjè* (hortus) graece scripserunt *δ̇ιβάνι*, *β̇αχισέ*. Quae signa ceteris Grae-

cis ita displicebant, ut aliam multo quidem molestiorem, sed aeque sollertem rationem significandi statuerent: signum enim fortis explosivae eiusdem serici scribunt, signo nasalis praeposito; tali modo lenem mutam literis ante oculos ponere student, velut *ντιβάνι*, *μπαχτσέ*, *μποτέγα* = *bottega*; interjectionem *bo, bo!* scribunt *μπό, μπό*.

§ 8. Nasalis dentalis *n*.

Nasalem hujus serici litera n exprimere minime dubito. Quando *n* gutturalis (*ŋ* aut labialis (*m* exsistat, hac de re jam supra dictum est. De *n* dorsali, cum ante *j* locum habet, et de *n* ante fricativas consonantes aut plane sublata aut valde extenuata infra agemus.

§ 9. Consonae fricativae.

Huius classis sunt *s* et *z*, quas recentiores Graeci veterum scripturam servantes *σ* et *ζ* scribunt. *σ* (*s*) est ille sonus acer, qui in nostro *reissen* auditur; habet eandem pronuntiationem in initio verbi et medio in verbo et in fine eius. Ante lenes consonantes, in quarum numero etiam *μ* est, *σ* leniter proferenda est. Quare temporibus posterioribus *ζβεννύναι*, *ζμερδαλέος*, *ξμινέη* scriptum est. Sed recentiores Graeci in talibus vocabulis signum *ζ* non adhibent, neque unquam *κόζμος*, *ζβύνω* scribunt. Quid? quod nonnullis in dialectis nonnunquam *σ* ante *μ* omittitur, nonne hoc quoque demonstrat *σ* ante lenes consonas aeque articulari ac *ζ*? In dialecto Calabriae *kóma* dicunt *Κόσμας*, *limonó* pro *λησμονῶ oblitiscor*, ab adjectivo *λόσμων*, *glimóno* pro *κλεισμένος*. Quibus de vocabulis Morosi (p. 112) dicit: Il *σ* precedente il *μ* (e preceduto da vocale sempre o cadde affatto o gli si assimilò; come appare in *limonò*, *ai Komma* etc.

At nemo intellegit, cur sub eadem conditione in illo vocabulo *σ* elidatur, in hoc assimilatione in *μ* transeat. Mihi quidem Morosi naturam *μ* nasalis non satis perspexisse videtur; aliter transitum *σz* in *zz*, qui apud veteres Laco-

nes et recentiores Zacones invenitur, afferre non poterat; neque aptius „*maramménos* della Grecia per *(με)μαρασμένος*“ confert, cum jam Plut. Pomp. 31. et Clem. Al. protr. p. 43, 25 *μεμάραμμαι* exstet, quocum comparari licet *ἴσχνμμαι* V. T. 1. Reg. 27, 12 et imprimis *ἰσχνμμένος* Il. XVIII, 180, sicut *ἐξήραμμαι* Theophr. c. pl. 5. 14, 6. Apollod. 1. 9, 1. His in verbis consonans finalis stirpis litera *ν* est, quae ante *μ* aut in *σ* mutatur aut assimilatione in *μ*, ita ut de assimilatione *σ* literae in *μ* hoc loco non agatur.

ζ literae, ortae ex *δ* litera et leni *s* (*dz*), pronuntiatio quam olim habuerat quaeque a nostra (*ts*) longissime abest, mutata est jam ante Christum natum, ita ut *ζ* lenis spirans facta sit, quare *ζῆλος* a Graecis qui nunc sunt *zílos* dicitur. Sonum *ζ* literae *z* significari mihi praestare videtur quam *ʃ* signo, quod Rumpeltus adhibet, cum illud a plurimis grammaticis acceptum sit. Sed haec quidem hactenus, jam de interdentalibus disputemus.

§ 10. Consonae interdentales *ϑ* et *δ*.

De articulatione harum litterarum Rumpeltus (p. 21) dicit: Man entfernt die Zahnreihen ein wenig von einander und verstopft entweder den Spalt mit dem Zungenrande oder presst den Rand der flach liegenden Zunge ringsum an die obere Zahnreihe.

Illi duo soni non solum in dialecto neograeca inveniuntur, sed etiam in britannica (*th* lenis et fortis in *thy* et *thin*), islandica, hispana, arabica etc. (Rumpelt. p. 187). In laconica autem dialecto prima *ϑ* hunc sonum habuisse videtur. In Alcmanis enim reliquiis et in Lysistrata Aristophanis multis in vocabulis pro *ϑ* litera *σ* reperitur, sed usus sibi non constat ne in uno quidem eodemque vocabulo. Cum vero spirans interdentalis media sit inter aspiratam et spirantem alveolarem, ut saepenumero ex interdentali alveolaris *(s* aut *z)* posterioribus temporibus oriatur, ex hac inconstanti scribendi ratione conjecturam fecerim,

apud Lacones *θ* nec purum dentalis aspiratae sonum habuisse nec *σ* alveolaris, sed eum, quem postea in omnibus dialectis habuit et nunc quoque in plerisque habet.

In transcribendo quidem servo graeca signa, quod idem Jean Pio facit.

§ 11. Cacuminales *š* et *ž*.

Iam vero in numero hujus seriei fricativarum praeter alveolares (*s* et *z*) et interdentales *θ* et *ð* *cacuminales* afferendae sunt, quae falso cerebrales vocantur. Sunt eidem soni, qui a Francogallis *ch* (nostro *sch*) et *j* literis exprimuntur. Lingua veterum Graecorum his sonis carebat. At nonnullae recentiores dialecti eis utuntur, velut Calabra in *ašimo* pro ἄσχιμος (ἀσχίμιον); tamen semper vetus et translaticia scribendi ratio accuratissime servatur. In peregrinis vocabulis Graeci varium in modum sonum Francogallici *ch* significant. Jam fortem cacuminalem fricativam *š*, lenem *ž* signo effingam, Bohemorum usum secutus.

Atque primum de *š*, quod multo magis notum est, agemus. Qui sonus, cum nihil nisi ejus naturam respicimus, certe simplex vocandus est; cum vero de origine quaerimus, saepe ex duabus consonantibus prodiit. In dialecto Calabriae *σχ* ut *š* pronuntiatur. Morosi (p. 105 *sc* literis utitur, quae in lingua italica ante *e* et *i* ut *š* sonant. Ille praeter *ašimo*, quod jam laudavi, affert *šiuí* = σχοινίον (demin. substantivi σχοῖνος) et *šizo* = σχίζω. In Zaconum dialecto *σχ* et *σκ* plerumque ut *š* pronuntiantur; exempla Devillius (*Étude du dialecte Tzaconien*. Paris 1866) haec affert: *šámda*, baguette, a dorica forma σκιᾶτον pro σκίμπτρον; *μ* enim ante consonantes labiales haud raro intercalatur, velut in *σκίμπτω* (σκίπτω; ἶσα, *épaule*, a vetere ἰσχίον, significatione leviter mutata; *š* pro *σκ* vel *σχ* auditur etiam in vico Athenarum, cui *Πλάτα* nomen est. In dialecto Zaconica haec pronuntiatio etiam in *χ* literam cadit: *τρίχε* sonat ut *tšíše*, *κοίχελι* (κόγχυλος ut *kušélo*.

Qui Amorgum, Calymnum, Astypalaeam[1]) incolunt, in eo consentiunt, quod χ ante *e* et *ι* voces ut *š* pronuntiare solent, velut *éši* = ἔχει, *oksošé* pro ἐξοχή[2]). Praeterea in Cypro insula eadem pronuntiatio invenitur, ut *ášero* (= ἄχυρον[3]), et in dialecto Calabriae duobus in vocabulis: *šimóna* pro χειμών et *širo* pro χεῖρον (comp. neutr. adjectivi κακός).

s hanc pinguem pronuntiationem habet a) in dialecto Zaconica: *eší* = ἐσύ, *koráši* = κοράσιον, etc. b) in Macedonia, in Epiro, in Samothracia insula: *šérno* = σήρω, *šímera* = σήμερον etc. c) Denique in oppidulo Lesbi insulae, quod *Plomario* hodie audit, *uši* dicunt pro ουσι (ex. gr. *αγαπúši*) et *šímeron, šitárin* pro σήμερον, σιτάριον. De *š* = σι veteris linguae infra agam.

ž, sonus francogall. *j*, pro *z* invenitur apud Macedones et Epirotas. Idem tradit Devillius (p. 85) de Zaconibus: *žestó* = ζεστός, *žígiše* = ζύγισε. Quae consonans utrum aliis quoque dialectis communis sit necne, dicere non possum.

§ 12. Liquidae *l, r.*

ϱ et λ sonorum varia genera sunt, quae in scribendo distinguere supervacaneum habeo. Utraque liquida dorsalis est, si *j* subsequitur, de quo post agetur.

Ab hac occasione autem mihi non abhorrere videtur, pauca de permutatione harum duarum consonantium disserere. Est studium quoddam recentioris linguae Graecae λ in ϱ mutandi. Exempla sunt: *írθa* vel *írta* (ἦλθον), *írtes*,

---

1) Ἀστυπάλαια nunc *Astropaljá* (die Sternesalte) vocatur. Solent enim homines nomina locorum ad notas radices applicare.

2) Mullachius, qui in grammatica sua haec exempla Rossio (Reisen II, 67) debita in medium profert, recte dicit: *Diese Aussprache des χ möchte ich nicht mit Ross für etwas Ursprüngliches, sondern für eine späte Verderbung halten.*

3) De mutatione *υ* vocalis in *ε* infra disseremus.

irte (ἦλθες, ἦλθε, *érto* (ἔλθω) etc., *orpída* = ἐλπίς, *aderfós* = ἀδελφός, *kórfos* = κόλπος, *armirós* = ἁλμυρός, *armégo* = ἁλμέγω pro ἀμέλγω. Zacones post consonantes λ in ρ mutant: *kráma* = κλῖμα, *kráka* = κλείς (dor. κλάξ apud Theocr. XV, 33), *grússa* = γλῶσσα, *pratána* = πλάτανος, *aprúkka* = ἀπλόνω etc. (Devill. p. 79). Ex dialecto Calabriae Morosi p. 110 affert: *grostí* = χλωστή, *prúsjo* = πλούσιος etc. Sphakiotae, incolae montosae regionis Cretae insulae, eo progrediuntur, ut semper fere ρ pro λ proferant, quare cum *fíri* pro *φίλοι*, *yára* pro *γάλα*, *megára* pro *μεγάλα*, *kará* pro *καλά*, *óros* pro *ὅλος*, tum *árro* pro *ἄλλο* et *pórri* pro *πολλοί* inveniuntur. Ut frequentissimus est transitus λ litterae in ρ, ita rarissime λ pro ρ reperitur. Equidem tria tantum exempla in promptu habeo: *flevári* pro *φεβρουάριος*, *plóri* pro *πρώρη*, *yríyora* = *ταχέως* ab adject. ἐγρήγορος vigil), quod reperitur apud scriptores ecclesiasticos et apud Pollucem (Bekk. et L. Dind. ἐγρηγορός). In his tribus exemplis λ pro ρ habemus, non quo πρ aut γρ evitent Graeci, sed quod in unaquaque voce etiam altera vel tertia syllaba a ρ incipit.

ρ ante dentales in *n* mutatur in dialecto zaconica in vocabulis: *ánde* = ἄρτος, *mandalía* (μυρταλίδα) = μυρταλίς, *škúnde* = σκόροδον, *titénda* (τετάρια) = τετάρτη (*Mittwoch*), *χónda* = *χόρτα* (neutr. plur., etc. Multum similitudinis haec mutatio habet cum ea, quae in nonnullis vocabulis Doricae dialecti exstat; dico formas ἴνθεν, βέντιστος, φίνταιος, de quibus Ahrensius II p. 110 agit. Zaconica dialectus etiam ante κ liquidam ρ in gutturalem nasalem γ vertit: exempla affert Devill. p. 80 haec: *áŋgate* = ἔρκος, *áŋga* (ἄρκα) pro ἴρκα (j'ai pris), *óšjuŋga* = ἔσυρκα (a verbo σύρω). Ut illis in vocabulis ρ ante κ in *n* mutatum est, ita *r* post κ in *r* transiit in: *ípre* = ἔπνος, *lafría* δαφνίδα) = δαφνίς, *grípe* = κνῖτες, *príŋga* = πνίγω. Vocabulo *lafría*, in quo *l* pro *δ* positum est, velut in latino *laureus* cfr. etiam *δάκρυον* = *lacruma*), opponi quodammodo possunt nonnullae voces dialecti calabrae, quae *dd* pro *λ* vel *λλ* praebent.

Morosi p. 110 affert: *maddí* = *μαλλίον* (demin. substantivi *μαλλός*), *guáddo* = (*ἐ*)*κβάλλω*, *addáfso* = *ἀλλάσσω*, *puddí* = *πουλίον* (a *πῶλος*, *foddéa* = *φωλεά*, *marúddi* = *μαρούλιον* (dem. subst. *μᾶρον*). Neque vero ea vocabula communia sunt toti calabrae dialecto, sed imprimis Bovae propria.

Ut in umbrica dialecto *ṛ* primitivae *d* respondet, velut *aṛfertur* (= *adlator*), aut *peṛi* (*pedi*), et ex antiquissima lingua latina pro *advena* et *adveho* formae *arvena* et *arveho* traditae sunt, sic in neograeca lingua permutatio *δ* interdentalis occurrit in deminutivo *ta glaráikja* = *τὰ κλαδάκια* (*ramuli*), et *ϑ* interdentalis in *karékla*, quod ad *καϑέκλη* (*καϑέδ-λη*, velut *καϑέδ-ρα*) referendum est. Exemplum transitus *ν* literae in *l* est *alefántria* pro *ἀνυφάντρια*, *aranea* ab *ἀνυφαίνω*, quod apud Platonem exstat.

De elisione literae *ϱ* vel *λ* ante i, sequente vocali, postea agetur.

SERIES TERTIA.

Haec pars labiales consonantes complectitur et compositione simplicissima est.

§ 13. Explosiva fortis *π*—*p*.

De pronuntiatione hujus consonantis nihil est dicendum. Modo commemoravimus, post *μ* nasalem *π* ut *b* proferri. Afferre possumus, recentiorem dialectum studium quoddam habere, *p* ante *τ* in *f* mutandi, et initio vocabulorum: *ftéo* = *πταίω*, *ftío* = *πτύω*, *ftoχός* = *πτωχός*, et mediis in vocabulis, velut in *ráfto* = *ῥάπτω*, *gléftis* = *κλέπτης*, *eftá* = *ἑπτά*. Dialectus Calabriae eo progreditur, ut pro *ψ* semper *fs* habeat, velut *fsiχí* = *ψυχή*, *fsiχró* = *ψυχρός* etc.

p in *f* mutatur nonnunquam effectu sequentis *n*. Ut in antiqua dialecto *λύχνος* a radice *λυκ* habemus, aut praeter *ἐξαπίνης ἐξαίφνης* (Curt. Etym. p. 457), sic e dialecto

Calabriae *kafnós*, *zafnízo* pro *καπνός*, *καπνίζω* traduntur. Praeterea *p* ante *n* assimilatione in *n* transire potuit. Exemplo utor substantivo *ínno*, quod Corigliani et Sternatiae in usu est, cui addo *afsunnó* = *ἐξυπνέω* (*afs* = *ἐξ*), quod per totam Calabriam auditur. Neque tamen statuendum est, *p* statim in *n* transiisse. Immo haec opinio sola recta est: *p* ante *n* in *m* mutata est, postea *m* ante *n* assimilatione in *n* transiit. Hoc nobis ostendit ea ratio quae inter latina *somnus* ὕπνος, skr. *svapnas*, et *sop-or* intercedit. Inter ὕπνος et *ínno* ponamus necesse est formam *ímnos*. Sic in dialecto Italica *somnus* in *somno* et graecum ὕμνος in *ínno* transierunt. Apud recentiores Italos igitur *ínno* significat ὕμνον, apud Calabros ὕπνον.

Zaconum dialecti proprius est transitus *π* literae in *k*, quae tamen solum ante *i* locum habet. Exempla Devill. p. 84 haec affert: *kiyádi* = *παγάδιον* (*παγίς*), *kísu* = *ὀπίσω*, *kína* = *πίνων*, *kiná* = *πινάων*, *kjánu* = *πιάνω*, *kítune* = *πίννον*, *líki* = *λίπη*, etc. Tamen septentrionales Zacones *lípi* dicunt.

Saepius tenuis *p* in *v* (*β*) emollita est. Exempla compluribus locis dissertationis meae reperiuntur.

§ 14. Explosiva lenis *b*.

Hic sonus in recentiore minus quidem frequens est quam in antiqua lingua — nam *β* nunc pronuntiationem nostrae *v* semivocalis habet — nequaquam tamen ab ea alienus est. Videamus nunc, quando muta *b* servata sit:

a) *β* profertur ut *b* post labialem nasalem *m*, velut *embéno* = *ἐμβαίνω*, *embázo* = *ἐμβιβάζω*.

b) etiam *π* post *m* ut lenis explosiva profertur: *émbio* = *ἔμπιον* (= *πῖον*); *emberdéro* = *ἐμπεριδέω* (implico), *embistosíni* = *ἐμπιστοσύνη*, *embádjo* = *ἐμπόδιον*. Nec negligenda sunt exempla velut *tim bólin*, *tim batrída* = *τὴν πόλιν*, *τὴν πατρίδα*, de quibus supra egimus ob transitum dentalis nasalis in labialem.

In peregrinis vocabulis *b* literam non solum post *μ*

accuratissime proferunt Graeci, velut *ambasaδóros* = *ambassadeur* (*πρεσβευτής*), sed etiam initio verborum, vel inter duas vocales, velut *búrsa (la bourse)*. Graeci hoc vocabulum *μπούρσα* scribunt; de qua scriptura § 7 dictum est.

Addo interjectionem *bré* (*μπρέ*), in qua *β* veterem sonum servavit. Est *bré* vocativus adjectivi *μωρός*. Ut ex *μροτός* — quod metathesi ex *μορτός* prodiit — *βροτός*, sic ex *μρέ* (syncope) *bré* factum est.

§ 15. Nasalis labialis *m*.

Haec vere labialis est et omnium populorum communis. Quare paucissima de ea dicenda sunt. De transitu *m* in *v* compluribus locis infra agam. Medio in vocabulo *m* evanuit ante *n* in *káno* pro *κάμνω*, ut latina *septeni* et *novēni* ex *septem-ni* et *novemni* (*ni* est suffixum distributivum) prodierunt. Initio vocabuli *m* ante *v* abjecta est in *níma* pro *μνῆμα*, in dialecto Calabriae. Ortum est *m* ex *v* ante *v* in: *αχαmnós* = *χαῦνος* (*α* prothet.), *omnostjá* = *εὐνοστία* (voluptas, ut *ómorfos* pro *εὔμορφος* [*évmorfos*]), *elámno* vel *lámno* pro *ἐλαύνω*. Conferri possunt *σεμνός* ex *σεβ-νός* (Curt. Etym. 538 et 540) et *scamnum* ex *scab-num*, quod voce *scab-ellum* docemur.

Saepe *m* ex *f* aut *v* ante *m* assimilatione ortum est, velut in *jémma* = *γεῦμα* (*jévma*), *θámma* = *θαῦμα*, *embistemménos* (*-ευμένος*, part. perf. med. verbi *ἐμπιστεύω*), *plemmóni* = *πνεύμων* (att. *πλεύμων*) etc.

Eadem natura sunt exempla velut *prámmata* pro *πράγματα*, *málamma* pro *μάλαγμα*, aurum, *próstamma* = *πρόσταγμα*, *χáramma* = *χάραγμα*, *framménos* = *πεφραγμένος*, *vremménos* = *βεβρεγμένος*. Ea vocabula nonnunquam scribuntur una *m* litera, sed meo quidem judicio minus recte. Dixerit quidem aliquis, etiam in latina lingua exempla exstare, in quibus *g* ante *m* evanuit, velut in *examen* ex *exag-men (exagere)*, *flamen* a radice *flag*, quae est in *flagrare*, *φλέγειν*; *jumentum* praeter *jugum* (*ζυγόν*), etc.

Cfr. Corss. I, 84. Sed equidem puto, assimilationem statuendam esse; nam *prā́mma* dicitur, non *prā́ma*. Neque tamen nego, in quibusdam ejusmodi vocabulis, postquam assimilatio facta sit, unam *m* literam evanescere potuisse.

Addere mihi liceat vocabulum *amóni* = *ἀκμόνιον*, quod est deminutivum substantivi *ἄκμων*. Iam in vetere lingua *κ* ante *m* in *γ* mutatur, exceptis tamen nonnullis nominibus, in quorum numero *ἄκμων* est. Posterioribus autem temporibus, quibus deminutivum solum in usu erat, ex *ἀκμόνιον* forma *ἀγμόνιον* prodiisse videtur. Etiam in lingua latina *Pyragmon* pro *Πυράκμων* (*g* pro *c*) traditum est. (Brandt, Quaest. Horatian. p. 87. Not. 17.) In *ἀγμόνιον γ* assimilatione in *m* transiit; neque vero e pronuntiatione Graecorum discerni potest, utrum *ammóni* an *amóni* scribendum sit.

§ 16. Fricativa fortis *f*.

Eundem sonum habet *φ* in ore recentiorum Graecorum quem nostrum *f*. *αυ*, *ευ*, *ηυ* diphthongi ut *af*, *ef*, *if* pronuntiandae sunt, quum consonans fortis insequitur, velut: *afϑádis* = *αὐϑάδης*; *efkleïs* = *εὐκλεής*; *efktírion* = *εὐκτήριον*, *sacrarium*; *afkséno* = *αὐξαίνω*, *augeo*; *efprepís* = *εὐπρεπής*; *éfsplaχnos* = *εὔσπλαχνος*; *eftrepízo* = *εὐτρεπίζω*; *effrosíni* = *εὐφροσύνη*; *éfχristos* = *εὔχρηστος* etc. Neque tamen neglegendum est, illud *f* saepius ante consonantes extrudi. Non dico vocabula velut *emorfjá* = *εὐμορφία*, ubi *fm* prius in *mm* transiit, sed affero *atós* pro *αὐτός*, *akséno* pro *αὐξαίνω* (in dialecto Calabriae, in qua *ξ* = *fs*, habemus *afséno*), *esplaχnía* pro *εὐσπλαγχνία* etc. His in exemplis de assimilatione *f* spirantis cogitare non possumus. Pro *emorfjá*, quod modo laudavi, Zacones dicunt *emorϑjá*.

Imprimis haec permutatio fricativae *φ* ante *i* in *ϑ* australium Zaconum propria est. Devill. p. 84 haec exempla affert: *vaϑí* = *βαφή*, *níϑi* = *νύμφη* (de forma *nífi* videas infra), *ϑité* = *φυτόν*, *koϑína* = *κοφίνιον*, *úϑi* =

ὄφις. etc. E contrario in aliis dialectis *f* aliquoties pro *θ* auditur, velut in *fíva* = *θῖβαι*, *fikári (fukári)* = *θηκάριον* (dem. vocis *θήκη*). Etiam veteres scriptores praebent *φλίβειν* pro *θλίβειν*, ex quo conjicere possumus, etiam *φλιβερός* in usu fuisse pro *θλιβερός*, pro quo nunc *χliverós* audimus.

Neograecae formae *áχνi* et *áθνi (vapor, exhalatio)*, *αχνίzo* et *αθνίzo (exhalare)* reduci possunt ad radicem *αι* *αΓέει*; cfr. Curt. Etym. p. 361), unde ductum est substantivum *ἀτ-μός*. In *áθ-νi* illud *ν* effecit, ut *τ* in *θ* mutaretur (cfr. Curt. Etym. p. 457). Forma *ἄχνη* etiam in antiqua graecitate exstat, meo quidem judicio ad eandem radicem referenda.

φ in *v* mutatum est in verbo *krívo*. Terminatio *jω* quae ad radicem accedit (*κρύφ-jω*), ante *α, ο, υ* sonos in *γ* transit, quare prodiit forma *κρύφ-γω*. Illud *γ* vero sibi praecedentem consonantem *φ* in *β* assimilavit: *κρύβγω*. *γ* post *β* postea in nonnullis verbis excidere potuit: ergo *krívo*. Simili modo *ἀνάπτω* (rad. *ἅφ*) in *anávgo* et *anávo*, *θάπτω* (*τάφος*) in *θávgo* transierunt. Neque tamen sola ea verba, quorum radix in *φ* excidit, sed omnia quae in antiqua Graecitate in *πτ* formata sunt, praeter hanc formam (*κρύπτω*, *krífto*) etiam illam aliam in *βγ* habere possunt, velut *kórgo* et *kóvo* juxta *kófto* (*κόπτω*), *nívgo* et *nívo* juxta *nífto* (*νίπτω*), etc.

§ 17. Fricativa lenis *v*.

β aeque ac *δ* et *γ* fricativa evasit. Quare quis est qui consentaneum esse dixerit Graecos in grammaticis quas de majorum dialecto scripserunt, translaticiam consonarum dispositionem servare, non secundum rationem pronuntiationis, quae hodie apud eos viget et floret, immutare? Quo enim jure *β*, *γ*, *δ* dici possunt *μέσα σύμφωνα*?

Atque *β* quidem nostro *v* sono respondet, quem *v* litera exprimimus. Praeterea veteres diphthongi *αυ*, *ευ*, *ηυ* nostris diebus ut *av*, *ev*, *iv* sonant, quum sive vocalis sive

consonans lenis (*β*, *γ*, *δ*, *ξ*, *λ*, *μ*, *ν*, *ϱ*) subsequitur. Exempla sunt: *evrjétis* = εὐεργέτης, *évvulos* = εὔβουλος, *arjí* = αὐγή, *evdjázo* = εὐδιάζω, *evloyó* = εὐλογῶ, *évmorfos* = εὔμορφος, *évnia* = εὔνοια, *árrio* = αὔριον.

β saepe cliditur inter duas vocales. Dialecti Cypri, Rhodi, Carpathi, Chalcidis, Calabriae, Zaconiae etc. multa exempla praebent, e quorum numero haec affero: *djáolos* (etiam *djálos*) pro *διάβολος*, *straós* = στραβός, *Atáïros* = Ἀτάβυρος, *próato* = πρόβατον, *foúme* = φοβοῦμαι, etc. Illud *kroátti*, quod Morosi p. 109 affert pro *kreváti* (κράβ-βατος), sic explicandum est: *e* in irrationalem vocalem deminuta est, ita ut *kreváti* orta sit; tum *e* in *o* transiit, ut in ξόασον, quod Hesychius σβέσον explicat.

e loco digammatis invenitur in nonnullis vocabulis: *vídra* est ἴδρα, habet tamen vim posterioris vocabuli ἔνυδρις. Hoc in substantivo neograeca dialectus ad literam congruit cum ecclesiastica lingua Slavorum quae et ipsa *vydra* praebet. *valtos* significat paludem in recentiore dialecto; *Váltos* praeterea nomen eparchiae Acarnaniae est. Dubium non est, quin hoc vocabulum reducendum sit ad radicem *Fελ* (ἕλος; Curt. Etym. p. 336). Secundum Pappadopulum vocabulum *Félos* nunc quoque cum digammate exstat; dicit enim doctissimus ille vir (Revue archéologique nouv. sér. VI. p. 228): *Ainsi dans l'île de Syra les paysans appellent un terrain bas et plat, à côté des tanneries, Félos, marais, en prononçant ici le digamma, et cet endroit est en effet marécageux.*

Zaconicae dialecti propria sunt: *χάνο* (*précipice*, Devill. p. 71) pro χάος, de quo Curtius (Etym. p. 185) dicit: *χάος geht wohl sicher auf ein χαF-ος zurück*. *arotána* = τὸ οὖς, in recentiore dialecto *to aftí*. Curtius, qui hoc vocabulum affert (Etym. p. 374, Thierschium secutus *ἀβοντάνα* scribit. Rectissime praeceptor dicit: *Da in dieser merkwürdigen Mundart ov der regelmässige Vertreter von o, β aber = F ist, so erhalten wir den Stamm „ἀFοι"*; nam Devill. p. 32 *ἀβοτάνα* tradit. *arot* ad *αναι* reducendum est. *δανελέ*

idem est quod δαβελός (δαλός· Λάκωνες), ab Hesychio traditum. In ceteris dialectis *davlí* in usu est. Cum in Curt. Etym. p. 217 legissem: „δάϊος *miser, z. B. Soph. Aj.* 771 ὦ δαΐα Τέκμησσα. *Hier heisst das Wort gequält*", mihi in mentem venit καϊμένος *(kaïménos)*, quo recentiores Graeci semper significant hominem misellum, sicut nos *der Arme* vel *der Aermste* dicere solemus.

In *ivátu* pro ὕδατος, *ívata* pro ὕδατα digamma agnoscere non possum. Neque minus cum Devillio dissentio dicente: „*Digamma inséré à la place du λ élidé (dial. de Lémdhi)*: κᾶβα *(pour* κᾶλα — ξύλα), ἄββα *(pour* ἄλλα — ἄλλη et ἄλλα, *plur. n.)*" etc. Hoc loco Devillius dicere debebat *v* occurrere pro *λ*, et comparare poterat dialectum Calabriae, in qua *d* pro *λ* invenitur.

Alia πάθη *β* literae in altera parte dissertationis meae hic illic attingam.

§ 18. Consonantes dorsales.

Antequam ad consonantes duplices transeo, de consonantibus dorsalibus accuratius dicere mihi in animo est. Rectissime Brückius in libro qui inscribitur: *Grundzüge der Physiologie und Systematik der Sprachlaute* cum de *n* dorsali *(n mouillé* Francogallorum) et de *l* dorsali *(l mouillé)* disputat, haec dicit: *Man kann das Wesen dieser Laute mit wenigen Worten bezeichnen, wenn man sagt: sie sind l und n mit unmittelbar darauf folgendem Jot.* Attamen Rumpeltus aliique consonantes dorsales simplices esse existimant. Quae sententia in eo posita est, quod saepenumero, ut *nj* vel *lj* pronuntietur, non majore temporis spatio opus est, quam ut simplex consonans dicatur. Sed voces illas in graeca quidem lingua esse compositas pro certo habeo. Magnas in difficultates incurri, cum de hac re, quod ad neograecam dialectum attinet, nondum quisquam disputaverit. Quare fieri potest, ut nonnunquam aliquid perperam dictum et explicatum sit; sed quantum ego poteram, illas vocum rationes quam optime et rectissime exponere stude-

bam. Atque ut tota haec ratio bene percipiatur, primum de vocibus *γj*, *κj*, *χj* disputare praestat. Iam *j* integrum manet, quum post *χ* est, quum autem post *κ* locum habet vel post ceteras tenues *τ* et *π*, plane fere sonum ac naturam amittit et proprio quodam sono profertur, qui in medio est inter *j* et illum *χ* literae sonum, qui extremo palato efficitur; denique *γj* utique in *j* transit. Neque alia res majoris momenti negligenda est. Nam cum ante *γj*, *κj*, *χj* vocales *α* vel *ο* positae sunt, illud *j* praeauditur eaque nobis linguae affectio ostenditur, quae a Graecis ἐπένθεσις appellatur, quare *παιδάκια* ut *pedáikja*, *τεμάχια* ut *temáikja*, *ἅγιος* ut *áijos* pronuntiatur. Quae epenthesis vel tum locum habet, cum *γ*, *κ*, *χ* consonantes *ι* subsequitur, quare *παιδάκι(ον)*, *κόκκινος*, *μάχι*, *ἄγεις* ut *pedáiki*, *kóikinos*, *máiχi*, *áijis* dicuntur. Nec deest illa linguae affectio in recentiore lingua persica, nec ignorabant veteres Graeci, id quod ex vocabulo *αἴξ* satis luculenter apparet. Stirps enim ejus est *αἰγι* (*αἰγιβόσις*, referenda ad syllabam *αγ*, quae ex sanscr. *aǵa* intellegitur (cf. Curt. p. 630). Alia exempla sunt: *αἰχμή*, quod Curtius (p. 457) ad *ἀκ-ιμή* reducit, et *γυναικός*, quod syllaba *kî γυνα* stirpi suffixa formatum est (v. *Kuhn, Zeitschr.* IV, 216 etc.).

Post *π* *j* eundem quem post *κ* sonum habet, quem quamquam propius abest a palatali *χ* quam ab *j*, tamen signo *j* reddam, velut *ὅποιος* = *ópjos*, *ποῖος* = *pjós*.

Post *f* et *v* sonum *j* servat, ut *εὐμορφία* = *emorfjá*, *σκλαβία* = *sklavjá*. Epenthesis apud labiales locum non habet.

Restat ut de *mj* pauca dicam. *m* non facile cum *j* conjungitur, nisi interposita tamquam ponte nasali dentali. Graeci enim pro *μία* *mnjá* (australes Zacones *njá*), pro *καμμία* *kamnjá* dicunt; *Λάμια* in *lámnja* (*lamia* Hor. a. p. 340. Carmen 524. in collectione Passoviana de Lamia agit), *Ῥωμαῖος* in *Romnjós* transit. Quod quidem ab Oeconomide valde impugnatur, sed certe immerito, nam nemo est inter Graecos, qui cum eo consentiat. Quid? quod ego

illud *mnjá* ita pronuntiari audivi, ut ab *mná* proxime abfuerit.

Denique de dentipalatalibus agendum est, in quibus paulo diutius nos versari opus erit, quum illae plures sint. Ac primum quidem de *l* dorsali et *n* dorsali dicam.

λ et *λλ* ante *j* aeque pronuntiantur atque *gl* in ital. *battaglia* (hisp. *batalla*, lusit. *batalha*), quare *χάλλιον* ut ital. *caglio* sonat. Neque tamen ego more Hispanorum circumflexum neque cum Rumpelto accentum literis *l* et *n* appono (*ń* vel *ĺ*), sed potius *j* literam adscribo, quoniam sic perspicuum fit, unde illae voces prodierint. Exempli causa affero *ἐλαία*, quod ut *eljá* pronuntiatur; praeterea *ἀγχαλιάζω* = *aŋgaljázo*; aoristus *aŋgáljasa* accentum secunda in syllaba habet. Quae eadem pronuntiatio etiam in initio vocabuli fit: ut in ital. *gli* vel lusit. *lhama*, sic in graec. sermone *λεοντάρι* sonat *ljontári*. Vocabulum *ljo* et *ἥλιος* et *ἔλαιον* — in utroque aphaeresis est — significat, quare *ljokávgome* (ictibus solis oppositus sum) et *ljótopos* (olivetum). Zacones pro *λῐ̀κος* dicunt *ljúko*, de quo infra videas. Ut vero in quibusdam Italiae regionibus *fíjo* (figlio), *paja* (paglia), *canaja* (canaglia), *foìa* (foglia), in Francogallia hic illic *bataɣon* (bataillon), *fouɣé* (fouillé), in Albania *bíję* (filia), *fęmíję* (familia) etc. audiuntur: ita haec linguae affectio in omnibus fere Graecorum dialectis invenitur in vocabulo *pjó* (vel *pjá*) pro *pljó* = *πλέον*. Iam nonnullis locis Calabriae *dújoma* pro *dúljoma* (*δούλευμα*)[1], *kájo* pro *kúljo*, denique *íjo* pro *íljo* dicitur. Samothraces *jíjo* et ceteri Graeci semper fere *jíljo* proferunt. Morosi, qui hac de re in *Studi* p. 111 disputat, dicit: *In questi nostri dialetti un*

1) *δúlevma* in *δúlemma* transit, *v* littera in *m* assimilata. Post *λ* irrepsit *j* consonans et *e* ante *m* in *o* obscuratum est; sic *δúljoma* exstitit. Haec *e* vocalis in *o* mutatio non raro exstat ante labiales consonantes *f* et *m*, velut in *jofíri* = *jefíri* (*γέφυρα*), *jómma* = *jémma* (*jévma*, *γεῦμα*). Etiam ex antiquiore dialecto nobis servata sunt similia, velut *Πτολομαῖος* et *Τριπτόλομος* (C. I. Gr. 7435).

tale fenomeno credo sia dovuto ad influenza ital. Sed quis est quin illum errare intellegat? nam haec affectio per omnes Graecos pervulgata est. Quare *παγία (vela)* vel *μανιάδις* ut *panjá, manjádis* pronuntiantur et hisce in vocabulis particula *i* vocalis praeauditur. Fere dixerim, *i* post *n* divisam esse et alteram partem praeponi, alteram postponi. Quibusdam in vocabulis haec pronuntiatio vel maxime conspicua est, potissimum in Graecia septentrionali: *énja (ἔννοια,* hoc modo effertur, ut dorsum linguae tam arte ad palatum applicetur, ut nares fere claudantur; item *enjázome*, quod inde ductum est. Aeque atque *ἔννοια* — Passov. *ἔγνοια* scribit, id quod non prorsus falsum est, cum etiam *égnja* audiatur — *ἐννέα* pronuntiatur, illo tantum discrimine interposito ut accentus in secunda syllaba sit, ergo *enjá (ἐννέα)*, quod in Loeride — hac de re Chalciopulus mihi amicissimus me certiorem fecit — *egnjá* pronuntiatur. Cujus pronuntiationis alia exempla Morosi (p. 111) in medium profert: *velánja βελάνια (βέλανοι), skotinjázo — σκοτεινιάζω*, quod a *σκοτεινός* ducitur, etc. Eadem ratione terminatio adjectivorum *ενιος* profertur: *siderénjo = σιδηροῦς, marmarénjo (μαρμάρεος), asiménjo (ἀργυροῦς)*, ductum a *σῆμα = ἀργύριον μὴ κεχαραγμένον*. Cfr. Thucyd. VI, 8. Proxime abest *melanjáris* (subfuscus) recentiorum Graecorum a *μελαίνω* veterum. Iam si *Μανιάτης* et *Maínote* conferimus, certe minime dubitabimus, quin verba, quae cadunt in *αίνω* et *εἴνω*, ex *áinjo, éinjo* orta sint. Eodem loco verba in *αίρω-* ab *árjo* et *érjo-* continentur, velut *καθαίρω, ἱμείρω* etc.

Haec verba nos traducunt ad *r* dorsalem. Hujus soni exempla sunt *sterjá (ἡ στερεά continens), χorjá (τὰ χωρία)*. Iam vero quod Mullachus (gramm. p. 89) dicit: „*Die Cyprier sprechen das Jot hinter einem ϱ wie hartes γ*," non possum cum eo non dissentire. Id tamen verum est, Cyprios non puram *j* proferre post *ϱ*, sed potius *χ* palatalem, ita ut scribas *χorχjá*. Brueckius hunc sonum, de quo supra dixi, signo *χ* exprimit.

Denique adjiciendum est, apud Zacones syllabam *ri*

etiamsi vocalis non sequatur, dorsalem pronuntiationem habere. Devillius qui hac de re p. 89 agit, affert cum alia exempla tum haec: *perjípato* (περίπατος), *plevrjí* (πλευρίον), *frjídi* (ὀφρύδιον), *vrjísi* (βρύσις), *makrjú* (μακρύ) etc. Dignum est quod memoriae mandemus, in illa dialecto nomina mensium Σεπτέμβριος, Ὀκτόμβριος, Νοβέμβριος proferri *Sottémji*, *Oktúmji*, *Noëmji*.

Etiam *dj* et *δj* in censum veniunt. Iam si *δι* syllabam vocalis sequitur, in *δj* transit. Sin autem lingua non plane ad alveolos maxillae superioris effertur, sed illis tantummodo appropinquat, ex *δj j* solum fit. Praepositio *διά* in *já* mutatur, id quod etiam tum fit, cum praepositio prior pars compositi cujusdam est, velut *jatí* = διαί, *jalíno* = διαλύω, *javéno* = διαβαίνω. Etiam mediis in vocabulis *δ* ante *j* evanescit, ex. gr. in *pója* pro πόδια, *vúja* pro βοΐδια (pluralis deminutivi a βοῦς formati), *ruja* pro ῥοΐδια (ῥόδια). Haec quidem Morosi (p. 100) habet. Eandem rem in Graecia, ubi *δ* ut spirans pronuntiatur, invenimus. Hic quoque *já*, *jatí*, *javázo* (διαβάζω) in usu sunt, quos sonos usque ad hunc diem omnes *γ* litera praeposita significant: *γιά*, *γιατί* et *δ* in *γ* commutatum esse docent. Sic pro *jasumí* (jasminus) *γιασουμί* et pro *jó* syllaba (ἰώ) *γιώ* in carminibus scripta exstant. Cum *j* vocalis subsequitur, *d* a Romanis quoque ante *j* explosum est in formis *Iovis, Iovi, Iovem, Iupiter* quae ex antiquioribus *Diovis, Diovem, Diove* factae sunt. Cujus rei alia exempla sunt *Iuno, Iunius, juvenis, juvare*. Cf. Corssenium (1, 211), qui *d* ante *j* elisae cum alia exempla tum *ajutor, ajuncta, possejatur* in medium profert.

In veterum Graecorum lingua ζ saepissime ex *δj* orta est, quum fricativa palatalis *j* in dentalem *z* transierit. Praeter nomen dei Ζεύς lesbiaca potissimum dialectus commemoranda est, in qua ζά = διά, ζαβάλλειν = διαβάλλειν, Ζόννυξος = Διόνυσος, et quae sunt hujus generis alia, inveniuntur. Quibus respondent latinis in inscriptionibus tales formae quales *Zabulius, Zodorus, Zonysius*. In

manuscriptis scriptorum posterioris temporis inveniuntur *zabulus*, *zaconus*, *zeta* = *δίαιτα* (Corss. I, 216). Curtius p. 564 his de formis dicit: *Diese Formen sind nur durch Annahme der Mittelstufe δj erklärbar, und es verdient Beachtung, dass diese Mittelstufe im Munde der heutigen Griechen fortlebt* (Mavrophrydes Zeitschr. VII, 130). Non solum *δj* saepissime exstat, velut in *peδjá*, *gladjá* pro *παιδία*, *γλαδία* etc., sed etiam formae in quibus *ζ* pro *δj* est, interdum servatae sunt, quas ex antiqua graecitate traditas, non recentiores esse ex eo cognosci potest, quod *ζ* non *dz*, sed *z* sonat.

Quare *mi kámis zaruljós* = *μὴ χάμῃς διαβολίας* dicitur, et homo versutissimus *zaruljáris* (*-ης*) vocatur. Chalciopulos mecum communicavit, infantes pro *διάβολος záeulos* dicere.

Unum quidem vocabulum equidem scio, in quo *δj* recentioribus temporibus in *dz* transiisse patet, dico illud *dzuráiki*, quod e *δjeráiki*, *jeráiki*, *ἱεράζιον* prodiit.

Supra commemoratum est, post tenuem *τ j* magis ad palatalem *χ* accedere, velut *mátja* pro *ὀμμάτια*. Neque tamen hoc ad omnes regiones referri potest neque ad omnes incolas regionis cujuspiam. Nam in proferenda *j* post *π*, *τ*, *κ*, *ϱ* etc. tanta discrimina sunt, a leni *j* usque ad eam *χ*, quae est in confinio palatalis et velaris soni, ut litteris declarari non possint. Quare repeto mihi praestare videri, in universum *j* adhiberi, excepto si *j* in *ž* vel *š* transiit, velut in *pjós* (pro *ποῖος*), quod in dialecto Carpathi *pšós* sonat, et in *kupjú* (gen. vocabuli *κοπίον*), quod in dialecto Cretae *kupsú* profertur.

s et *z* ante *j* naturam mutant. Nam e consonantibus alveolaribus dorsales fiunt ea ratione ut extrema pars tergi linguae convexa exsistat et palatum extremum attingat. Cujus rei exempla haec affero: *φορεσία* (vestimentum = *foresjá*, et *τὰ βυζία* (mammae) = *vizjá*. Iam denuo moneo dorsales ab alveolaribus proprio signo a me non distingui, quum dorsales nisi ante *j* non inveniantur.

Restat ut addatur *σ* cum *j* assimilationem inire, non

quidem in *σσ*, id quod in veterum Graecorum lingua fit (Curt. Et. p. 616), sed in cacuminalem spiranten *š*.

Exemplo utor numeralibus quae cadunt in *κόσιοι*, neutr. *κόσια*, et in omnibus dialectis *kóša* velut *triakóša*, *tetrakóša* etc. sonant. Animadvertendum tamen est, complures gradus assimilationis esse, prout sigma majorem minoremve partem *j* consonae absumat. Maurophrydes praeterea affert *χαρšά* proferre septentrionales Graecos pro *χαρsjά* (frustum, a verbo *κάπτω*). In vocabulo *šúno* (i. e. *χúno* pro *χέω*), quod Morosi p. 100 praeter *χjúno* affert, *χj* in *š* confusum est.

Denique exemplum *zj* in *ž* assimilati equidem non cognovi, quamquam non dubito, quin vocabula ejusmodi exstent.

§ 19. Consonae duplices.

Venimus nunc ad consonas, quae vocantur duplices Atque cum *ξ*, *ψ* et quae sunt reliqua, tantummodo duabus ex insequentibus consonis contineantur, quae commoditatis causa una nota significantur, cumque in lingua latina pro *ψ* singulare signum non offeratur, melius esse existimo, unumquemque sonum suo signo exprimi, ita ut *ks*, *ps*, *ts* etc. scribamus.

Atque primum quidem *ξ* eandem quam in vetere lingua pronuntiationem habet. Unum hic afferam necesse est. Supra dictum est, *k* post gutturalem nasalem *ṅ* ut *g* sonare, non solum mediis in vocabulis, sed etiam in exemplis velut: *δεṅ gámni* = *δὲν κάμνει*. Eadem ratione *δὲν ξεύρω* (nescio) ut *δeṅ gzérro*, *δὲν ἐξανέρχομαι* (*οὐκ ἔρχομαι αὖθις*) ut *δeṅ gzanárχome* sonat. Comparari potest francogallica praepositio *ex* insequenti vocali: *exemple*, *exercice*. Quibus dictis ad *ψ* transeamus. Hanc literam constanter tum per *ps* scribam, cum ea ratione pronuntianda est. Atque ut apud veteres *ψ* e *φσ* saepe prodiit, ita apud posteriores *afs*, *efs* in interiore vocabuli alicujus parte ut *αψ* (*αps*) et *εψ* (*eps*) proferuntur, velut *δουλεύσω* et *καύσω* = *δulépso* et *kápso;* nunquam vero in fine vocabuli *fs* in *ps* transit;

quare semper *vasilefs* dices. In calabra autem dialecto *ps* semper in *fs* mutatur. Iis exemplis quae hac de re supra allata sunt, haec addere mihi liceat: *ékofsa*, *érifsa*, *éskafsa*, quae formae sunt aoristi verborum *κόπτω*, *ῥίπτω*, *σκάπτω*.

Ceterum ab hoc loco non alienum esse videtur de quibusdam labialismi et dentalismi vestigiis disserere. Curtius, qui Etym. p. 621 et 657 de illa affectione agit, cum alia tum haec dicit: „*Möglicherweise sind auch die Wurzeln φθερ und φθι mit den Nebenformen ψερ und ψι zu ihrem Labial auf dieselbe Weise* (nämlich durch das Umspringen der Gutturalen in die Labiale) *gelangt; denn ersteres liegt dem sanskr. kshar, zerfliessen, zerrinnen, schwinden, kshara-s, vergänglich, begrifflich ebenso nahe wie φθι dem sanskr. kshi (kshi-nâ-mi) verderben, zerstören, kshitis* = φθίσις, *kshaja* = φθοή, *Schwindsucht*. Idem paullo supra: „*Das Umspringen der gutturalen Gruppe in die labiale hat im Neugr. ἐψές* = *ἐχθές eine Analogie. Zwischen ἐχθές und ἐψές dürfen wir wohl eine Mittelform ἐφθές annehmen.*“ Quae conjectura luculentissime quibusdam formis dialecti Calabrorum comprobatur, velut *dáftilo* = *δάχτιλος* (*δάκτυλος*), *stáfti* = *stáχti* (*σταχτή*), *téfni* = *τέχνη*, *afté* = *ἐχθές* etc. [1] Iam cum hac in dialecto pro *ψ* constanter *fs*

1) Quod vocabulum Morosi (p. 107) in medium profert, et post id *ftíro* (*χθειρ*). Attamen error irrepsisse mihi videtur, cum in indice ejus libri (p. 164) exstet: *ftíro m. pidocchio* (*ψείρα* M. *φθείρ*). Quo in libro, cui summa quidem laus tribuenda est, tamen nonnulla errata inveniuntur, e quibus unum affero hoc: In indice (p. 169) scriptum est: „*godéspina* (*Mart.*), *giovane sposa. Il primo* (dicendum erat *secondo*) *elemento ne è di sicuro δέσποινα* (*signora*) *e il secondo* (legas *primo*) *parmi νιός* (*figlio, figlia*) *collo spirito aspro indurato a γ, γυιός, e, come gheràì p. ghieràì* (*ἱεράκιον*), *γός*.“ Etiam majorem in errorem in ea nota (p. 213) incurrit, qua quae supra dixerat, corrigere vult: „*In godéspina — mi dice Ascoli — mi par manifesto che si mescoli il greco δέσποινα collo slavo gospódina* (signora). Quid igitur *godéspina* est? Nihil aliud nisi *ikodéspina* (*οἰκοδέσποινα*).

dicatur, ut *dífsa* = *δίψα*, *fsiχí* = *ψυχή*, *afsilό* = *ὑψηλός*, *fsiχró* = *ψυχρός*, certe pro *ξ* (*ks*) non *ps* sed *fs* exspectandum est. Et profecto haec regula sine ulla exceptione in dialecto Calabriae valet: *fséno* = *ξενός*, *madáfsi* = *μετάξιον* (demin. vocis *μέταξα*), *afsaderfó* = *ἐξαδελφός*, *fsílo* = *ξύλον*, *afséno* = *αὐξαίνω*, *efséro* = *ἐξεύρω*, *efserό* = *ἐξεράω* etc. Quare tales formae qualis *fsihoró* = *συγχωρῶ* a *ξυν* ducendae sunt. Alium in modum *ξ* in Zaconum dialecto mutatur, in qua *ks* (vel *kš*) dentalismo quodam in *ts* (vel *tš*) transit. Exempla sunt haec: *tseré* = *kserós ξηρός*, *tsénu* = *ξαίνω*, *tšjúnu* = *ξύνω*, *tátsu* = *τὰ ἔξω*, etc. Omnium Graecorum commune est *tsóflio* pro *ἐξώφλοιον*.

Futura quoque huc cadunt eorum verborum quae exeunt in *σσ* vel *ττ*, ut *filáttu* — *filátsu*, *prássu* — *prátsu*, et in *ndu* = *ζω*, ut *kráundu* — *krátsu*, et in *κκον* (*σκω*).

Praeterea haud pauca vocabula inveniuntur, in quibus duas affectiones animadvertere possimus, velut in verbo *πεσκίον* (demin. substantivi *τὸ πέσκος*); hoc enim in omnibus recentioribus dialectis *petsí* sonat. Hic igitur primum *σ* et *κ* locum mutaverunt, deinde ex *ks ts* factum est. Idem patitur *-ίσκιον*, quo a comicis et a scriptoribus posterioris aetatis deminutiva formantur; transit enim in *ítsi*, velut *korítsi* (*τὸ κορίσκιον*, puella) etc. Sed *-ίσκιον* et ipsum deminutum est ex *-ίσκος*. Femini etiam formam *ισκα* exstitisse nos docent vocabula velut *karδítsa* (*καρδίσκη*), *lalítsa* (*λαλίσκη*, dem. vocis *λαλιά*), *psiχítsa* (*ψυχίσκη*) etc. In zaconica dialecto habemus: *apótsja* (= *σκιά*), quod ad **ἀπόσκια* reducendum est. *tsérpane* (= *σκέπαρνον*), in quo metathesis liquidae *ρ* accedit. Schmidtius (p. 353) zaconicum illud vocabulum ad *στέρψανον*. *ἀξίνη*, *πέλεκυς* Hesychii revocat, quod equidem in Passovii lexico invenire non potui.

In zaconico *atsímdane* (neogr. *sfendámi*), quod ex antiquo *σφένδαμνος* (*acer*) ortum est, primum *σ* et *φ* locum mutaverunt, tum dentalismus accessit. In eadem dialecto sae-

pius *ψ* in *ts* transiit. Vide quae Schmidt. p. 353 affert. *ts* in zaconico *kutsámba*, de quo infra agam, positum est loco *σσ* veteris linguae (*κοσσύμβη*); aliud exemplum est *kotsífi*, quod omnes dialecti exhibent pro *κόσσυφος*. Accedit exitus *tsa* in dial. Carpathi pro vetere *σσα*, velut: *θálatsa*, *vasílitsa* etc. *ts* veteres Graeci in sermone, quo in scriptis utebantur, plane ignorabant. Attamen linguam cum nondum in dialectos abiisset, *ts* habuisse utique existimandum est. Quid enim? Num alia ratione tales formae quales *κρείσσων* et *κρείττων* illustrari possunt? Minime. Res autem haec est. Primitiva forma *κρετ-jων* (epenthesi *κρειτ-jων*) in *κρετ-ζων* (*κρειτ-ζων*) transiit, ex qua *κρετ-σων* (*κρειτ-σων*) facta est. Deinde assimilatione progressiva *κρειτ-των*, regressiva *κρεισσων* (forma ion. *κρεσσων* epenthesi caret) evasit. Cfr. Curtius p. 618. Iam *ts* in neograeca dialecto cum ex aliis consonantibus nascitur tum ex *k*. Hoc autem sic explicatur. Vidimus in pronuntianda *k* ante *e* et *i* conclusionem in anteriore oris parte fieri. Quae si in medio palato ita efficitur, ut angustiae remaneant post articulatam *k*, ex palatali *k* consonae cacuminales *tš* oriuntur. Iam vero si illae angustiae etiam magis promoventur, ita ut ad gingivam superiorem accedant, alveolares consonae *ts* audiuntur. Illius soni exemplum ital. *Cesare*, hujus nostrum *Caesar* est. At in lingua latina usque ad VI. post Chr. natum saeculum in *Caesar c* ut *k* pronuntiabatur (Corssen I, 49). Idem de lingua graeca dici potest, nam assibilatio etiam in hac lingua media demum aetate invenitur. Neque negligendum est, in *ts* ante *e* et *i*, praecipue vero ante *j* *s* literam dorsalem fieri. Hoc eo pertinet, quod Graeci plerumque *ts* non sic efferunt ut nos *tz* in „Katze“, neque pinguiter more recentiorum Italorum (Cesare), sed medio quodam inter *ts* et *tš* sono, qui dorsalis est. Quare Graeci illum sonum non per *τσ* exprimere solent, sed per *τζ*, quod aeque improbandum est. Quibus dictis intelliges haec Devillii (p. 88): *Le tš et le ts s'emploient indifféremment en tzaconien, et sont, pour ainsi dire*, ad libitum.

Equidem ad exprimendum eum sonum scribam *ts*. Exemplum affero:

kótsi (ductum a κόκκος), pluralis *kótsja*. Quod vocabulum valet ossiculum, et eius pluralis forma respondet graeco vocabulo ἀστράγαλοι, quo ludus significabatur, qui nostris etiam nunc diebus in Graecia floret. Cum autem vocabulum κόκκος vim nuclei habeat, forsitan quidpiam offensionis praebeat, quod in vim ossiculi transierit. At apud veteres quoque κόκκαλος significabat *nucem pineam*, nostris vero diebus κόκκαλον plerumque valet *os* et perraro *nucleum; nucleus* nunc vocabulo *kukútsi* significari solet. Quo loco non indignum videtur memoratu, ὀστέον quoque et *os* et *nucleum* significare, quod idem de latino vocabulo *os* dicendum est; cf. Curt. p. 197.

ts primum ex *τ* prodiit. Nam ad *t* ante *e* et *i* vocales *j* accessit, quod magis magisque invaluit; inde *tz* et postremo *ts* prodiit. Haec duo exempla sufficiant: τέττιξ in *tsíntsikas* transiit. Nasalis intercalata haud raro ante explosivas invenitur; in neograeco vocabulo *k* stirpis non ut in gen. τέττι-γος in *γ* mollita est; item pro ὄρτυξ ὄρτυγος neograeca forma *ortíki* *k* servata est. Affectum illum *t* literae optime in vocabulo in *tsukáni* (σφῦρα, *malleus*) cerni licet, quod ex τυκάνη deminutum est. Iam in recentiore lingua multis in vocabulis in quibus *v* inerat, vetustum *u* servatum est, in aliis vero dialectis quasi intermedia forma *ιου* offertur, id quod iam in dialecto boetica habemus, velut τιούχα, Λιουσίας, Ὀλιουνπίουος. Quod i in *tiukáni* primum in *j* mutatum est, ac deinde *tsukáni* prodiit.

Iam vero *ts* ex *k* ante *e* et *i* voces exsistit. Id pervulgatum est per Zacones, Calabros, Locros, Boeotos, Atticos, Cyprios, Cretenses etc. Qui omnes *tse* = καί, *tserási* = κεράσιον, *tserò* = καιρός, *tséo* = καίω, *tsíno* = ἐκεῖνος dicunt. *v*, quae nunc ut *i* pronuntiatur, in *ιου* abiit; sic praeter *tšuriatší* in Calabria *tsuriatsí*, apud Zacones *tšúri* dominus auditur. Nec desunt qui *tšírio* dicant. Denique *e* quoque in *o* mutatur, quod etiam in *u* obscurari potest;

pro *kefáli* (κεφάλιον) vel *tsefáli* in Calabria *tšofáli*, in Zaconum dialecto *tšufalá* occurrit.

§ 20. De vocalibus.

Atque haec quidem de consonantibus dicenda erant. Nunc de vocalibus disseramus.

Atque quinque vocales, *a*, *i*, *u*, *e*, *o*, etiam in neograeco sermone occurrunt. Iam *a* et longa est velut in *gládos* (γλάδος), et brevis velut in *grámma*, quod duae consonae insequuntur, et in *gladjá* (γλαδία), quod prior syllaba accentu caret. Tum *a* et in *o* obscurari potest, quod quidem non invenitur nisi in voc. zac. *amoszá* (ἀμασχάλη), et in *e* extenuari, id quod potissimum iis in syllabis fit, quae accentu carent, ut *verváris*, balbutiens (βάρβαρος), *ergévo* (ἐργεύω pro ἀργέω). Haud raro quoque *a* primitiva vel in eis vocibus servata est, in quibus veteres Graeci alia vocali utebantur ut in *argátis* (ἐργάτης). Quibus omnibus de rebus accurate disserere possum; sed hoc loco certe longum est, quare alio tempore haec exponam.

Iam vero *e* longa, dico illam, quae accentum habet quamque una tantummodo consona sequitur, semper clarior est (*e ouvert*, et pronuntiatur ut nostra *ä* in *wäre*, *Schwäne*. Sin autem *e* sine accentu effertur, aut clarioris *e* simile est, id quod praecipue ante liquidas et nasales occurrit velut, *enóno*, *eláte* (ἑνόω, ἐλᾶτε) etc., aut propius abest ab *i*, id quod potissimum ante vocales, saepe quoque in fine vocabulorum habemus. Sed vel hac in re non solum dialecti sed etiam singuli homines inter se discrepant. Et clarius et obscurius *e* per *e* scribimus.

Denique *αι* ut *e* sonat. Hoc ita factum esse videtur, ut diphthongus *αι* paullatim obtunderetur et ex *αι* primum *αε* prodiret, id quod in dialecto boeotica (Ahrens II, 188, exstat: *Ἀεσχρόνδας* pro *Αἰσχρόνδας*, et (ib. 189) *Πλαίχαε* pro *Πλαίχᾳ*. Tum in *αε* vocalis *ε* praevalebat et inde sonus *e* natus est. Similiter in Doride *ὄρη* pro *ὄραε*, *ἱρώτη* pro *ἱρώταε* occurrunt.

Iam tertia vocalis *i* loco variarum vocalium et diphthongorum adhibetur. Atque primum quidem *i* vice veteris iota literae fungitur, sive longae sive correptae. Deinde *η* veterum Graecorum respondet; pro hac *i* jam Boeoti et Thessali adhibebant *ει*, velut *πονειρός*, *τίθειμι*, *μεί* = *μή*, nec fieri potuit, quin haec diphthongus aliter atque *ε-ι* pronuntiaretur. *ει* posthac duas quasi in partes abire potuit, aut *ε* superante aut *ι*. Atque illam *ε* (pro *ει*, plerumque ante vocales) *εj* praecessisse videtur; *j* postea elisa est. Exemplum *Ἀλεξανδρέα* affero, quod legitur in nummo Alexandri Magni (ex a. 330 a. Chr. n.). *ει* vero, *ι* superante, in *ι* transiit, id quod primum apud Boeotos nobis offertur: *λέγις*, *πίνις* pro *λέγεις*, *πίνεις*. (Lesbii autem *πώνης* pro *πώνεις*); tum vero tertio post Chr. n. saeculo cum aliis locis invenitur tum Alexandriae. Videmus ergo *i* vicarium diphthongi *ει* esse. Postremo id *i* commemorandum est, quod pro *υ* occurrit. *υ* enim principio quidem sonum *u* habuerat, deinde in nostrum *ü* extenuatum est, postremo in *i*. Neque tamen hoc semper factum est. Nam primum quidem *υ* in nonnullis dialectis sonum *ü* servavit. E quibus solam locricam affero, in qua etiam *οι* ut *ü* sonat. Hoc notatu dignum est, quod scimus undecimo saeculo *οι* ut *υ* sonasse, et utrumque sonum disparem fuisse *i* vocalis. Cfr. *Curtius Erläut.* p. 25. Exempla e locrica dialecto deprompta affero *stsylí* = *σκυλλίον* et *tsymúme* = *κοιμῶμαι*. Vides me sonum nostri *ü* signo *y* exprimere. Praeterea vetusta *u* cum in multis vocabulis recentiorum dialectorum conservata sit, aptum esse judicavi, hac de re in dissertationis altera parte accuratius atque copiosius disputare.

Diphthongus *υι* ut *i* pronuntiatur. *υι*, quae non invenitur nisi ante vocales primum in *υ* mutata est, transeunte *i* in *j*, quod saepenumero eiectum est; id vero *υ* in *i* extenuabatur. Dicat aliquis, *υι* in *υ* contractum esse; sed mihi quidem veri id simile esse non videtur, cum *υι* non contrahatur, nisi consonans subsequitur, ut *βοτρύδιον* ex *βοτρυ-ίδιον*. Attamen mea quidem sententia eo confirmatur,

quod ex *μῖ ja* (quod sumo) *j* litera obdurescente orta est: *míγα*. Nec deest analogia; nam ex *πετά-jω petá,o* (*πέτομαι*), fut. *petákso* (*πεταγ-σω*) nascitur et hic *j* ante *a*, *o*, *u* vocales et ante consonas in *γ* obduruit. Denique signo *i* vetusta diphthongus *οι* scribitur. Qua ex diphthongo primum *ui* nata natum est, ut *o* ante *i* in *u* transiret; eadem ratione ex *hoic* et *quoi huic* et *cui* formae prodierunt. Deinde *ui* in *ü* confusum est, quod magis magisque ad *i* accedebat, donec in eam transiret. Quibus dictis fere omnes putabunt recentiorem dialectum vocali *i* adeo abundare, ut omnis varietas sonorum desideretur. Sed contra evenit. Nam primum quidem ex eo, quod lingua aliqua pluribus signis *i* vocalem exprimit, minime colligi potest, eam hac vocali omnino saepius uti quam aliam linguam. Tum recentior Graecorum dialectus, dico sermonem popularem, *i* vocalis non solum non amans est, sed — id quod gravissimum argumentum est contra itacismum — quacumque ratione crebros *i* sonos vitare studuit. Multae enim voces veteris dialecti non servatae sunt in recentiore, nulla alia de causa quam quod duae vel tres *i* inerant. Idem in multas formas flexionis cadit. Accedit, quod *i* veteris dialecti saepissime in *j* transiit. Quo fit, ut ex. gr. in carmine Christopuli, quod inscribitur *Éros fevγátos* (Amor fugiens) duodetriginta *i* occurrant, in vernacula interpretatione, quam legimus in Mullachii grammatica (p. 84), non minus quam duodequinquaginta[1]).

Iam vero *ω* et *o* ut latinum *o* enuntiantur. Quae vocales longae sunt, cum accentum ferunt, et una consonans sequitur; tum *o* clarior esse solet et ab *a* proxime abest. Sin *o* vel *ω* accentu carent et vel labiales insequuntur vel duae consonae (qua de re infra accuratius agam), tum sonus

1) In eodem graeco poëmate occurrunt *a* 41, *o* 43, *u* 14, in vernacula interpretatione *a* 16, *o* 21, *u* 11; quamquam non nego, illud diphthongo carere, hanc 17 habere. Sed *e* multo plures insunt in interpretatione (61) quam in Graeco poëmate (41).

o vocalis obscurior est et ad *u* inclinat, quare persaepe in *u* transit.

ου vel optimis temporibus sermonis graeci monophthongus erat et eum sonum habebat, quem ego per *u* significo. De *u* vocali altera parte copiosissime disseram.

§ 21. De diphthongis recentioris dialecti.

Iam quaeritur, utrum in lingua neograeca diphthongi inveniantur necne? Equidem id contendo, quamquam metuo ne multi eorum mirentur, qui sciunt *αι* ut *e*, *ει* et *οι* ut *i*, *αυ* ut *af* vel *av* etc. pronuntiari. Sed est nescio quid singulare atque proprium linguae, ut deleat mutetque hic diphthongos et illic novas creet. Duae autem diphthongi recens natae sunt *αι* et *οι*, utraque per epenthesin.

Ac primum quidem de diphthongo *αι* disseramus. Supra eam rem attigi. Cum enim post *γ*, *κ*, *χ* vocales *e* vel *i* invenitur, id est *γ*, *κ*, *χ* palatales sunt, *α* praecedentis syllabae in *αι* augetur; exempla sunt: *άϊγι* = *ἄγει*, *pedάϊki* = *παιδάκιον*, *mάϊχi* = *μάχη*, et *άϊje* = *ἄγε*, *mάϊχe* = *μάχαι*. Nec memoratu indigna sunt talia vocabula qualia *tάϊχis* = *τἄχεις* (*τα ἔχεις*) quae crasin exhibent; contra habemus *tάχο* = *τἄχω* (*τα ἔχω*). Qua in re facere non possum, quin sententiam quam Mullachius his de formis profert, valde impugnem. Dicit enim in eo capite, quod inscribitur *Eigenthümlichkeiten der Vulgärsprache* (n. 14. p. 145): *„Nicht nur die gewöhnlich augmentirten Verbalformen können nach Verlust des Augments enklitisch werden, z. B. αὐτὸ εἶναι τὸ βιβλίον ποῦ μοῦ 'δωκες für μου ἔδωκες, sondern auch andere Verbalformen nach Verlust des ersten Vocals. So wird aus νὰ ἔχεις* (sic!) *νά 'χεις, aus νὰ εὕρω νάβρω etc.* Quidnam vox *„enklitisch“* hoc loco sibi vult, et quid est cur ille non *νἄχῃς* scribat, velut apud veteres scriptores *κἀτα* pro *καὶ εἶτα* offertur? Encliticae parva vocabula sunt, quae ipsa per sese nihil habent momenti, Mullachius autem verba inclinari posse putat, quod mihi videtur idem esse ac si quis dicat, vitem ulmo adminiculo

esse. Immo potius non verba accentum amittunt, sed praecedentes particulae, quae quidem in sermone vocis sono carent. Quare non *μοῦ 'δωκες*, sed *μοὔδωκες* scribendum est.

Nec rarius diphthongus *οι* revixit. Nam vocalis *ο* cum ante *γ*, *κ*, *χ* consonantes insequenti *ι* vel *j* exstat, in *οι* epenthesi mutari solet, ut *κόκκινος* = *kókinos*, *ὄχι* (*οὐχί*) = *óiχi*, *ὄχημα* = *óiχima:* quod idem in crasi valet *τόiχις* = *τὄχεις* = *το ἔχεις*; at *τὄχω* ut *tóχo* pronuntiatur.

Praetermittere non possum vocabulum *óijos* pro vetere *οἶος*.

§ 22. Aliae vocalium affectiones.

In plerisque linguis vocales quaedam minus stabiles inveniuntur. Nam et ante consonas et inter eas soni quidam gignuntur, qui quamvis initio vix percipiantur, magis magisque ita invalescant, ut vel accentum ferre possint. Contra aliarum vocalium vis paullatim quasi extabescit, donec postremo plane evanescant. Hae affectiones, quae a graecis grammaticis *πρόθεσις*, *ἀνάπτυξις*, *παραγωγή* et *ἀφαίρεσις*, *συγκοπή*, *ἀποκοπή* et *ἔκθλιψις*, *συναίρεσις*, *κρᾶσις* etc. dicuntur, omnes tam saepe in recentiore dialecto occurrunt, ut multas paginas accurata eorum tractatione complere possim. Nunc satis erit exempla aliqua in medium proferre, ut cognoscatur, quam rationem in transcriptione sequar. Ac simplicissimum quidem et aptissimum videtur mihi id esse, ut quaecunque vocalis auditur, scribatur, contra quae non auditur, non scribatur, nulla apostropho aliove signo ad significandam syncopen etc. adhibito. Vocales autem protheticae in neograeca dialecto praecipue *a* et *i* sunt; nam *e* paucis in vocabulis invenitur (*etútos* pro *τοῦτος*, *etóra* pro *τώρᾳ*, *τῇ ὥρᾳ*, nunc) et *o* tantum in iis quae a veteribus tradita sunt (velut *ómoma:* quamquam in aliis illud *o* veteris sermonis abjectum est,

velut *dóndi* pro *ὀ-δόντιον* (dens), *fríði* pro *ὀ-φρύς* etc. [1]); denique *u*, quantum equidem scio, omnino non offertur. Quamquam autem *a* per omnes dialectos pervulgatum est, *i* non praefigitur nisi in dialecto Asiae minoris, velut *ipsémma* = *ψεῦμα*, *iglépsi* (conj. aor. verbi *κλέπτω*) etc. Solum vocabulum *ískios* = *σκιά* commune est.

Cum de anaptyxi saepius dixerimus (v. supra s. v. *δραχυμί*), ad affectum paragogae transire liceat. Vocalis quae proprie huic affectui servit, *e* est; tamen etiam *a* invenitur; dialecti Cretensium *i* propria est.

Aphaeresis autem in neograeca dialecto tam late patet, ut statuere possimus, omnem vocalem, quae initio vocabuli est et accentu caret, in sermone vulgari abjici. Exempla affero haec: *vrízo* = *ὑβρίζω*, *vrísko* = *εὑρίσκω*, *γίδι* = *αἰγίδιον*, *máti* = *ὀμμάτιον*, *psári* = *ὀψάριον*, *fáði* = *ὑφάδιον* etc.

Syncope vero saepissime in sermone communi invenitur, plerumque tamen tantummodo *e* et *i* syncope eliduntur, ut *pérsi* = *πέρυσι*, *korfí* = *κορυφή*, *skóno* = *σηκόνω*, *akúste* = *ἀκούσετε* (*ἀκουσατε*) [2] etc.

Iam apocope quae quidem ad vocales in fine positas pertinet, saepe occurrit; affero: *apton uranó* = *ἀπὸ τὸν* (*τοῦ*) *οὐρανόν* (*-οῦ*), et *pár tone* = *ἔπαρε* (*λαβέ*) *αὐτόν*.

---

1) *γlisterós* propius a radice *γλιτ* abest quam *ὀ-λισθηρός*; ab eadem radice videtur mihi ductum esse *γlitóno*, effugio, id quod apud veteres *ἐξολισθαίνω* significat. Passovius *γλυτώνω* scripsit, quod ab *ἐκλυτρόομαι* deducit.

2) Morosi vocabulum *askádi* (fico secco) syncope explicandum esse existimat. Et posteaquam in lexico in errorem incidit, cum dicat: *askádi può raccostarsi all' antico σκέλλω disseco, d'onde con un a paragogico ἀσκέλλιον, ἀσκάλλιον, d'onde ascàddi e ascádi? in* annotationibus quas libro addidit (*note*) ita corrigere vult, ut *askádi* ducat a *σ(υ)κάδιον* pro *συκίδιον* (dim. ex *σῦκον*). At plane ille neglexit, *σῦκον maturam ficum*, non *caricam* declarare. Hanc significat vocabulum *ἰσχάς* (dem. *ἰσχάδιον*). In dialecto Calabriae *χ* post *ρ* et *σ* in *κ* mutatur, velut *érkome*, *vaskáli*, ergo: *iskádi;* in zac. quoque *ασχά* (*ašá*) occurrit.

Ecthlipsin autem ibi esse statuo, ubi vocalis subsequens, quae accentu caret, post vocalem accentu distinctam evanescit. Sic plerique *λέμεν* scribunt, quod ex *léomen* (*λέγομεν*) *γ* litera eiecta ortum esse putant. Equidem vero hanc formam alia via ortam esse pro certo habeo. Graeci enim non *lĕmen*, sed *lémen* vel *lémmen* proferunt, unde cognoscere possumus, primum syncopen factam esse: *légmen*, deinde *m* sibi assimilasse praecedentem *γ*: *lémmen*. Alia exempla sunt: *trómmen* (*τρώγομεν*), *pámmen* (*ὑπάγομεν*), *ftémmen* (*πταίγομεν*). Eadem res est in 3. pers. plur. praesentis. Formae *lém*, *trómn*, *pámn* etc. non ex *léun*, *tróun*, *páun* prodierunt (neque enim *lĕn*, *trŏn*, *păn* proferuntur, sed ex *légn*, *trógn*, *págn*. Contra veram ecthlipsin agnosco in *lés* (dicis) ex forma *lêis* (*lέjis* pro *λέγεις*; *j* saepissime eliditur, *trós* ex *tróis* (*τρώγεις*), *pás* e *páis* (*ὑπάγεις* et quae sunt similia.

Synaeresis (contractio) denique in *ὑγίεια* — *ϊjά* vel *já* (*γι* = j), *ἐγγητής* — *engitís*, offertur.

§ 23. Aliae consonantium affectiones.

Consonantes quoque praeponi, intercalari, suffigi, elidi, emolliri, obdurescere possunt. Velut in vocabulo *erotágo*, si cum vetusto *ἐρωτάω* comparamus, *γ* interjectum esse videtur, quamquam verum si spectamus, ex *ερωτά-jω* obduruit. *γ* in *gúlon* (*οὖλον*) praefixo vidimus digammatis vestigium servatum esse. Exempla consonantis vere praefixae affero: *nikokíris* (pater familias, ab *οἶκος* et *κύριος* et *Nevrópolis* = *Εὐρύπολις*, quibuscum comparari licet *nabisso*, *ninferno* in dialectis recentiorum Italorum v. *Diez, Gramm. d. rom. Spr.* (1856), I p. 323.

Paragoge autem in vocabulis *tótes* (*τότε*), *épitas* (*ἔπειτα*), *típotes* (*τίποτε*), *pés* (*εἰπέ*) *dés* (= *ἰδέ*, velut: *já dés me*, etc. offertur. Quo loco singularem linguae affectionem commemorare mihi liceat. In iis annalibus, qui inscribuntur: *Literarisches Centralblatt* (1860 p. 57) ex dialecto tigurina exempla *n* hiatum tollentis in medium proferuntur, velut

„*wie n'er au* = *wie er auch*“ (v. Curt. p. 54)[1]). Quod *n* paragogicum etiam in neograecis dialectis, velut in trapezuntia invenitur. Cfr. Passov. carm. pop. n. 466, 33: *τὴν νύφην του ν' ἐφώναξεν . . . .*; 483, 3: *χρέη πολὺ ν' ἐχρώσταε . . . .*; 494, 1: *μιὰ περδικοῦλα ν' ἔβγαινε . . . .* Sic etiam *t* interponitur inter praepositionem *διά* (*δjά* vel *jά*) et pronomina personalia, quae a vocali incipiunt, velut *δja-t-emé* (Passov. C. p. 18, 10; 155, 7; 553, 6; 629, 10, 12), *δja-t-esé* (529, 2, 4, 6; 564, 16), *δja-t-esás* (*ὑμᾶς;* 154, 10).

ν abjicitur maxime in acc. sing. terminationibus, cum vocabulum sequitur, cuius prima litera consonans est, velut *íδa ton uranó θoló* (*εἶδον τὸν οὐρανὸν θολόν*); *ston ípno mu* (*εἰς τὸν ὕπνον μου;* Pass. carm. 73, 12 et 13).

Attamen satis multa me de vocalium et consonantium affectibus, quos Graeci *πάθη* dicunt, disputasse puto, cum mihi non propositum sit, hac de re accuratius disserere, sed tantum attingere eo consilio, ut perspicuum fiat, quomodo literis talia exprimere studeam. Repeto eas sive consonantes sive vocales, quae non auribus percipiuntur, literis a me non exprimi.

Sed exstant nasales, quae quidem ita extenuatae sunt, ut morituae videantur. Ac saepe iam evanuerunt, saepe tamen vestigium hoc reliquerunt, ut praecedens vocalis nasalem in modum sonet. Tales soni in recentiore dialecto offeruntur et singulari ac proprio signo exprimendi sunt. Iam si diligentius inquisiveris, cognosces revera nihil audiri nisi vocalem nasalem. Quam ob rem grammatici Indorum, quorum in lingua illae voces latissime patent, super vocales punctum (Anusvâra) ponunt. In Slavorum et Lituanorum linguis nasales vocales hamulis suppositis, *ą*, *ę*, *į*, *ų*, notantur, qui tamen apud Lituanos nunc quidem non pronuntiantur. Quam significationem Curtius quoque in libro suo adhibet. Sequar quidem

1) Idem in dialecto bavarica occurrit: *wia n'as a mochn mog* = *wie er's auch machen mag.*

hanc rationem, sed hoc hamulo tantum utar, si vere vocalis nasalem in modum sonat et clare percipitur.

Atque hunc linguae affectum in communi Graecorum sermone florere unumquemque qui adhuc de neograeca dialecto scripsit, fugisse mihi videtur. Quam ob causam Rumpeltus (p. 51) in eo capite, quo de nasalibus vocalibus (*voyelles nasales*) disputat, *i* in ulla Europae lingua — excepta lusitanica — occurrere negat. Quem sonum in neogr. dialecto florere mox videbimus: *ą*, *ę*, *į* saepe exstant, in *o* et *u* vel illud vestigium sequentis nasalis evanuit.

n quidem initio vocabulorum fortem atque quasi expressum sonum habet, in fine vero multo molliorem atque tenuiorem, id quod inde apparet, quod *n* terminationis *ον* utique abjicitur. Medio in vocabulo inter duas vocales *n* plenum sonat; quare rarissime in aliam consonam transit et paucis tantummodo in vocabulis dialecti calabrae ejectum est, ut *apáu* = *ἐπάνω*, *tšío* = *ἐκεῖνος*, *éa* = *ἔνα*. Post *m* consonam exilior sonus auditur; quare non raro cecidit, velut in *kremós* et *kremízo* pro *κρημνός* et *κρημνίζω*, *sfendámi* pro *σφενδάμνιον* etc. Cum autem *n* ante interdentales *δ* et *ϑ* et alveolarem *s* in media voce occurrit, adeo deminuitur, ut vix in consonantium numero haberi possit. Iam ut Latini posteriorum temporum *n* ante dentales interdum non scribebant, ut *facieda* (C. I. L. I. 1488), *Alexader* (Bull. d. Inst. Rom. 1848, p. 67, 2), *laterna* (pro *lanterna*, a *λαμπτήρ*; v. Corssen I. 257), ita Morosi (p. 111) *errìscutte* et *errìscotto* (pro *εὑρίσκονται* et *εὑρίσκοντο*) profert, in quibus nasalem assimilatione in *t* mutatam esse putat. Attamen hoc loco non de assimilatione agitur, sed in iis, quae modo allata sunt exemplis, nasalis plane evanuit. Idem in alia quae ille profert exempla cadit: *petterò*, *agátti* etc. pro *πενθερός*, *ἀκάνθιον*, in quibus *n* ante *t* ejectum est (dico *t*, quod in dialecto calabra *ϑ* interdentali pronuntiatione caret. Eodem modo *n* ante *t* explosum est in dialecto Syrae insulae: *kotós* = *κοντός*, *matíli* (ital. *mantile*; ceterae dialecti *μαντίλι* habent), *fátazma* = *φάνταϱμα*, *ja-*

máti = *διαμάντι*. Praeterea *τ* literae non tam durus sonus est quam nostri *t*, quam ob causam Jean Pio *kodós*, *madíli* etc. scribit.

Ante *θ* vocalis sonum nasalem nonnullis in vocabulis conservavit: *peθerá* = *πενθερά*, *qθrakúfi* (carbones candentes cinere tecti) ab *ἄνθραξ*, *qθropos* = *ἄνθρωπος*. Hac in re autem dialecti variant: in aliis sonus nasalis etiam nunc auditur, in aliis non auditur, velut Zacones *átšopo* pro *ἄνθρωπος* dicunt. Praeterea *n* ante *θ* evanuit in *rovíθi* vel *ruvíθi* (*ἐρεβίνθιον*), *kolokíθi* (*κολοκύνθιον*), *spíθa* (*σπινθήρ*), *γróθos* (*γρόνθος*, pugnus), *γroθjá*, *γroθízo* etc.; adde ea, quae cum *ἄνθος* vocabulo composita sunt: *aθízo*, *aθógalon* (flos lactis), *aθópulo* (flos arborum); pro *ἐμαράνθην* *maráθika* percipitur. Exempla vero elisi *n* ante *δ* intra verbum plane fere desunt: tantummodo duo, quantum egomet cognovi, offeruntur: *mádalo* (repagulum, obex), unde ducitur *madalóno* (*μανδαλόω*), et *mádra* = *μάνδρα*, quae Jean Pio in medium profert; sed falso *mádra* ad ital. *mándra* revocat; quibus addo *maδragóra* (*μανδραγόρας*), plantae cujusdam inebriantis atque soporiferae nomen, quam nos *Alraun* dicimus.

Atque a Romanis saepissime *n* ante *s* explosum est. Nec deest hic affectus in neograeco sermone communi: *kostantís* vel *kostís* pro *Κωνσταντῖνος* [1]); habemus in Zacon. *šómasi* et in Calabria *térmasi* pro *θέρμανσις*, quo in vocabulo *ν* modo plena auditur modo nihil nisi *α* nasalis percipitur.

Neque solum *n* hac ratione extenuatur, sed etiam *m* et gutturalis nasalis *ṅ*. Nam habes *siχoró* (*sχoró*) pro *συγχωρῶ* (in Calabria *fsiχoró* ex *ξυγχωρῶ*), *efsplaχnía* (*εὐσπλαγχνία*), *siχaríkja* (etiam *sχaríkja*, a *συγχαρίζομαι*, sunt dona quae dantur iis qui bonum nuntium attulerunt). In *féksi* (= *φέγξει*) vocalis *e* aut nasalis est (*ę*) aut simplex. Idem

1) Cf. lat. *Costanti* et *Costantino*, quae habes I. N. 6274, ex initio IV p. Chr. n. seculi (Corssen I p. 251).

cadit in *δαñgáno* (= *δάχνω*) et in ea vocabula, quae inde ducuntur: *δáñgama* et *δañgamatjá*, quorum prior syllaba etiam *δqk* vel *δak* (in Calabr. *dak*) auditur. *m* autem in *nífi* = *νύμφη* et in *pífti* = *πέμπτη* (dies Iovis) extenuata est. Id optime intellegemus, si *nífi* (*ningit*) vel *pífti* (= *πίπτει* ex *πι-πε-τει*; vocali *e* mediae syllabae ejecta *ρ*, id quod longe pervulgatum est, ante *t* in aspiratam transiit; cfr. *glífto*, *raftis*) simul atque insuper pronuntiaverimus. In *afáli* = *ὀμφάλιον* (umbilicus) et *afalós tu δaktiliδjá* (capsa annuli, in qua lapis collocatur) *m* plane interiit.

Voculae *án* (= *ἐάν*), *δén* (ortum per apocopen ex *οὐδέν*), *sán* (ex *ὡς ἐάν* = *ὥσπερ*) in contextu sermonis, ubi initium vocabuli fine praecedentis attingitur, ita ad insequens verbum se applicant, ut partes ejus esse videantur.

Quare nasalis earum dissolvitur. Sic ante *ϑ* aut *δ* occurrit: *ἂν ϑέλῃς* = *ą ϑélis*; *δὲν ϑέλω* = *δę ϑélo* (in Calabria in *δὲν δ* litera abjecta *ę télo* offertur; Morosi, qui assimilationem sumit, *ettélo* scribit); *δὲν δύναμαι* = *δę dýname*, *σὰν δένδρον* = *są δendro*, *σὰν ϑέα* = *są ϑjá*; ante *s* autem in: *δὲν σ' εἶδον* = *δę sída*, *ἐὰν σ' ἐβλεπον* = *ą sévlepa*, vel *σὰν σáπφειρος* = *są safíri*. — Neque solum ante dentales, sed etiam ante labiales et gutturales hanc nasalis extenuationem observamus. Quamquam *δὲν γελῶ* in *δeñ gelό* mutari oportet (videas ea quae supra dicta sunt), tamen neglegentia quadam atque commodidate nihil auditur nisi *δę jelό*. *σὰν γομάρι* (ductum a *γόμος*, onus, quare significat asinum) = *są gumári*; *δὲν ξεύρω* = *δę gséro*.

Eadem ratione *δὲν πάσχω* ut *δę pásxo* pronuntiatur, quamquam *δem pásχω* exspectamus; *σὰν ψύλλος* = *są psíllos*, *δὲν φοβοῦμαι* = *δę fovúme*, *σὰν βασίλισσα* = *są vasílisa*. Quid? quod vel eo lingua progreditur, ut saepenumero solum *δe*, *sa*, *a* audiatur?

PARS ALTERA.

DE *u* VOCALI.

CAPUT I.

U recentioris dialecti respondet v veteris.

Graeci ut nos quinque vocales habent: *a, e, o, u, i.* In veterum Graecorum lingua iam satis mature *u* ita extenuatum esse videtur, ut *i* subreperet; tamen sine dubio *v* primo atque initio veram *u* vocem significabat. Quam *u* in *ü* mutationem non communem fuisse ex inscriptionibus cognoscimus. Heraclides enim ap. Eust. XXIII, 16 de boeotica dialecto dicit: *Οἱ Βοιωτοὶ προστιθέντες τῷ ῑ̆ διχρόνῳ τὸ μικρὸν ō καὶ βραχυνόμενον μὲν βραχύνοντες, μηκυνόμενον δὲ μηκύνοντες, τὸ ὕλη οὖλη λέγουσι καί τὸ ὕδωρ οὖδωρ* (Ahrens I, 180). Quocum loco conferas Etym. m. 632, 51: *Οἱ Βοιωτοὶ τότε πλεονάζουσι τῷ ῡ τὸ ō, ἡνίκα τὸ ῡ οὐχ ὑποτάσσηται φωνήεντι· οἷον κύνες κοῦνες* (leg. *κούνες*), *κῦμα κοῦμα*; quibus quattuor exemplis subiunguntur: *οὐμῖν* (Ann. Ox. I 146, 15), *θουγάτηρ* (Prisc. I, 35), *τού, τούν, τούγα* pro *σύ, σύγε* (Apoll. de pronunt. 69). Iam ea exempla quae et in Corinnae fragmentis et in inscriptionibus boeoticis inveniuntur, apud Ahrensium (I 180 et ss.) requiras, qui (II, 124) ea quoque vocabula in medium profert, in quibus apud Lacones *u* pro *v* conservatum est.

Sed quis est qui putet ne a recentioribus quidem dialectis vocabula aliena esse in quibus vetus *u* pro *v* insit, cum alibi *v* in *i* extenuari solita sit? *u* autem labialis vocalis vocari potest. Quare apparet, ante labiales consonas *u* potius asservatam esse, cum inter *u* sonum et labiales ratio quaedam atque necessitudo intercedat. Quam ob rem primum ea vocabula afferre mihi in animo est, in quibus *u* unam e labialibus consonantibus: *m, p, f, v* praecedit.

§ 24. *U* ante *p*.

stupí est deminutivum vet. gr. *στύπη*. In Latino quoque *stûpa* et *stîpa* offeruntur. *stupí χjóni* est *νιφάς*: inde ducitur adverbium *stupjá* (flockenweise), velut *χjonízi stupjá stupjá*. Praeterea *stupénjo* (stuppeus), *stupóno* (obturo), *stúpoma* et *stupotíri* (obturamentum, cortex).

De syllaba radicali *tor*, *tru* (Curtius, Etym. p. 209) flexa sunt *τρύπη* (foramen) et *τρύπανον* (terebra). Quibus in neograeca lingua respondent *trúpa* et *trupáni* (dem. *τρυπάνιον*). *trupóna* (magna terebra) idem est atque *τρυπάνη*, cum *α* dorico. A *trúpa* permulta verba ducta sunt, ex quibus unum tantummodo *trupokarídis* (a *κάρυον*, avis regaliolus) commemoro.

kúpa (patera, scutella) est *κύπη* = *γύπη* (antrum, casa), cuius verbi nisi ab Hesychio non mentio fit. Curt. (p. 151) sanscrito *kûp-as* (fovea, antrum) allato dicit: „*Da kûp-as auch einen Oelschlauch bedeutet, und da auch sonst Gefässe verschiedener Art als Höhlungen bezeichnet werden, so vergleicht Pictet wohl mit Recht auch κύπ-ελλον, ἀμφικύπ-ελλον und lat. cûpa, Fass, auch Todtennische*“ (Corss. I, 546).

A *τολύπη* (glomus) *tsulífi* (manipulus pilorum vel lanae) ductum est. De *ts*, quod ortum est ex *τ*, supra dictum est. Prius *u* vi alterius ex *o* prodiit, qua de re infra agetur. *tsulufúiki* significat flocculum lanae. *τολύπη* minus corrupte conservatum est in *tulúpa χjóni*, quod idem significat atque illud *stupí χjóni* (plumeae nives).

kalúpi (tegumentum capitis, pileus) et nomen deminutivum *kalupúiki* vere ac plane graeca esse mihi quidem persuasum est. Neque enim *kalúpi* aliud esse mihi videtur, quam deminutivum substantivi *καλύβη* (tectum), nisi quod explosiva fortis *π* (*καλύπ-τω*, lat. *clup-eus* non emollita sit (Curt. p. 490) [1]). Quam ob rem turcicum *qalpak* ex graeca

1) Etiam in *ortíki* (coturnix) tenuis servata est; in vetere vocabulo ὄρτυξ (ὄρτυγος) extenuationem in *γ* habemus. (Curt. n. 507 et p. 486.

lingua translatum esse puto. Addendum est, etiam *kalívi* et *kaliváiki* (casa et casula) exstare.

§ 25. *U* ante *m*.

Non minor autem necessitudo inter *m* et *u* intercedit, quae vel inde apparet, quod *o* ante *m* fere constanter in *u* transit. Ante *m* *u* conservatum est in nomine proprio *Kúmi*. Illud oppidulum, quod haud procul a litore Euboeae ad orientem spectante abest, a *Κύμη* appellatum est, quam urbem verisimile est ibidem sitam fuisse.

kukúmi (urceus) et *kukumári* (hirnea) ad syllabam radicalem *κυ* (Curt. p. 149) esse revocanda videntur, unde *κύ-αρ*, *κύ-τος* (antrum) ducuntur. Quae significationis mutatio haud raro offertur, velut in *κύ-αθος*, *κύ-λιξ*. Ex neograeco autem nomine *kukúmi* vetustum *κῦμος* conjiciendum est, ut *ὅρμος* (collare) a radice *ser* (Curtius p. 330). Ne reduplicatio quidem obstat, quominus hanc conjecturam faciamus; id quod haec simillima verba luculentissime declarant: *kukumára* (fragum) = *κόμαρος*, et *kukunára* [1]) (nux pinea) = *κῶνος*, *κωνάριον* (Curt. p. 154), in quibus *o* propter *m* in *u* obscuratum est.

túmbano nunc pro *τύμπανον* in usu esse solet (rad. *τυπ*, Curt. p. 213). Praeter hanc alia quoque forma *tumbí* occurrit, unde ducitur *tumbízo (ich rühre die Trommel)*, *tumbanízo* autem valet *ich schlage die Pauken*. Propter *tumbí* conjiciendum est *τυμπίον*, demin. ex *τυπή*.

§ 26. *U* ante *v* et *f*.

Iam ea verba consideremus, in quibus *u* ante labiales spirantes conservatum est. Atque primum quidem *v* huc pertinet. *kissúvi* plane consentit cum *κισσύβιον*, quod vocabulum iam in Homeri carminibus velut Od. IX, 346 et

1) In Passovii lexico exstat: *κοκκονάριον*, *τὸ*, *D min. von κόκκος*, *Tannenzapfen, Hieroph. not. Mss. t.* 11 *p.* 193 Hanc derivationem falsam esse nemo est quin videat.

alias, occurrit. Significat autem et *pocalum* quo homines rustici utuntur, et *mulctram ligneam*. Etiam nunc ionicis in insulis agricolae hoc vase utuntur, in quod lac infundant.

kukuváïja (noctua) proxime abest a *κουκούφας* (Hesych.) et latino *cucubare* (carm. de Philom. 40: *noctua lucifuga cucubat in tenebris*). Tria praeterea vocabula tradita sunt, quae idem significant: *κικκάβη* (Schol. Arist. Av. 262), *κίκυμος* (Hesych.) *κικυμίς* (Call. fragm. 318). Cantum autem noctuarum Aristophanes (Av. 262) voce *κικκαβαῦ* effingit, unde verbum *κικκαβάζω*.

Pro *κρύπτω* in sermone populi, qui nunc viget, tres potissimum formae *krífto*, *krívgo*, *krívo* exstant; praeter has etiam *kruvo* (part. *krumménos*) et *kruvúo* (Passov. Carm. 433, 4: *o χάος ekruvíθi* = *ὁ Χάρων ἐκρύφθη*).

Iam non est dubium, quin *θrúvalo* (fragmentum) et *θruválizo* (frango, concido) et quae inde ducuntur ad *θρύπτω* et id ipsum (Curtius p. 210) ad syllabam radicalem *tru* revocanda sint. *θrúvalo* plane eadem atque *θρύμμα* significatione utitur. Praeter *θruvalízo θrullízo* quoque habemus, quod est *θρυλλίσσω*, et iam legitur in Homeri Od. *Φ*, 396 (*θρυλλίχθη*), certe verbis *θραύω* et *θρύπτω* propinquum.

kuvéli (apum examen) ad eandem radicem redit atque *κυψέλη* et illud Hesychii *κύβεθρον*. *kuvári* quoque huc cadit, quod significat magnam multitudinem ac quasi glomus hominum, tum glomus lanae.

Iam iis de verbis disputandum esset, in quibus *u* ante *f* conservatum est, ego autem non habeo quae in medium proferam praeter *krufú* et *túfla*, quae aliquot locis pro *krifú* et *tífla*[1]) (*κριφᾶ* et *τύφλη*) audiuntur.

---

1) *tífla* (*τύφλη*), cum *α* dorico, est simile substantivorum *ἐχθρα*. *θέρμη* ab *ἐχθρός*, *θερμός*. In neograeca dialecto talia substantiva creberrima sunt, velut *zésti* a *ζεστός*, *kséra* (*das trockne Land*) a *ξηρός*.

§ 27. *U* ante liquidas / et *r*.

Ante consonas λ et ϱ *u* facillime asservatur. Occurrit autem hisce in vocabulis:

kúlli (canicula), ex *κύων*, deminutivum est.

kullós (manu debilitatus), et quae inde ducuntur *kullúda* (debilitas manus), et *kulléno* (manum debilem habeo), eadem sunt atque vetusta *κυλ-λός*, *κύλ-λωσις* et quae sunt reliqua. Iis autem exemplis, quae Curtius (No. 81) ad radicem *κυλ* referenda esse existimat, equidem vocabulum *κύλλιξ*, quod in Hesychio occurrit et bovem significat, cuius alterum cornu pravum ac distortum est, addiderim. Praeter hanc formam etiam vetustiorem fuisse *e* pro *i* praebentem, zacon. *kúlleka* (vacca) declarat. Schmidt (p. 351) illud vocabulum insolitum ac fere mirum esse arbitratur; neque tamen difficili negotio ad illam radicem *κυλ* revocandum est.

mullóno (taceo, nolo loqui), amplificatione est ortum ex *μύλλω* (labra comprimo). Et hoc vocabulum et quae eadem significatione utuntur *μύω* et *μυάω*, a radice *μυ* ducenda sunt, cui respondet in linguis sanskrita et latina *mû* (Curt. p. 313). Quam *u* vocem Hesychii *μουκίζει* (= *σιγᾷ*, *μέμφεται τοῖς χείλεσι*) habet, quod plane idem valet atque *mullóno*.

A *τύλη* (torus) ducitur *tsulí* (stragulum equi). *tsulápi* (mitella quaedam) quoque et *tsulíki* (magna mitra) huc cadere videntur.

múrrulo, quo de vocabulo Protodicos (p. 22) haec affert: *Κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς τὸ οὐσιαστικὸν τοῦτο ὄνομα πρέπει νὰ γραφῇ βόρβυλον. Πρὸς καθαρισμὸν οἰνοδοχείων (βουτσίων) βράζουσι βλαστοὺς σχίνου καὶ ἐλελισφάκου μὲ μόνον ὕδωρ καὶ ἐγχύνουσι τὸ ἀφέψημα τοῦτο ζέον ἐντὸς αὐτῶν, καὶ τοῦτο λέγεται βούρβουλο. Ἡ λέξις εἶνε πεποιημένη ἐκ τοῦ ποιοῦ ἦχον, τοῦ ἀποτελουμένου εἰς τὴν ἔνθεσιν ἐντὸς τῶν οἰνοδοχείων καὶ μετ' αὐτὴν ἔτι.* Ex *múrrulo* neograec. verbum *murrulakjázo* natum est, quod minime ad *murrúlakas*

est referendum (v. p. 158), sed et eandem significationem habet et ab eadem stirpe ducitur (Curt. p. 273 atque vetus *βορβορίζω*. Pictetus *βορβορίζω* cum *βάρβαρος* confert, cui in neograeca dialecto *ververís* (balbus) respondet.

skardúla (pestilentia Corais cum *χορδύλη* componit, qua in re plane cum eo consentio. Habet autem *χορδύλη* Simon. in Bekk. An. p. 105, 3, et Schol. Arist. ran. 500 vim tuberis, tumoris. Praeterea clavam quoque et thunnum quendam parvulum significat. Hunc piscem et forma *σχορδύλη* declarat, quae Aristot. h. an. 6, 17 (vide Lobeck, Path. p. 124, 10) offertur. Iam non est dubium quin *σχορδύλη* vetustius sit quam *χορδύλη*. Cum autem *σχορδύλη* piscem significet, a *σχαίρω* ducendum mihi videtur. *χόρδαξ* quoque, praeter quod *σχόρδαξ* exstat (Meineke Com. t. 3 p. 572), inde prodiisse existimo; homericum enim *ποσὶ σχαίρειν* (Il. XII, 572) huc spectat. Pestilentia etiam *to thanatikó* aut *i panúcla* appellatur, a lat. *panicula* sive *panucla*, quod scriptores romani posteriorum temporum exhibent.

Iam vero *a* ante *r* his in exemplis offertur:

ksuráfi (*ξυράφιον*, Schol. Aristoph. Ach. 849), deminutivum e *ξυρόν*. Ab eadem stirpe natum est *ksurízo* (= vetustum *ξυρέω*). In neogr. dialecto interdum verba quae cadunt in *άω* et *έω* ita mutantur, ut in *άζω* et *ίζω* excidant, veluti *φωνάζω*, fut. *φωνάξω*, aor. I qui dicitur *ἐφώναξα*. Qua in affectione explicanda cum G. Curtio (Etym. p. 573 plane consentio, qui *ζ* ex *j* accedente quasi parasitico *δ* ortum esse arbitratur [1]). Tamen facile fieri potuit, ut *δ* non accederet et *j* ante obscuras vocales in *γ* obdurasceret. Quare habemus *φωνάγω*, unde et futurum et aor. I. formata sunt.

1) *δjáiki*, ductum ab *ιαξ* gubernaculum). *ιάχιον* ut *jáiki* pronuntiatur; inde *δ* praepositio neograeca forma prodiit. Pro *jeráiki* (*ιεράκιον*) saepe *dzeráiki* exstat, qua in forma *dz* non aliter nisi ex *δj* ortum esse judicandum est (*δjeráiki, δjoráiki, dzoráiki*)

Iam si *murmurízo* cum *μορμύρω* vel *μορμυρίζω* (occurrit hoc posterioribus demum temporibus, in Hesychii, Phot. Suidae scriptis) comparamus, praeter *u* = *v* aliud *u* exstat, quod ex *o* obscuratum est. *U* insequens semper ad praecedens *o* valet, qua de re infra (§ 42) agere mihi in animo est. Videmus igitur, *murmurízo* eodem loco teneri atque latinum *murmurâre* et vetus germanicum *murmul-ôn*.

Pro *συρίζω* autem nunc *sfirízo* et *sfurízo* omnium in usu est. In harum vocum litera *f* explicanda liceat mihi paulo diutius commorari. Vocabula *συρίζω*, *σύριγξ*, *συριγμός* ad radicem *svar* referuntur, quae in sanscr. *svar-âmi* (sono, canto) et *svaras* (sonus) integra conservata, a Latinis autem et a Lituanis et ab antiquis Graecis (*svar* in *sur*) extenuata est (Curtius, Etym. p. 331).

Quantum enim equidem scio, in nulla adhuc ex veteribus graecis dialectis forma inventa est, in qua digammatis vestigium exstet. Attamen talem formam fuisse existimandum est, cum *f* litera in *sfirízo* (*sfurízo*) — nemo Graecorum hodie *sirízo* dicit — alio modo vix intelligi atque explicari possit, nisi hoc ut *f* digammatis veteris vices gerat. Consimiliter stirps pronominalis *σφε* ad sanscr. *sva* (lat. *su*) et *σφόγγος* ad stirpem *svam* (goth. *svamm-s*) revocatur; eadem fere ratione pronomen II personae dualis *σφώ* ex singulari *τυα* prodiit; nam *τ* digammatis causa in *σ* et deinde *F* propter *σ* in *φ* mutatum est (Curtius p. 550). Quamquam autem in *sfirízo F* conservatum habemus, tamen in *surízo*, *surístra* [1]), *surávli* (altera pars compositi est *αἰλός*) syllabae radicis *va* respondet *u*. Similiter in *suṅgízo* (pro quo interdum *asuṅgízo* occurrit), *F* eiectum est: quod vocabulum Zollini Calabriae invenitur. Ceterae omnes dialecti *sfuṅgízo* (*σφογγίζω*) et *sfuṅgariázo* (cf. deminutivum *σφογγάριον*) exhibent. Mirum est vocabulum *spústrixa* vel *spóstrixa* (*γυρυνό-τριχα*, seta suilla), quod Morosi (p. 116) in

1) *surístra* reducendum est ad *ουρίστρια*, velut *mavlístra* ad *μαυλίστρια*. In exitu *ίστρια* alterum *ι* evanuit.

medium profert. In hoc quoque digammatis vestigium inesse opinatur (*συς-τριχα*, *σπυς-τριχα*). Mihi quidem id summum esse in dubium vocandum videtur; nam Curtius (No. 579) rectissime atque optime ait: „*Das gothische sv-ein steht auf einer Stufe mit dem lat. su-înus.*“ Ex quo cognosci potest, digamma non ad stirpem referendum esse, sed utique ex *v*, quae est ante *o* (*συο*), prodiisse. Quare in *spustrîχa u* ex *o* natum est. Mihi vero *spútrîχa* (*συόθριξ*) veri similius esse videtur.

paraθúri homines rustici pro *παράθυρον* dicunt. Cum autem Curtius (p. 242) et graecum *θύρα* et sanser. *drâra-m* et lat. *for-ês* unam ad radicem *dhvar*, *dhur* revocet, *u* in *paraθúri* quoque vetustum esse existimandum est.

Iam terminationes *úra* et *úri* his in vocabulis *υρα* et *ύριον* respondent. Pro vetere *λάθυρος* (*cicercula*), quod apud Theophrastum et Plutarchum invenitur, nunc deminutivum *laθúri* in usu est. *λάθυρος* cognomen Ptolemaci cuiusdam erat (Strab. XVII p. 795 *Λάθουρος*).

Vetus *πίτυρον* (furfur, Curt. p. 260, 454) duabus in formis servatur, quae sunt *píturo* et *pítero*. Quae mutatio *i* in *e* (nam *v* semper fere ut *i* pronuntiatur, satis saepe offertur et necessitudine continetur, quae inter *r* et *e* intercedit. Nam ex omnibus vocalibus *e* a consona *r*, quae prima lingua pronuntiatur, proxime abest. Quod *r* cum pronuntiatur, sonus quidam *e* consimilis assonat. Hoc plane ex eo intellegi potest, quod *e* ante *r* et eliditur et interponitur. Quam ob affinitatem *ρ* saepe *v* (*i*) praecedens sibi in *e* assimilavit.

Quare habemus:

vet. *ἄχυρον*,	neogr. *aíχero* [1]).
vet. *μυρμήκιον*,	neogr. *mermîngi* [2]).
vet. *μυρσίνιον* [3]),	neogr. *mersíni* (myrtum).

1) Praeter *áχero áχjaro* quoque invenitur, qua de forma infra dicetur.

2) Saepenumero *n* gutturalis inscritur.

3) Deminutivum ex *μυρσίνη*.

Huc praeterea pertinent verba: *sérno* = *σύρω* (praeterea *sírno*) et *jérno* = flecto (praeterea *jírno* et *jïrnó*, ducta a vetere *γυρόω*). Mullach. 261 adn. Substantivum *κυρία* in *kirjá* mutatur; inde *j* ejecto *kirá* natum est, praeter quod *kerá* quoque habemus. Hac necessitudine, quae inter *r* et *e* intercedit, etiam factum est, ut ante *r* vox *e*, quae in *η* exstat, saepe servata sit. Omnium dialectorum communia sunt; *pleróno* = *πληρόω* (solvere), *jeráo* et *jerázo* = *γηράσκω*, *kserós* = *ξηρός* (siccus, aridus; inde quoque *kserómero* ducitur, quo nomine eparchia Acarnaniae appellatur, et alia locorum vocabula, velut *kseroχóri*), *kerí* = *κηρίον* (cera), *síderos* (ferrum), *χiroméri* (ab *χοῖρος* et *μηρίον*, perna) [1].

1) Quo loco haud inepte *dialectus trapezuntia* afferri potest, quae plerumque antiquum sonum *η* vocalis servavit. E magna silva exemplorum haec habes:

éto pro *ἦτο*, erat; *érte*, adventavit; *ejénnese*, peperit; *ekséven k'ekafχéten* pro *ἐξέβη καὶ ἐκαυχήθη*; *jánes* pro *Ἰωάννης*; *teréo* pro *τηρέω*; *ynefízo* quoque invenitur in dial. trapez., et habemus in Passovianae collectionis carm. 510:

Ὁ Γιάνες ἐπεπύρνιζεν καὶ στὸ πηγάδ' ἐπῆγεν·
ἐκτύπησεν ἡ μαστραπᾶ κ' ἐγνέφιζεν ὁ δράκων

(Iohannes mane surrexit et ad fontem adiit; hama strepitum edidit et draco experrectus est). Passovius quidem in indice, significationem ac notionem bene intelligens, *γνεφίζω* verbo „expergiscor" convertit, tamen etymologiam proferre non potuit. Versatur ei ante oculos *ἐκνεύω* et *γνοφόω*, sed utrique signum interrogationis apponit. Equidem *γνεφίζω* ad vet. *ἐκνήφω* reduco. Cum enim hoc aphaeresi *ε* amisisset, *κν* in *γν* transiit, velut *κνάμπτω* in *γνάμπτω*. Praeterea *γνεφίζω* in alio carmine invenitur, et quidem in n. 505 v. 6: „*καὶ ὄντες γνεφῇ καὶ τερῇ, πουθὲν πρόβατον 'κ'εἶδεν*" (et cum experrectus circumspexisset, nusquam ovem aspexit). Habemus hic formam *γνεφέω*. Utraque eodem loco continetur atque vetustum *αἰνέω* et *αἰνίζω*, *τειχέω* et *τειχίζω*, *σακκέω* et *σακκίζω*. In n. 510 praeterea *θερόομαι* = *θηρεύω*, et *κρεμίζω* ductum a *κρημνός* invenitur. *Ἕλλενος* apud Trapezuntios robustum virum significat. Quod idem apud Arcades habemus. Nam *Ἕλλενες* homines illi ingenti atque immani magnitudine antiquissimis temporibus florentes appellantur, quorum quisque populi magnitudinem adaequabat nec resur-

Iam vocabulo *κολλύρα* (Arist. ranae 123) *kollúra* (spira) et deminutivum *kollúri* respondent. Saepius commemoratum est, *u* alterius syllabae *o* vocem prioris obscurari, ita ut *kullúri* habeamus [1]). Salamina insulam ob formam homines *kullúri* dicunt.

Vocabulum *áṅgura* autem dignum est, quod accuratius consideremus, ut intelligamus, quae ratio inter id ipsum et latin. *áncora* intercedat. Habet autem de ea re Corssen. (II, 81) haec: „*In griechischen Lehnwörtern wird υ vor folgendem ϱ im römischen Munde zu o in storax, wohlriechendes Harz, für στύραξ, und in dem Slavennamen Storax für Στύραξ (Ter. Ad. 16), ebenso in ancora für ἄγκυρα. Das griechische Wort ist der älteren Schriftsprache fremd (Fleckeisen, Neue Jahrb. XCIII, 11)* [2]) *und auch das latein. Lehnwort ist erst seit Cäsars Zeit gebräuchlich.*“ Attamen haec tria exempla, cum respicimus sexcenta illa, in quibus antiquis temporibus (i. e. ante Terentium) graecum *υ* ante *ϱ* latino *u* reddebatur, hoc modo intelligenda sunt. Minime dubitandum est quin vocabulo *ἄγκυρα* non demum temporibur Caesaris, quibus in literis habemus, sed nonnullis iam saeculis ante Romani usi sint. Quis est enim qui nesciat permulta vocabula quae ad rem navalem pertinent, Romanos a coloniis, quae in Magnam Graeciam deductae erant, petiisse? Neque desunt vocabula, in quibus *u* radicale propter sequens *r* in *o* mutatum est, velut *fo-re*, *fo-rem*,

gere potuit cum conciderat. Quibus homines muros illos ingentes atque tamquam monstruosos adscribunt, quorum ruinae etiam nunc supersunt. Et moenia Orchomeni *to ellenikó* nominantur.

Iam in dialecto cerasuntia, ex qua duo tantummodo carmina Passovius habet, eodem modo vetus *η* pronuntiari intellegitur: *χαμελά glonárja* (humiles rami), *ágleros* (ἀκληρος, miser), nobis occurrunt; praeterea *gnefízo* et *teró* una leguntur, sicut in illo trapez. carmine, etiam ceteris in rebus dialecti inter se consentiunt. Vetus *η* pronuntiatio etiam in aliis dialectis passim offertur.

1) In dialecto Calabriae *kudduri* dicitur.

2) Primum apud Pindarum et Theognidem invenitur: in Homeri carminibus non *ancorae*, sed „*εὐναί*“ occurrunt.

ducta a radice *fu* in *fui* etc. (v. Corssen. II 81, I 548). Quod cum ita sit, mihi quidem persuasum est in iis vocabulis, quae Romani deprompserint, *v* per *u* redditum, in *ancora* autem et *storax (Storax)* *u* in *o* mutatum esse. In neograeco sermone pro *στύραξ* *sturáiki* habemus.

Quo loco etiam pauca de exitu *úra* dicenda sunt. Nam tantum abest, ut eum semper ad *-ύρα* referre mihi in animo sit, ut existimem, occurrere sat multis in vocabulis latinum exitum *ura* abstracta significantem (*ύρα* solum in concretis exstat): *skotúra* (vertigo) et *fayúra* (prurigo) eodem loco quo *usura* et *coniectura* habenda esse mihi videntur; Mullachius autem (p. 173) *skotúra* ad *σκοταρία* = *ζόφος*, *Ἀχαιοί* Hesych. revocat. Sed ab exitu *αρία* nunquam *úra*, sed semper *arjá* oritur. *pezúra* = *πεζὸν στράτευμα* de exitu cum latino *dictatura* confero.

§ 28. *u* ante *st* vel *sk*

u pro *v* in clausa syllaba ante duas vel plures consonas, quarum prima *s* est, conservatum his in vocabulis habes:

grustálli, grustallénjo, grustalljázo plane respondent veteribus nominibus *χρύσταλλος*, *χρυστάλλινος*, *χρυσταλλόομαι*.

Ad *mustáiki*, quod est deminutivum vocis *μύσταξ*, pertinent, quae Curtius (p. 666) dicit: *Die Erweichung eines ursprünglichen A-Lautes in das dumpfere v dürfte ungefähr in demselben Umfange wie die eben besprochene in ι sich nachweisen lassen. Wie dort ε zwischen α und ι, so vermittelt hier o zwischen α und v. Und in der That steht dem hier zu erörternden v fast immer entweder in griechischen Mundarten selbst oder im Lateinischen ein o zur Seite. Da aber v ein verhältnissmässig junger Laut ist, so ist es wahrscheinlich, dass dem v zunächst überall der vollere U-Laut vorausging, dass mithin die Reihenfolge der Vocale bei dieser Umwandlung diese war: a, o, u, ü.* Ad exempla ab illo prolata, in quibus *v* pro *α* primitivo offertur, *μάσταξ* addide-

rim, praeter quod *μύσταξ* quoque occurrit. Neograeca dialectus formam quasi mediam exhibet, in qua *u* habemus.

mustrí (trulla) est vetus *μυστρίον* (cochlear), et valet idem quod *τορίνη*. Eodem vocabulo instrumentum quoddam architectonicum significari, quod alias *τυτίον* nominetur, Passovius dicit. Numquam tamen neque *τύτος* neque *τυτίον* idem quod *mustrí* declarant.

fúska (membrana, vesica, pustula) est *ἡ φύσκα* (callum), quod exhibent schol. ad Theocr. 9, 30 et schol. ad Arist. ran. 236. Ab hoc vocabulo *ἡ φύσκη* proxime abest. Pluralis numerus neograeci vocabuli etiam *spongias marinas* significat. Derivata sunt: *fuskóno* (intumescere, ira incendi), *fúskosis* (ira, saevitia), *fúskoma* etc.

Iis quae nominavi verbis subiungitur *spúrda*, quod idem esse mihi persuasum est atque *σπυρίς* (*σπυρίδα*). *spúrda* neque ex latino neque ex italico sermone (sporta) depromptum esse luculentissime declarat *sporta*, quod et forma et significatione integra recentiores Graeci e latino sermone deprompserunt. Sonus *u* etiam hoc in vocabulo medium quasi locum obtinet inter *σπάρτον* (restis, quod ab eadem radice ductum est, et *σπυρίς* (corbis, fiscus).

§ 29. *u* propter praecedentes consonas servatum.

Nonnullis in vocabulis ob necessitudinem cum praecedenti consona *u* vocalem conservatam esse existimandum est. Cuius rei haec exempla affero:

fúχta (palma cum omnibus digitis) vel *fúkta*, unde cum alia vocabula derivantur, tum *fuχtjá* (quantum manu capi potest), ab eadem radice ductum est qua adverbium *πύξ*. Cogitari potest de vetere quodam substantivo *πύκτη* velut *κοίτη*, cubile, a stirpe *κει*).

vutízo et *vutó* (Passov. Carm. 437, 43 *vutiménos*, et 310[a], 6) cum vetere *βυθίζω* concinit, eo tantum discrimine interposito, ut veteri *θ* respondeat *t*. Adde *to vútima* (solis vel stellae occasus) et *vutíksimo* (intinctio).

vutí (capsa). Invenitur etiam *kutí*, quod idem quidem valet, minime tamen ita intellegendum est, ut ex *v* prodiisse *k* existimetur. De *kutí* infra agemus; nunc de *vutsí* (dolium) quaerimus, quod eandem ad radicem revocandum est atque *vutí*. A *vutsí* autem derivantur: *vutsás* (vietor), *vutsáiki* (doliolum), *vutsórgo* — cuius altera pars ital. *rerga* est circulus doliaris) — *vutsókraso, vutsóladho, vutsóksidho* (vinum, oleum, acetum, quae de dolio hauriuntur). Iam non videtur mihi esse dubium, quin ea vocabula ad eandem stirpem redeant atque *βυτίνη* = *πυτίνη* (habent teste Hesychio Tarenti). Pro certo habeo, *πυτίνη* deminutivum esse; fieri potest ut vocabulum primitivum *πύτη* fuerit. Quod si ita est, etiam neogr. *vutsí* deminutivum est idque ad formam *πυτίον* referendum est. Requiretur fortasse quare id conjicere et colligere commotus sim. Monitus sum vocabulo *vutína*, quod Paro in insula in usu est. Ea de re Protodicus in libro qui inscribitur: *Ἰδιωτικὰ τῆς νεωτέρας Ἑλληνικῆς γλώσσης* (*ἐν Σμύρνῃ* 1866) haec dicit: *ἐν τῇ πατρίδι μου Πάρῳ τῇ νήσῳ βουτίνα εἶνε μέγα ἀγγεῖον ξύλινον, κατεσκευασμένον καθὼς καὶ τὰ βουτσία, ἔχον σχῆμα κώνου πρὸς τὴν κορυφὴν μᾶλλον κεκομμένου, καὶ ἐντὸς τοῦ ὁποίου ἐναποθέτουσι πάντοτε τυρὸν ἢ ἐλαίας μὲ ἅλμην.*“

In macedonica quoque dialecto *vutína* exstat. *H* autem cum in veterum Graecorum lingua (v. Curtius 485 seqq.) tum in neograeca saepenumero in *β* (*v*) transit. Exemplum affero vocabulum *kavúrja* (caricae), a *καυρός* ductum (*καυρά, κάρυα*. Epicharmus apud Athen. II p. 52 B).

tsukáni (malleus) idem est atque *τυκάνη* (flagellum). Redit autem ad eandem radicem atque *τύκος* (scalprum fabrile, caelum). Curtius (p. 207) dicit: *Auf jeden Fall sind die Stämme tuk und tuk neben einander von frühester Zeit üblich gewesen.*“ Media aetate *δουκάνη* occurrit (Moschopulos, Lob. path. p. 178), quod cum neogr. *doksári* pro *τόξον* (*τοξάριον*) conferre licet, cum etiam hic *τ* in *δ* emollitum sit: auditur autem semper *tókson*, nunquam *dókson*.

§ 30. *u* ante *δ*.

Huc accedit, quod etiam lenis interdentalis *δ* necessitudinem quandam cum *u* vocali habet, id quod infra apparebit, ubi permulta exempla proferentur, in quibus *o* in *u* ante *δ* obscurata est. *u* autem pro *v* pronuntiatur in *afrúδi*, quod simillimum est illius *ἀβροῦτες*, *ὀφρῦς*, quod Hesychius macedonicum esse tradit; in illo quoque *α* protheticum habemus. Ab *afrúδi* ducitur *afruδáto* = *ὀφρυόεις* (tristis, morosus). Consentio autem plane cum Mullachio, qui exitum *ato* aliud esse negat nisi lat. *atus*, media aetate a Graecis depromptum. Id quod dixi declarant: *zaχarátos* et *jemátos* = *πλήρης*.

γliγúδi = *νώγαλον*, *ἐπίδαιτρον*, ad **γλυκύδιον* potest revocari. Vix autem dubium est, quin idem sit atque illud *γακούδια* = *ἡδύσματα*, quod ab Hesychio memoriae traditum est. In neograeco vocabulo *κ* intra vocem emollitum est. *γ* (j) saepius ex *k* prodiit et media in voce, velut in *lejéni* = *λεκάνιον* (v. Passov. Carm. 143, 16; 145, 4), *filáγo* a stirpe *φυλακ*, *síγuro* (= *μάλιστα*) ab ital. *sicuro*: et in initio vocabuli velut in *jipséli* = *κυψέλιον*, *γrepíδa* (limbus) = *κρηπίς* (*crepido*: hunc sensum apud Herodotum habet): *γarúfallo* = *καρυόφυλλον* (*Gemürznelke*).

§ 31. Alia vocabula.

Restat ut exempla proferam, in quibus *u* quidem pro *v* exstat, neque tamen liquet, utrum propter praecedentes an insequentes consonas servatum sit.

skúzo (clamare) respondet veteri *σκύζομαι*, indignari, irasci. In carmine bellico, quod per omnes provincias pervulgatum est, hic versus exstat: *'Aláχ na skúzun ta skiljá.*

sendúki = *κιβώτιον*, *σκευάριον*. Occurrit jam schol. Arist. Plut. 711 et 810 *σενδούκιον*. Salmasio (Vopisc. p. 369) et Hemsterhusio auctoribus *σενδούκιον* est deminutivum vocis *σάνδυξ*, quae apud Hesychium *arcam*, *capsam* significat.

túnnos est piscis quem veteres *θύννος* nominabant.

Habes hoc in vocabulo *t* pro *ϑ*. Dignum est commemoratu alterum quoque illius piscis nomen: *i mejáli palamída*, cum *α* pro *η* exstet; nam priscum nomen *πηλαμύς* erat. Massiliae id genus thynnorum nostris etiam nunc diebus *palamyde* appellatur.

furnós (bufo). Byzantio auctore ex *φρῦνος* metathesi ortum est; accentus a paenultima in ultimam syllabam transiit.

γurúni (sus) ad *γρῦ* redit. *u* autem et in lat. *grunnire* et in germ. *grunzen* conservatum est. Prius *u* inter *γ* et *ρ* natum et ex irrationali quae dicitur vocali vera ac plena factum est.

rukána = *ῥυκάνη*, *rukáni* = *ῥυκάνιον*. Habes in fine illius *α* doricum; in latino quoque *runcina* *u* apparet.

Praeter significationem instrumenti *Coraés* (*Ἄτακτα τόμ. α' σελ.* 160) affert: *σκεῦός τι, ὅπερ τὰ παιδία κατὰ τὴν κυριακὴν τῶν Βαΐων* (dies palmarum) *εἰς τὰς ῥυμὰς τῶν πόλεων στρέφουσι· σημαίνει ὅμως καὶ σχοινίον τι, ὅπερ οἱ ἁλιεῖς φέρουσιν ἐπὶ ἑνὸς ὤμου μέχρι τοῦ ἀντιϑέτου μέρους κατὰ τὴν μασχάλην ὡς λώριον ξίφους· τὴν ἄκραν τούτου προσδένουσιν εἰς τὰ σχοινία τῆς τράτας καὶ ἕλκύουσι βαίνοντες πρὸς τὰ ὀπίσω μὲ τὰ νῶτα. Κατὰ τοὺς ἀρχαίους χρόνους φαίνεται ὅτι παρόμοιον σχοινίον ἦτο ἐν χρήσει εἰς τοὺς ἀϑλητάς, ὡς φαίνεται ἐκ τοῦ Ἡσυχίου, ἂν καὶ ἡ ἑρμηνεία ἦναι ἐκτόπως παρεφϑαρμένη· „ῥυκάνη· ἀλϑητήριον· χειρομήριον· ἀμυντήριον“ ὅπερ διορϑωτέον εἰς τὸ „ῥυκάνη, ἀϑλητήριον, χειρῶν καίριον ἀμυντήριον.*

kutí (pyxis, theca) ut *κυτίς* (schol. Arist. Ran. 665) deminutivum vocis *κύτος* est; radix autem *κυ* (Curt. p. 149) constat. Ex eadem *κύταρος* (*κύταρος οὐρανοῦ* Arist. Ran. 199) prodiit, ad quod neogr. *kútra* et *kútelo* — utrumque *μέτωπον* significat — redire existimo. *kutáli* (cochlear) eandem radicem habet [1]).

1) lac. *κουτάλα* (pro *σκυτάλη*, Ahr. II, 125) nihil commune habet cum neogr. *kutáli*.

Denique de *vruχízo*, *vruχúme*, *vriχúme* praeterea etiam *vríχó*) pauca dicenda sunt. Tria haec verba repetita sunt a vet. *βρυχῶμαι*, quod hasce tres significationes habebat:

a) *rugire*, de leonibus, bobus etc. dictum.

b) *ejulare*, *lamentari*, de hominibus.

c) *exaestuare*, *strepere*, de terrae motu, de undis etc. Iam in recentiore dialecto, quantum ego judicare potui, unicuivis significationi alia videtur forma subiuncta esse; nam *vríχúme rugire*, *vruχízo ejulare* et *lamentari*, *vruχúme exaestuare*, *strepere* valent. Quod distinendi ac distinguendi studium in vetere lingua non habes, habes in recentiore. Exempli causa vet. *χλωρός* affero, quod et *viridis* et *pallidus* valuisse constat; nunc autem *χλωρός* semper *viridis* significat; syllaba *-μός* suffixa formatur novum adjectivum *χλομός*, *pallidus* (velut *θερ-μός* calidus, *δοχ-μός* obliquus). Aliud exemplum est *λουτρόν*, quod apud veteres et aquas calidas (Homeri *θερμὰ λοετρά*) et frigidas *λοετρὰ Ὠκεάνοιο* Il. XII, 449 et alias) significabat. Nunc vero *lutró* vocabulo semper uteris, cum de aquis calidis loqueris; aquae marinae autem *bánjo* vocantur, quod nomen ab Italis depromptum est.

Adde *uγrós* (humidus) cujus *u* cum sanscr. *uksh-âmi* et latino *uveo* (*ugveo*, Curt. p. 176) comparare licet. In graeco *ὑγρός* jam *u* in *r* extenuata est.

§ 32. *u* zaconicum.

Sequuntur quaedam vocabula, quae nisi in dialecto zaconica non inveniuntur. Qua in re commentationes sequor, quas Devillius (1866) et Maur. Schmidtius Stud. III emiserunt.

γúla λάχανον valet. Ducitur ab eadem radice qua *γoὴgíli* (vet. *γογγυλίς*), eo tantum discrimine interposito, quod non reduplicatum est. Eodem cadit *ὁ γύλιος* vel *γυλιός* (Arist. Ran. 527 etc.), quod et ipsum reduplicatione caret. Cfr. Curt. etym. p. 165, ubi sanscr. *gul-â σφαῖρα*, *γογγυλίδιον* (Galenus) affertur. Significatio radicis naturalis ac

principalis est *rotundus*, ex qua vis et rapi et globi prodire potuit. Cfr. praeterea Devill. p. 40.

džúa = vet. *δρῦς*, neogr. *valanjá* vel *valanδjá* vel *velanδjá*. *ρ* post dentalem in Zaconum dialecto ut *š* vel *ž* pronuntiari solet. Cfr. Devill. p. 89, qui tamen mea quidem sententia minus recte *tšúa* scripsit.

žugó = *ζυγόν*, quocum *ζουγῶνερ· βόες ἐργάται Λάκωνες* pro *ζυγῶνες* conferre licet.

kuváne ductum a vetere *κύανεος*. Hesychius *κουανᾶ· μέλανα, Λάκωνες* tradit.

kúe = *κύων*, gen. *kuné* (*κυνός*), plur. *kúnï* et *kúnu*. Boeotos *κοΐνες* dixisse commemoravi (Ahr. I, 180).

kútele, ἀγγεῖον ξύλινον, a vetere *κότυλος*.

kutšúmba, gibber (*κοσύμβη*) sine dubio cum *κόρυμβος*, *κορυφή* cohaeret. Curt. p. 480. Hesychius tradit: *καθόλου πάντα τὰ μετέωρα καὶ εἰς ὕψος ἀνατείνοντα κορύμβους λέγουσιν.*

mudží (humor ex oculis stillans) a vet. *μυδρή*. Glossam Hesychii conferas: *μυδαλέον . . . . τὸ ἐπίδακρυ καὶ κάθυγρον ὄμμα*. In ceteris dialectis offertur *tsímbla*, de cujus etymologia non habeo quod dicam. De *dž* videas quae supra s. v. *džúa* dixi.

múza = *μυῖα*. In reliquorum Graecorum sermone vocalis *i* in *j* mutatur; quod cum ante vocalem a in *γ* obduruerit, *míγa* effectum est. Zacones retento vestustissimo literae *u* sono et *j* in lenem sibilantem dentalem mutato ad suam vocis formam pervenerunt.

mundú (neograecum *vizéno*) est vet. *μυζάω; nd* prodisse mihi videtur ex *δδ*, quod assimilatione ex *δj* natum est. *δδ* in dialecto Locrensium et Boeotorum offertur, veluti *σφάδδω*, *θερίδδω* (Ahrens I. 75). Ut vero *π* ante aliam *π* nonnunquam in *μ* transit, ut *κύββα* (*ποτήριον* Hesych.) in *κύμβη*, ut *καββαλία* (= *κατβαλία*) in *καμβαλία* (Hes. v. Kühneri gramm. I 205), eadem ratione in dialecto zaconica *δ* ante *δ* in *ν* transiit. Forma igitur exstitit qualis *šínda* pro

ῥίζα[1]. — In *mundú m* initiale conservatum est, in *vizéno* autem in *ι* transiit. Praeter *vizéno vizí* (mamma) occurrit, et *kávuras* ductum ab Hesych. *κάμορος* (*κάμμορος*). Sic *avrámilo* (prunum) ex *βράβυλον* (rhod. et sic. *κοκκύμηλον*) quasi populari etymologia natum est. Propter medium enim *a* dubitaverim ex *ἁβρόμηλον* ipso ducere.

mundalía est accusativus substantivi *μυρταλίς· ἡ ὀξυμυρρίνη, ὡς λάκωνες*, Hesychius. Zacones *δ*, quod inter duas vocales occurrit, saepe elidunt, *aláï* = *ἐλάδιον*. *maïndu* = *μαδίω*; *šanía* = *σανίδα* (*σανίς* tabula, axis, pl. *šaníe* = *σανίδες*); *púa* = *πόδα* (*ὁ ποῦς*; *díu* = *δίδω*, v. Devill. p. 81. Quam elisionem etiam in dialecto Calabriae maxime Martani et Calimerae invenimus: *aláï*, *vráï* = *βράδυ* (*ἑσπέρα*), *dío* = *δίδω*, etc. v. Morosi p. 106; eandem apud Cyprios, Rhodios, Carpathios alios. Atque cum mutatione *ϱ* literae in *ν* ante *τ* certe aptissime dialecti doricae *λ* in *ν* mutatio comparari potest. Nam *λ* et *ν* societate summa conjuncta sunt et cum in vetere lingua tum in recentiore haud raro permutantur. Sic habes: *ἦλθε*, dor. *ἦνθε*, neogr. *írθe* vel *írte*.

púi, lat. *pus*, vet. *πῦον*, neogr. *émbjo* (*ἔμπυον*).

šúko = *σῦκον*. cf. Ahrens II 125: *σούκινος, ὁ εὐνοῦχος*, pro *σύκινος*.

Notissima sunt *γunéka* = *γυνή*, *pšuχré* = *ψυχρός*, *fušaü* = *φυσῶ*, cf. Devill. p. 90.

Denique vocabulum *tšérvule* afferre cogor, ut Devillii etymologiam refutem. Is enim habet haec:

„*τσέρβουλε* (*τσ* = *tš*) *sandale grossière, qui s'attache avec des bandes de cuir. En Chalcidique τσέρβουλον: en Crète σερβίλι. Grec ancien ἀρβύλαι: εἶδος ὑποδημάτων et ἅρμυλα· ὑποδήματα· Κύπριοι. Hésych. — Le tš (s crétois) initial paraît représenter une aspiration. Cf. l'esprit rude d' ἅρμυλα.*“ Eandem etymologiam Schmidtius affert, neque tamen eam formationem insolitam ac paene miram esse

1) Nonnullis in vocabulis *ϱ* initiale in *š* commutatum est.

negat. At mea quidem sententia consonae duplices nunquam e spiritu aspero prodire possunt: id saltem constat, praeter illud nullum aliud exemplum exstare. Syllaba *tšerv* autem ad *καρβ*, quod deinde in *κερβ* mutabatur, referenda mihi esse videtur. Tum vero *κ* assibilatione *tš*, *ts*, *s* facile apparere potuit. Radicem eandem esse atque in *καρβατίνη* = *ὑπόδημα* (Hesych.; cfr. Curt. p. 490) verisimile est.

Aliae vero dialecti sparsa *ω* pro *υ* exempla exhibent, veluti dial. Calabriae: *fsunnó*, (*ἐ*)*ξυπνέω* (e somno excitare) et *χρυσάφι* (demin. ex *χρυσός*). Morosi (p. 164) se Calimerae *χρυσό* quoque audivisse dicit. In dialecto trapez. *lukudás* pro *λύχος* (Passov. carm. 505, 10) et *fundári* = *φυτάρι* (*φυτόν*) occurrunt. Qua in dialecto *ν* non raro ante *τ* exstat: *óndan* — *ὅταν*. V. Passovii indicem sub voce *φουντάρι*. Ab eadem stirpe *φυ* *fundómo* (crescere, frondescere) quoque ducitur.

§ 33. *ω* pro vetere *ῃ* et *ει*.

Non desunt exempla *ω* loco aliorum *ῃ* sonorum positae velut *ῃ* et *ει*. Quod assimilandi quadam vi, quam *ω* subsequentis syllabae exercet, fieri potest. Exemplum affero *susuráδa* (motacilla, *σείω* et *οὐρά*), vet. *σεισοπυγίς* (*σείω* et *πυγή*). Passovii lexicon *σεισούρα* exhibet, attamen dubium id esse subiungitur. Equidem pro *σεισούρα* scribere velim *σεισουράς*. Etiam in latino sermone *ω* sibi interdum assimilavit vocalem, sic *cubucalari* (Grut. 1111, 2) legitur pro *cubicalari* et posteriore aetate *butumen* pro bitumine (Corssen II, 368 etc.). *kolosúsa* quoque motacillam significat, cuius compositi alteram partem nihil aliud esse puto nisi part. praes. *σείουσα*.

Vicinae vero consonae effecerunt, ut *ῑ* in *ω* abierit in:

susúmi = *σήσαμον*, *supjá* (sepia, loligo) = *σηπία*, *famízo* = *φημίζω* (clarum reddo, illustro); *δuljó* = *δειλιάω* (timeo, timidus sum); *zuléro* = *ζηλεύω*; *zuljá* vel *zúlja* = *ζηλία* *ζῆλος*); *fukári* praeter *fikári* (vagina, theca, *θήκη*.

De *fasúli*, quod a Mullachio (p. 124) ad *φασήλιον* refertur, infra disputare mihi in animo est.

Relinquitur, ut exempla quaedam singularia commemorem, in quibus *i* (*ι*, *η*, *ει*) in *u* obscuratum est. Terminatio verbalis — *όμην* primum in *úmin* ac deinde in *úmun* transiit. Neque quisquam erit quin nasales sonos hoc effecisse intellegat. Imperfectum verbi *kítome*[1] (*κεῖμαι*) pro *ekitómin*, *ekítumun* occurrit, in quo accentus quoque reductus est; *ἔρχομαι* — *írχumun*; *γίνομαι* — *jínumun*; *βαρέομαι* (= *βαρύνομαι*) — *evarjúmun* ex *ἐβαρεόμην*. *εἰμί* quoque ut verbum medium flectitur: *íme*, *íse* (*εἶμαι*, *εἶσαι*) etc.; pro imperfecto *ἤμην* ne a vetusto quidem sermone alieno auditur *ímun*. Maxime vero observandum est, quod vocalis thematica illis in verbis semper *u* manet: *írχumun*, *írχusun*, *írχuntan*, *irχúmaste* (*α* et *ε* locum permutaverunt in *μεσθα*), *irχúsaste*, *írχuntan*. In tribus singularis numeri personis et in tertia pluralis etiam *e* paragogicum accedere potest, *irχúmune*, *irχúntanee*.

Terminatio *úδi* in substantivis saepe occurrit: *pleksuδi* (coma in gradus formata) nisi ad *πλεξείδιον* (demin. verbi *πλέξις*) referri non potest (Cfr. Suidas sub voce *ἕρσις*. Lobeck, elem. path. p. 394). De terminatione *ύδιον* neque hic cogitari potest neque in *parθenúδi* (*σκαρολάχανον*), quod est deminutivum vocis *παρθενίς* et teste Polluce (VI, 106) florem quendam significat. *uδi* plerumque veteri *ίδιον* respondet. Mullachius (p. 158) vetustissimum huius terminationis exemplum extare dicit apud Catraren in anacreontico illo carmine *εἰς τὸν ἐν*

1) Radix *κει* aucta est tenui *τ*, quae eadem reperitur in verbo *θέτο* (*θε*) pro *τίθημι*. Memoratu dignum est verbum *stékome* (*sto*), cujus stirps *sta* (in *ste* debilitata) consonanti *κ* aucta est, velut in vetere lingua exstant: *ὀλέκ* (*ὀλέκοντο*) juxta *ὀλε*, *βακ* (*βάκτρον*) juxta *βα* (*βῆναι*), *ἐρυκ* (*ἐρύκω*) juxta *ἐρυ* (*ἐρύω*). Merito de *stékome* dicere possum, quod Curtius Etym. p. 62 de *ἥκω* (stirps *já*) dixit: „*Es hat neben der Praesensform etwas anerkannt Perfektisches in der Bedeutung.*"

φιλοσόφοις φιλόσοφον, ubi (v. 12) habes: *καὶ φιλοσοφοΐδιν*. Item apud Ptochoprodom. I 293 *κατοΐδιν* (catulus) a *catus*, quod scriptores latini posterioris aetatis exhibent.

§ 34. *iu* vel *ju* pro vetere *v*.

Consideratis et iis exemplis in quibus *u* veteri *v* respondet, et iis, ubi quasi contra naturam pro *ĭ* (*ι*, *ῃ*, *ει*) irrepsit, nunc ad ea vocabula animum referamus oportet, in quibus pro *υ* *iu* vel *ju* offertur, quae sonorum conjunctio quasi media inter *u* et *i* est. Iam in dialecto boeotica praeter *υ* et *ου* *ιου* quoque scribitur, velut *τιούχα*, *Διουσίας*, *Ὀλιουμπίωνος*. Nostris vero diebus multa exempla dialectus zaconica praebet: neque tamen in dialecto Magnae Graeciae et in ceteris desunt.

Sed antequam vocabula dialecti zaconicae, quae huc pertinent affero, pauca quaedam praemonere liceat. Devillius in § 23 sub titulo: „*K pour P et T*“ vocabula affert, in quibus ante *ι* vocalem *π* vel *τ* in *k* mutetur, velut: *κηγάδι* = *πηγάδι*, *κίσον* = *ὀπίσον*, *κίνου* = *πίνου*, *κιμή* = *τιμή*, *δεσποκής* = *δεσποτής*. Ex § 29 autem apparet, *k*, cum pro *τ* vel pro *π* primitiva ponatur, non in *ts* (*tš*) assibilari. Talibus in vocabulis *ju* syllaba in locum veteris *υ* successit. Exempla sunt *kjuré* = *τυρός*, neogr. *tirí*, et *prakjá* = *πλατί(ς)* et *kjúle* = *στύλος* (columna, columen). Devillius *κκιούλε* scribit, assimilatione, ut putat, effecta. Quam si in *akkó* (*ἀσκός*, lacon. *ἀκκός*) et *itté* (= *ἰστός*) statuit, utique consentio. At in initio vocabuli assimilationem vix probari posse, sed potius *s* abjectum esse crediderim.

Iam *k* ante *ju* in *kjúfu*, *κύπτω* primitivum est; *kjúfu* autem non idem valet atque *κύπτω*, sed *dormire* significat, ut non multum absit a latino *cubare*, quod eadem a radice ducitur.

Etiam ante ceteras gutturales *χ* et *γ* *iu* invenitur. Huc spectant ea vocabula, quae Maur. Schmidtius (pag. 351) affert: *γιούρο* et *γιουρίζου* = *γύρος* et *γυρίζω*. Quomodo

autem *γι* pronuntietur, ex illa scriptura cognoscere non possumus.

χjúre est vetus *χοῖρος*. Equidem crediderim ob eam causam *ιον* pro *οι* exstare, quod *οι* diu sonum *ι* conservaverit et aliqua ex parte adhuc habeat. Tamen *ljutšénu* quod Devill. p. 51 affert pro vetere *ὀλισθαίνω* (nisi forte *ljitšénu* scribendum sit), *ju* etiam pro *i* exstare docet.

Ut vero *τ* ante *i* vocem in *k* transiit, ita *δ* in *γ*:

óŋgjuma = *ἔνδυμα*; in Zaconum dialecto vero proprie *subucnlam* significat.

kaŋgjúmata veteri *καδδύματα* respondet, quod vocabulum ex analogia homerici *καδδῦσαι* (nom. plur. fem. part. aor. II. act.: Il. IXX, 25) formare licet. Valet autem *ἥλιον δυσμαί* vel, ut Graeci nunc dicunt, *easílemma tu jilju* (*βασίλεμμα*). Pro *δύομαι jukkúmene* habes, quod proprie partic. praes. verbi **δύσχομαι* est. Nam praesens et imperfectum medii vel passivi participio praesentis auxilio verbi substantivi formantur, quare *énmi jukkúmene* = *εἰμὶ δυσχόμενος* (*δυόμενος*) = *δύομαι*. De *δ* ante *j* abjecta supra egi.

Post *s* quoque haud raro *ju* auditur pro *v*, ut in

šjúru = *σίφων*. Supra duae illae formae *sírno* et *sérno* allatae sunt, quibus nunc Graeci utuntur: his *súrno* subjungendum est, quod Locrenses habent. A *šjúru* Zacones perfectum *ešjúŋga* formant.

Pro *sfirízo* vel *sfurízo* (vide ea quae supra dicta sunt dialectus zacon. *šjušjurízo* exhibet, cujus reduplicatio consimilis est atque latini *susurro*.

tšjúnu, neogr. *ksíno*, vet. *ξύω*, unde substantivum *tšjúta* = *ξύστρα* strigilis) derivatur. Habemus in his vocabulis *ts* vel *tš* pro *ks* (*ξ*), velut in *tšénä σφιγξ*, ducendo ab *ὀξύς*. Vespa igitur hoc nomen duxit ab aculeo, sicut *ὀξύνα*, occa. ab acuminibus.

pšjúχa (*psúχa*) australes Zacones pro *ψυχή* dicunt: accentum a vetere *ψυχή* abhorrere videmus. Ab eodem vocabulo *psuχarúδa* = *ψυχή* (papilio ducitur et id ex *ψυχαγός*

prodiisse videtur.. Ceteri Graeci papilionem *petalúda* vocant, natum ex *πεταλίς* et ab *πέταλον* (folium) propter similitudinem sic appellatum. Ceterum et in *psuχarúda* et in *petalúda* exitus *úda* pro *ída* offertur. Genuinum autem *u* praebet exitus *úya* in *fterúya* (ala), a *πτέρυξ*.

Cum autem *ϱ* consonam in dialecto zacon. *ι* vocalis insequitur, *ϱ* litterae *j* quoddam adhaeret; sic *perjípato* = *περίπατος*, *frjídi* = *ὀφρύδιον*, alia audiuntur. Fieri non potuit, quin propter antecedens *ϱ j* in locum *ι* succederet. Cujus rei exempla affero: *grjúfo* = *κρύπτω*, formatum a stirpe primitiva *κρυφ*, et *kárja* = *κάρυον*, ubi stirpem in exitu decurtatam habemus, ut *grémmu* = *κρέμμυον*, in quo tamen *u* intactum manet. Post *λ* exstat *ju* in *ljúko* = *λύκος* et *ljutséno* = *ὀλισθαίνω*, in quo *st* (*σϑ*) in *ts* inversum est. Denique ex illa dialecto affero: *njútta* (nox) = *νύξ*; ceterae dialecti *níkta* et *nýχta* habent. *κτ* in *tt* assimilatione transiit, ut in *δáttelo* = *δάκτυλος*. Cfr. ital. *notte*.

Iam quaeritur, quemadmodum illud *ιον*, quod Devillius. Morosius, Schmidtius, alii scribunt, pronuntiandum sit, utrum praeponderet *i* an *u* *níutta* an *niútta*). Devillius et Schmidtius *νιούττα* quidem scribunt, accentu super *u* posito, unde apparet *u* vocalem, cum accentum ferat, propriam esse: tamen qui sit *ι* literae sonus, utrum naturam vocalis conservet an artiora necessitudinis vincula cum praecedenti consona contrahat, ex illa scriptura minime perspicimus. Morosi autem habet quae huc spectant; is enim cum vocabulis zacon. comparat *áχjuro* (*ἄχυρον*) quod incolis Martani in usu est, et *χjúno* = *χύνω*, cui *šúno* eorum respondet, qui *Cargese* incolunt. Ex hoc cognoscitur *i* vocalem esse desiisse. et in *j* transiisse, ita ut fieri posset, ut *χj* in *š* mutaretur. Inde concludere possumus, in vocabulo *λιοῦχο* (zac.) *λι* dorsalem in modum et sic articulandum esse, ut Lusitani *lh* in *lhama* enuntiant. Quamquam ne cum Morosio quidem prorsus consentire possum. Nam (pag. 105) dicit: „*Tal è (id est š) la pronunzia del χ anche a Cargese: sciúno per χύνω;* ad hoc (p. 100):

„*Spezialmente doppo gutturale non è infrequente ου per υ non accentato: juréo, jurízo* (γυρεύω), *junnò* (γυμνός), *ciùri e ciuriacì* κύριος, κυριακή). Quae vocabula cum eodem loco cum boeot. θουγάτηρ, κούνες, οὔδωρ conferat, plane eum fugit illis in vocabulis non *u*, sed *iu* veteris υ loco positum esse. Facili tamen negotio rectum verumque cognoscere possumus, in ιου *i* in consonam *j* extenuatum esse, quae deinde cum praecedenti consonanti in sonos quosdam transeat, veluti *tšurjatší*. Cum *ciúri*, quod Morosius habet, ζοῦρε = κύριος, quod exhibet Schmidtius (p. 353) comparare possumus: simul intellegitur, quomodo ζοῦρε pronuntietur.

Praeter ζοῦρε ζουφαλά quoque exstat, quod idem ex Thierschii libro depromptum est. Schmidtius haec tantummodo habet: „*ζ für k vor e, i, u nach Thiersch.*"

In ζουφαλά autem res ita se habet: in dorica forma κεφαλά inter κ et ε consonans *j* irrepsit (*kjefalá*) et tum *e* in *o* obsuratum est. Vide quae supra dixi de *jofíri* et *jómma*. Deminutivum κεφάλιον sic in *kjofáli* transiit. *tšofáli* Morosio auctore in Calabria occurrit; nam p. 98 dicit: „*In adofsìo* (ἀδέξιος), *sciopánno* (σκεπάω), *scolìda* σκελίς (equidem *sciolìda* suspicor), *ciofàli* (κεφαλή), *parassoguì* (*accanto a parassaguí di Soleto*, παρασκευή) *per e interno ci si presenta o. tšofáli* et zacon. *tšufalá* proxime absunt: nam quis est quin intellegat in eo tantummodo illud ab hoc differre, quod *o* in *u* obscuratum est. Devillius quoque falso κουφαλά scribit, quamquam addit: κ = *tš*, *ts*; versatur ei ante oculos *κυφαλά, ad quod probandum glossam Hesychii affert.

CAPUT II.

U ex o vocali obscurata est.

Efficitur haec obscuratio consonis labialibus *m*, *f*, *v*, *p*, liquidis *l* et *r*, aut duabus vel pluribus consonis, quarum prima aut liquida *l* vel *r* aut una ex nasalibus *m*, *n*, *ń* aut sibilans *s* est.

§ 35. *U* pro *o* ante *m*.

zumí, dem. ex ζωμός (jus, liquamen). Inde ducuntur *zumátos* (succosus; de exitu „*atos*" supra dictum est), *zumjá* (succositas), *zumjázo*, (succum exprimo).

psumí praeter *psomí*, demin. ex ψωμός. Neogr. verbum valet ἄρτος (panis). ἄρτος nisi in zacon. *ánde* non conservatum est, quo in vocabulo ϱ in *v* ante τ transiit.

kumára et *kumári*, ductum a κόμαρον. Inde derivatur *kumarjá* (spina appendix [Plin. XXIV, 3, 70]). De formis reduplicatis *kukumára* et *kukumarjá* supra dictum est.

akrumázome hoc loco aptissime afferri existimo. Est haec forma maxime in Epiro et Thessalia pervulgata pro ἀκροῶμαι vel ἀκροάζομαι, quod Athenaeus ex Epicharmo depromptum exhibet. Ducitur autem a radice indogerm. *kru* (sanscr. *çru*); graecam vero linguam duas stirpes habuisse existimandum est, alteram quidem magis primitivam κροF, alteram paulo juniorem κλυ longe lateque diffusam. Prior affertur cum *F* in ἀκροβᾶσθαι, quod in dialectis invenitur; digammatis vestigium autem etiam nunc in *akrumázome* exstat. De transitu *r* in *m* (*β* in *μ*) v. Roscheri dissertationem. Nonunquam vero *v* in *f* transiit, ut in *gnéfo* pro *nevo* (*névo*), quare et *akrofázome* et, cum *o* ante *f* saepe in *u* obscuratum sit — qua de re statim dicam — *akrufázome* apparet. Quae formae, quantum equidem compertum habeo, non in usu versantur, versantur autem formae

afokrúzome et *afukrúzome* in Creta et in insula Carpatho; hae vero metathesi ex illis prodierunt. In Epiro, Thessalia, Acarnania *kurmázome* quoque auditur, id quod ex Passovii carm. IX, 6; LV, 3; LVI, 3 apparet, et *akurméno* (*-αίνω*, X, 3); utraque in forma *kurm* ex *krum* per metathesin natum est.

Iam quamquam de zaconica dialecto quod ad illam obscurationem attinet, infra loqui mihi in animo est, tamen videtur mihi ab hoc loco haud alienum esse considerare ea vocabula, in quibus *o* in *u* propter *μ* obscuratum est, quae alia in dialecto non inveniuntur. Occurrunt autem haec:

strúma pro *στρῶμα*.

túma pro *στόμα*. Devillius et Schmidtius *ttúma* scripserunt, assimilationem factam esse arbitrati. Equidem unum tantummodo *t* scribo, cum unum audiatur. *apsífuma* (crepusculum) ducitur a vetere *ψέφας*, *ψέφος*, unde *ψεφόω* formatur. *apsifóni* in Mainotarum dialecto offertur. Hinc natum est substantivum *ψέφωμα*, ex quo denique *apsífuma* prodiit. Quocum aptissime illud *glaucuma*, ortum ex *γλαύκωμα*, quod Ritschelius (Prol. Trin. p. 95) affert, conferri potest. In *apsífuma* *a* prostheticum apparet, ut in *amoskála* (vel *amoská* ejusdem dialecti pro *μασχάλη*, et in sexcentis neogr. vocabulis (*amasxáli*).

Quibus zac. dialecti exemplis *χúma* pro *χῶμα*, quod Bovae Calabriae; Morosi p. 99) occurrit, subjungi potest.

Necessitudinem autem, quae inter *m* et *u* intercedit, talis forma qualis *δraχumí* vel loer. *δraχumí* praeclare demonstrat. Nescio quo pacto cogitamus de plautino *drachuma* ac talibus de formis quales *Alcumena*, *Tecumessa* etc., in quibus inter *ch* et *m* vel *c* et *m* irrationalis vocalis *u* vel *i* irrepsit, qua factum est, ut faciliores fierent ad dicendum. Videas quae Ritschelius in Op. II. p. 469—523 dixit.

Praeterea haec usitata vocabula huc cadunt:

jasumí = *ἰασμί* et *yuráni*, de quibus supra satis disputatum est.

γυδί (mortarium), ductum a *ἰγδίον*, quod ex *ἴγδη* deminutum est. Illud *ἰγδίον* vel luculentissime rationem linguae popularis docet. Nam dum prius *ι* quod accentu vacat, magis magisque primitiva quantitate privatur, quasi compensandi causa inter *γ* et *δ* irrationalis quaedam *υ* nascitur, quae paullatim ita invalescit, ut denique vera vocalis exsistat, una cum ruina prioris *ι*. *γδί* autem, istius *υ* expers, in composito *γδιχέρι* (pistillum) exstat, quod docet Graecos *γδ* initio vocis bene posse pronuntiare, id quod praeterea ex *γδίνο*, *γδέρνο*, *γδίμνός* apparet, de quibus ante dictum est.

§ 36. *U* pro *o* ante *f* et *v*.

Necessitudinem quandam cum *u* vocali etiam fricativa *f* habet, id quod apparet ex *lúfos* (senex aetate confectus) et *lúfa* (anus aetate confecta), quae mihi quidem ad *λωφάω* esse referenda videntur, ita ut *lúfos* proprie eum significet, qui requiescit curasque vitae remittit.

rufó idem est atque vetus *ῥοφῶ*. Inde ducuntur *rufistá* (adv. *sorbilo*), *rúfizma* (sorbitio), *rufizmatáiki*.

kufós = *κωφός*. Hinc ducuntur *kufáδa* (surditas), *kuféno* (aures obtundo). Supra dixi apud hodiernos Graecos studium quoddam exstare, verborum significationes notionesque acriter distinguendi, ita ut quam maxime evitetur unum verbum duabus vel pluribus significationibus usurpari. Sic verbi *κωφός* vera atque propria significatio est *obtusus*, *sensibus imbecillus;* ergo fit, ut et surdum et mutum et myopem significet. Attamen nunc *kufós*[1] surdus tantum vocatur, mutus autem *ruós* (vel *vocós*) dicitur, quo vetus *βοβός* vel *βωβός* conjectura assequi possumus, de cujus etymologia non habeo, quod dicam.

Sequuntur ea exempla, in quibus obscuratio vocalis *o* in *u* leni fricativa *v* effecta est:
koluvós et *koluróno* pro *κολοβός* et *κολοβόω*.

1) Vetus *κουφός* jam non exstat in sermone populari.

glurí = *κλωβίον* (Eustath. ad Dion. P. 1131 : hinc *glurjázo* (condo in caveam).

luví (cutis, putamen) a *λοβός* (stirps est *λεπ* : Curt. p. 191). Aliud demin. est *luvíði*, quod idem valet.

kúrakas (bufo) a vetere *κοάξ*. In *κοάξ* o pro *F* exstare videtur Curt. p. 522. Quod si ita est, *u* vocem irrationalem intellegimus, cui vel accentus appositus est. Attamen potuit quoque fieri, ut praeter *κοάξ* talis forma qualis *κοβάξ* exstaret, ex qua *kúrakas* ita prodiret, ut *o* in *u* obscuraretur. Quam obscurationem et in zacon. *prúato* invenimus, in quo *o* prius in *u* obscuratum esse existimandum est quam *β* ejectum sit; nam elisione *β* literae non productio suppletoria fit, id quod ex *prúato* Carpath. et Chalc.) luculentissime apparet. Consimiliter in dialecto Calabriae *luúði* (pro *luvíði*) et *ruúti* occurrit. Hoc de vocabulo Morosi p. 98) dicit: *In ruútti* (*ἐρέβινθος*, *abbiamo u per e, certo pel tramite di o (cfr. ῥοβίθιον M)*. *Cfr. fra i Zakoni ζοιφάλα p. κεφαλή*. *rovíði* neograecum et *ὄρ-ο-βος* veterum stirpem *ὀροβο* indicant neque est cur *e* in *u* transiisse existimemus, cum id parum usitatum sit.

§ 37. *U* pro *o* ante *p*.

alúrí = *ἀλόπηξ* (stirps est *ἅλωπ*, v. Curt. p. 334). De *alurú*, in quo eadem illa obscuratio offertur, propter *u* finalem paullo infra disputabitur. Ab hoc autem loco non abhorrere mihi videtur, varias vocabuli *ἀλόπηξ* formas afferre. Ab illo *alurú* proxime *alorú* abest, cui primum *alerú*, *alérí*, deinde *alírúna* — quod in Calabria habes — denique brevissimum *alrú* subiungenda sunt.

kurí = *κοπίον*, quod ex *κόπη* deminutum est. Hic illud *panjá kurja* commemorandum est, quod in ore atque sermone nautarum versatur (acc. plur. substantivorum *πάντον* [Eust. p. 1435, 56: a lat. *pannus*] et *κοπίον*). Deprompsi equidem hanc phrasin ex Protodici libro, qui exemplo hoc utitur: *ἀπὸ τὴν Σύρον ἕως τὸν Μέρμιγκα ἤλθαμεν πάντα κοπιά* et ita interpretatur: *κατ' ὅλον τὸν πλοῦν ἐπλέομεν μὲ τὸ*

πανία καὶ τὰ κωπία, id est *velis et remis*. Affert ille consimile quoddam ex Poll. onom. I, 103: *περὶ τοῦ ἔξω πλοῦ, εἰρεσίᾳ πλεῖν, ἀνέμῳ πλεῖν· εἴρηται δὲ καὶ ἱστιοκώπῃ, ἀλλὰ βέλτιον εἰρεσίᾳ καὶ πνεύματι*. Passovii lexicon *ἱστιοκώπῃ* non exhibet. Sed ascribendum numero copulativorum compositorum est, quae quidem apud antiquos Graecos perraro inveniuntur. Appellantur autem in sanscr. *dvandva*.

kúnupas (culex), a *κώνωψ* ductum. Hinc nascitur deminutivum *kunúpi*. Quinam factum sit ut *kunupídi* brassicam botryitidem (*Blumenkohl*, Linné) valeat, equidem non compertum habeo. Prius *o* propter alterum obscuratum est.

§ 38. *U* pro *o* ante *l*.

Notum est in sermone latino pro antiquiore *o* ante *l* saepissime posteriore tempore *u* legi. Huc spectat illud quod habet Ritschelius (fict. lat. p. 8, 17, 18) *pocolom*, ad quod ex inscriptionibus accedunt: *tabolam, consol, Hercolem, popolom* etc. Simile igitur quid factum est in his vocibus neograecis:

puló = *πωλῶ*. Derivata sunt *púlisis, pulitís* etc.

skúlikas = *σκώληξ*; inde derivatur *skulikjázo* (vermium plenus sum).

skulópendra = *σκολόπενδρα* animal quoddam marinum significat, quod forma anguis simile est et duos parvorum ac rubrorum pedum ordines habet, quibus rupibus adhaerescit. In vetere dialecto *σκολόπενδρα* valet praeterea *μυριόπους* (millepeda), cui insecto nunc nomen *χίλιοπόδαron* est.

úlos praeter *ólos* = *ὅλος*.

pulí cum avem tum pullam avem significat. Eust. (ad Il. I, 126) *πωλίον* exhibet. Minime igitur dubitandum est quin a *πῶλος* (pullus) deducendum sit. Alia quoque deminutiva formantur, et quidem haec: *pulári, puláiki, pularáiki*. Terminatione *pulos* filius indicatur, velut *Χρηστόπουλος* (filius Christi), *Ξανθόπουλος* (Xanthi filius) etc. *Púlja*

quoque huc referas, quod nunc Plejadum nomen est; quamquam etiam *glóssa* (gallina glociens) et *alétri* (aratrum) exstant. Vox *púlja* autem eodem modo intellegenda est, quo *Πελειάδες* ex *Πλειάδες*. Hic autem duo spectanda sunt. Primum huc pertinet studium illud plerisque populis commune, ut vocabula magis recondita ad verba nota et vulgaria quoddammodo accomodent. Quod vulgi proprium studium Foerstemannus aptissime *Volksetymologie* nominavit. Sic in ore agricolarum ex *Ἀθῆναι Anθína* (florens) prodiit, *Κρίσσα* in *to χrusó* (τὸ χρυσοῦν, aureum), *Δελφοί* in *i aδelfí* (fratres) mutatum est. Ut vero hoc ex vocabulo fabula de duorum fratrum certamine orta est, ita pro certo sumendum est, formam *Πελειάδες* vetustiorem esse quam fabulam illam, Atlantis filias in colombas conversas esse. Deinde autem hoc studium eo adjuvatur, quod inter consonantes quasdam vocales irrationales facile irrepunt. Sicut in *Πελειάδες* inter *π* et *λ* *ε* irrepsit, eodem modo *u* oriri potuit. Testimonio est *puljó* = *pljó* (πλέον, v. Passovii indicem).

Ac Devill. (p. 70) ex dial. zac. hoc exemplum *o* in *u* ante *l* obscurati exhibet: *tšulé* = *ψωλός* (ceteri Graeci *psulí* pro *ψωλή*). Atque in dial. zac. *p* ante *s* in *t* transiit. Praeter illud subdubitandum quidem *katsínu* (Devill. p. 49) consimile in cypr. *katsurízo* (flagrare) occurrit, quod eadem ratione formatum est atque neogr. *kapsalízo* (adurere, torrere), ductum a *καυσαλίς* (Hesych.), pustula igne accepta. Iam apud Nicetam (XII—XIII saec.) legimus *τσευδίζειν* pro *ψευδίζειν*.

§ 39. *U* pro *o* ante *r*.

áγuros = *άωρος*. De hoc vocabulo Curtius (p. 560) haec dicit: *In dem von Mullach angeführten ἄγουρος = ἄωρος ist das γ ebenfalls alt überliefert, so dass wir es dem für ὥρα, ὧρος (No. 522) erwiesenen j, das in demselben Stamme im Altsächsischen zuweilen als g erscheint (gêr annus), vergleichen dürfen.*

agurída = ὄμφαξ, quod cum alibi tum in usitatissimo illo proverbio auditur: *agáli agálja jínete i agurída méli, ἀγαλὶ ἀγάλια* (turc.) *γίνεται ἡ ἀγουρίδα μέλι*, (vet. *χρόνῳ καὶ πόνῳ τὰ καλά*).

aguróladho = ὀμφάκινον ἔλαιον. Haud scio an *aingúri* quoque huc referendum sit, si etymologia „ἐκ τοῦ ἄωρον ἐσθίεσθαι" vera atque recta est. Quod nasalis ante gutturalem intercalatur, non est mirandum, cum idem saepissime fiat velut in *aingináta* pro *κινάρα*, ubi tamquam medium *akináta* sumendum est, formatum *α* prothetico.

purí ex *πῶρος* (tophus) deminutum est.

káçuras pro *κάμμορος* supra commemoratum est, cum de *r* pro *μ* occurrente agebatur.

larí (lorum) est vetus *λωρίον*.

skuriázo (robiginem traho) a *σκωρία* (stercus ferri) ductum est. Neque zacon. *kuráði* quidquam aliud est nisi *σκώρ* exitu *άδι*(*ον*) formatum, quocum eadem significatione usurpatur. *s* initiale ante *t* vel *k* in dialecto zac. ejici solere antea dictum est. *kuráði* verbum idem valet etiam in Graecia septentrionali, in cretica vero dialecto *kuráði* (a *κείρω* ductum) gregem ovium significat. Cuius vocabuli in ambiguitate maximum momentum positum est comoediae a D. K. Byzantio scriptae: *Βαβυλωνία, ἢ ἡ κατὰ τόπους διαφθορὰ τῆς ἑλληνικῆς γλώσσης.* Inducuntur autem in scenam *Ἀνατολίτης, Πελοποννήσιος, Νῖος, Κρής, Ἀλβανός, Κύπριος, Ἀστυνόμος ἑπτανήσιος, Λογιώταιός τις.* Qui postquam Turcos apud Navarinum (neogr. *Nýokastro*, vet. *Πύλος*) rem male gessisse compererunt, laetantur ac triumphant, quod Graecia liberata sit, quapropter diem festum agunt. Epulantur autem et, cum patrio quisque sermone carmen cantaret, fieri non potuit quin ob varias dialectos errores et deinde dissensiones ac discidia orerentur. Ad summam autem discordiam velut cumulus accedit, quod Cres Albano opprobrio criminique dat Albanos in Creta omnes oves comedisse.

Iam homo albanus *κουράδια* perperam interpretatus adversarium telo in brachio vulnerat. Quo facto praefectus morum cum ministris interveniunt, fit cognitio, singuli examinantur. Ille cum propter varietatem sermonis rem intellegere non posset, omnes comprehendi atque in vincula conjici jussit, caupone non excepto. Postea vero, simulatque multa jocosa acciderunt et error perspectus est, in libertatem vindicantur et complexi inter se laetissimis animis discedunt. — Quae fabula ad complures recentiores dialectos cognoscendas maximi est momenti.

Likúrja (pagus Arcadiae) ductum est a *Λυκώρεια*. Eodem nomine vertex ille Parnassi Delphos versus situs appellabatur. Ibi id vocabulum duabus formis conservatum occurrit: *Likéri* enim summus mons appellatur, *Ljakúra* autem totus mons cum omnibus cacuminibus. V. *Ulrich, Reisen und Forschungen in Griechenland*, quocum in eo quod *Ljakúra* vocabulum albanicum esse judicat, non consentio.

θuró haud raro invenitur, maxime Thasi pro usitato *θoró* (= *θεωρῶ*). Saepe fit ut *ι*, *υ*, *ε* ante aliam vocalem in *j* transeant, quod *j* deinde maxime vero post spirantes et liquidas interdum ejicitur. Sic habes *αγréno* (efferare) pro *ἀγριαίνω*, *αγráδα* pro *ἀγριάς* (*αγuráδα* quoque cum *u* irrationali, a quo acriter distinguendum est illud *αγuríδα*). Attamen *εο* quoque contrahi potest, veluti *Θεόδωρος* in *θόδoros*, *θεολόγος* in *θolóγos* (quod fit *θolóos*).

Consimile vocabulum atque *θuró* est *fasúli*, quod Mull. (p. 123) ex *φασήλιον* prodiisse sumit. Quod equidem negaverim, cum et *fasúli* et *fasóli* aeque in usu versentur. Iam vero Galenus (Lob. path. 129, 2) proprium plantae nomen *φασήολος* fuisse dicit. Praeterea *φασίουλος* quoque offertur, in quo *o* jam in *u* mutatum apparet. Cum vero ex utroque deminutiva formamus, *fasióli(on)* et *fasiúli(on)* habemus. Deinde *j* post *s* ejecto *fasúli* et *fasóli* occurrit. Eadem ratione *poljombría* (*πολυομβρία*, tempestas pluvia, Geop. 1, 8, 3) in *kolumbrjá* transiit.

Iam pauca haec vocabula ex dialecto zaconica afferam in quibus *o* ante *r* obscuratum apparet.

χúra, quod cum idem sit atque vetus *χώρα*, tamen non universe terram, sed agrum (*ἀγρός*) significat (neogr. *χoráfi*).

murjíkku (necc), neogr. *θanatóno* vel *skotóno*. Radicem *mor* (*μορτός*, morior etc.) esse manifestum est. V. Devill. p. 56.

kurádi supra commemoratum est.

§ 40. *U* pro *o* ante duas consonas.

O vocalis in *u* mutatio etiam tum exstat, cum liquidas *l* et *r* vel nasales *m*, *n*, *ń*, *ŋ* vel denique sibilantem *s* alia consonans sequitur. Hoc in numero *l* mihi omittendum erat, cum ne unum quidem exemplum omnium dialectorum commune afferre possim, in quo consonans *l* insequente alia *o* in *u* mutaverit [1]). Est hoc singulare quid linguae neograecae, quod cur factum sit difficile est dictu. Etenim *l* et *u* societate quodam teneri testimonium vix dubitandum est illa *o* litterae in *u* obscuratio, quae fit apertis quas dicunt in syllabis, i. e. in iis, in quibus post *l* alia consonans non exstat; cujus mutationis satis multa exempla attulisse mihi videor. Quare si placet statim ad *r* quam consonans sequi-

1) Facile fieri potest, ut in hac vel illa dialecto sparsa inveniantur exempla, in quibus obscuratio exstet. In Macedonia verbi causa *ulpída* pro *ὀλπίς* (*ἐλπίς*, cf. Hes. *μολπίς*) dici cognovi, praeter quod etiam *orpída* auditur. Quo loco liceat mihi de *e* et *o* vocalium commutatione pauca proferre. *o* pro *ε* in vocabulorum initio saepe exstat velut in:

oχtrós = *ἐχθρός*, *órχome* = *ἔρχομαι*, *ombrós* = *ἐμπρός*, *ombrostá* — *ἔμπροσθεν*, *ókso* vel *óksu* = *ἔξω*, *óksoδos*, *oksoχí*, *omnostjá* = *εὐνοστία* (*evnostía*, *emnostía*), *omorfjá* = *εὐμορφία* etc. Ex his omnibus exemplis elucet, permultum quidem valuisse insequentem vocalem *o;* tamen accedere mihi videtur, quod insequentes liquidae vel nasales vel labiales huic mutationi favent; quare habemus *olέfteros* = *ἐλεύθερος*, *orpída* = *ἐλπίς*, *Orrjós* = *Ἑβραῖος*, *óngjuma* = *ἔνδυμα* (zac.). Quibus addi potest: *oχéndra* (vipera), quod ab eadem stirpe qua *ἔχις* ductum est.

tur, transeamus. Hic quoque pauca exempla habeo, certe pauca vere Graeca, cum de iis quae ex italica dialecto deprompta sunt, paullo infra disputaturus sim. Huc autem quae spectant sunt haec:

γυργά (celeriter), praeter quod *γοργά*, adverbium derivatum ex vetere *γοργός*.

purnó (tempus matutinum), ductum a *πρωϊνόν*, quod est recentior forma pro *πρώϊος*. Medium quasi locum obtinent *porinón* (quae forma ita orta est, ut *pro* per metathesin in *por* transiret), et *pornó*, quod praeter *purnó* invenitur.

kurtaló (pulso, fores pulso) idem est atque vetus *κροταλίζω*, eo tantum discrimine interposito, ut neogr. magis singulari atque propria significatione usurpeur

kurmí (corpus), et *kormí*, dem. a *κορμός*, quod vocabulum adhuc exstat et truncum arboris significat. Thasii pro *κορμί* dicunt *kukurmí*. Qua cum obscuratione lat. *furmica* (Anal. Gramm. Eich. Endt. p. 443) pro *formica* comparare licet. Ad *kormí* etiam *kúrvulo* (truncus vitis) refertur, zac. *kórvule*.

Amurgó nunc audit *Ἀμοργός*, patria Simonidis poëtae.

murgóni Protodicus (p. 48) explicat: *φακοειδές τι πλέγμα ἐκ βελονοειδῶν συρμάτων πεπλεγμένον, προσαρμοζόμενον ὡς προσωπεῖον ἐπὶ τοῦ προσώπου ἐν καιρῷ τοῦ τρυγητοῦ τῶν μελισσῶν πρὸς προφύλαξιν τῶν κέντρων αὐτῶν*, et jure ab Hesych. *μόργος* (crates) ducit: *μόργος, φραγμός, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς ἁμάξαις φράγμα, ἐν ᾧ τὰ ἄχυρα φέρουσι*, et Poll. onom. VII, 116 habet: *τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν ἅμαξαν περίφραγμα, ὃ περιλαμβάνεται δικτύοις, μόργον καλεῖται, καὶ μοργεύειν τὰ δράγματα ὑπ' αὐτῷ φέρειν*.

purpató, praeter quod *porpató* et *porvató*, ortum est ex *περιπατῶ*.

purpidó (praeter quod *porpidó*), ex *ὑπερπηδῶ* prodiit. Syllaba enim *por* (*pur*) in compositis et pro *ὑπέρ* et pro *περί* occurrit.

kurdízo (horologium intendo) huc quoque videtur referendum esse, cum *κόρδα* communi consuetudine sermonis pro *χορδή* (chorda) diceretur (Eust. p. 1915, 23).

Quibus exemplis subjungatur zac. *purtése* = ἔμπροσθεν. V. Devill. p. 63, qui laconicum ἔντεσα (= ἔντοσθεν) et ἐξέσας (= ἔξωθεν) confert.

Ante *m* quam consona sequitur, *o* litera obscurata in *u* apparet hisce in verbis:

kumbí (malleolus) = κομβίον, a quo ducta sunt verba *kumbóno* et *kumbjázo.*

rúmbalon, quod singulari numero conum, plurali ludum conorum significat, amplificata ῥόμβος nominis forma est.

De vocabulis quae huc pertinent externis vide infra.

Ante *n* consonam sequente alia *o* vocalis saepenumero in *u* mutata est: primum quidem ante *nt* in 3. pers. plur. verborum, ubi attica dialectus *ουσι* exhibet: *φυλάττουσι,* quae terminatio ad primitivum *οντι,* quod in dial. dor. integrum conservabatur, revocandum est: *φέροντι* (sanscr. *bhar-a-nti*). Unum quoque exemplum lingua latina et id quidem in *tremonti* (carm. sal. Fest. p. 205) offert. Deinde vero ex *onti, ι* abjecto, *ont* prodiit, sicut exstat in *consentiont* (t. Scip. B. f. C. 32). Temporibus belli syriaci autem terminatio *u-nt* pro vetere *o-nt* exsistere coepit, ut in *consoluerunt* (Ep. d. Bacc. C. 196); v. Corssen II p. 175 sqq. Iam vero concedendum est, eandem viam et linguam graecam ingredi potuisse. Quare imprimis posteriorum Doriensium sermonem popularem *φέρουντι, τρέμουντι* exhibuisse sumendum est. Ac deinde, cum *ι* abjecta esset, *τ* vero remanere non posset, *φέρουν, τρέμουν* evaserunt, formae nunc usitatissimae. Quarum similia sunt quae in inscriptionibus latinis posterioris aetatis inveniuntur: *fecerun* (C. I. No. 2658) et *quiescun* (C. I. No. 3528) [1]. Sed cum exitum *ντι* in indicativo perfecti quoque habeamus, eadem ratione hae formae explicandae sunt:

---

1) Cretica vero dialectus eo procedit, ut in exitu *υν* et indicativi et conjunctivi *ν* omittat et formas: *kratú, katikú* pro κρατοῦσι, κατοικοῦσι atque in imperfecto *θόru* pro ἐθεώρουν exhibeat, quas formas cum *dedro* tituli Pisaurensis (C. I. L. No. 177) conferre licet.

ἐκοιμήθηκα, 3. pers. plur. *ekimíθikan*; *ἐστάθηκα* (pro *ἐστάθην*) 3. pers. plur. *estáθikan*. Proprium enim est linguae vulgaris, stirpi aor. prim. passivi (*ἐστάθη*) exitum perfecti activi *κα* subjungere et aoristum eodem modo flectere quo perfectum. Exitum *kan* a *κάντι* ducendum esse cum Cypriorum *ekimiθíkasi*, *estaθíkasi* etc. formis probatur, tum eo quod complures dialecti accentum in *σθη* syllaba servant; ergo *jelastíkan* ex *ἐγελασθήκαντι*. Videas contra, quae Mullachius (p. 233) disseruit.

Conjunctivi vero formationes huc referendae sunt hae:

1) Conj. praes. act., qui cum ind. plane consentit: *να γράfun* = *ἵνα γράφωσι*, ducendum a *γράφωντι*.

2) Conj. aor. act., veluti *να γράpsun* = *ἵνα γράψωσι*, ortum ex *γράψωντι*.

3) Conj. aor. pass. non ab indicativo *κα* terminatione aucto formatur: *να kimiθún* = *ἵνα κοιμηθῶσι*, revocandum ad *κοιμηθῶντι*.

His in formis *un* ex *ωντι* ita prodiisse videmus, ut *ωντι* in *unti* obscuratum et deinde *i* vocali abjecta *unt* in *un* mutatum sit.

Vocalis *o* subsequente *ντ* in *u* obscurata in 3. pers. plur. praes. med. offertur, velut *érχunte* (*ἔρχονται*); *ω* vocalis autem sic mutatur in conjunctivo *érχunte* (*ἐρχωνται*) ceterisque qui similem in modum formantur conjunctivis. In reliquis quoque personis indicativus et conjunctivus congruunt: *érχume*, *érχese*, *érχete*, *erχúmaste*, *érχeste*, *érχunte*. Ut vero 1. pers. sing. et plur. *o* in *u* ante *m* obscuratum exhibent, ita etiam verba contracta, quae cadunt in *άω*, in 1. pers. sing. et plur. aeque ac in 3. pers. plur. *u* in *o* mutatum offerunt: *timúmen* (*τιμῶμεν*), *timún* (*τιμῶντι*, *τιμῶσι*), *kimúme* (*κοιμῶμαι*), *kimúmasθe* (*κοιμώμεθα*), *kimúnde* (*κοιμῶνται*). Quae in dialecto Calabriae usitatae videntur formae *úte* pro *únde*, ut *agapúte* pro *agapúnde*, sic ortae sunt, ut, quoad *ν* exstabat, *o* in *u* mutaretur.

o in *u* ante *nd* in zacon. *skúnde* pro *σκόρδο* (*σκόροδον*)

transiit. De mutatione *ϱ* in *ν* ante *τ* literam vide, quae de *mundalía* dixi.

u autem ante *ig* ex *o* prodiit in *sfuigári* (*σφογγάριον*, fungus), a quo derivata sunt *sfuigarízo* etc.

§ 41. *U* pro *o* ante *δ*, *ϑ*, *ν*.

Obscuratio *o* vocalis denique ante interdentales spirantes et dentalem nasalem occurrit. Cujus rei haec sunt exempla: *tragúdi* (carmen) et *tragudó* (canto), quod universa, ut ita dicam, significatione gaudet; similiter verbum *βουκολιάζεσϑαι* a Theocr. (id. V, 44 et 60) de carmine pastorali vel rurali in universum ponitur, etiam si caprarius et opilio cantant.

Pro *tragúdi* et *tragudó* hodierni Byzantini et incolae Bovae (Calabr.) *travúdi* et *travudó* dicere solent; similiter in Calabria *evó* pro *ἐγώ* et *vorázo* pro *ἀγοράζω* et *mavdalíni* pro *Μαγδαληνή* audis.

gludjúzo, quod medium est inter lat. *glocio* et graec. *κλώζω*; ad eandem stirpem redit *glúdjo avgó* (ovum gallinae subjectum, ovum putrescens), praeter quod etiam *sglúdjo avgó* et *sgludjázo* et *sglúvjo*. Monendum est, *gludjázo* non idem valere atque *κλώζω*, sed significare *incubari*, *putrefieri*.

rúdi (malum punicum), praeter quod *róidi* et *ródi*, vetus *ῥοΐδιον*. Inde derivatum est *rudjá* (arbor punica) = *ῥοϊδέα*. Idem fere dicendum est de *vúdi* (bos) juxta *vódi*, *vóidi*, unde ducta *vudópulo* (juvencus) et *vudosfázo* (boves caedo) etc.

vuϑõ = *βοιϑῶ*; occurrit jam apud Herodotum *βωϑῶ* forma.

púϑe = *πόϑεν*; quo vocabulo utuntur qui regionem ad Agrapha montem incolunt. (Passov. carm. XXV, 1.)

úϑi in dial. zacon. pro *ὄφις* exstat, neogr. *fídi*.

mudjázo (torpescere, quod de manibus, pedibus, hebescere, quod de dentibus dicitur) per apocopen ex *αἰμωδιάω* (Aristot.) natum est.

korúna est vetus *κορώνη*. Et hoc et permulta alia vocabula, ut *χελόνα*, *velóna* etc. pro *η* doricum exitum *α* exhibent.

sapúni (sapo), *sapunízo* (sapone illinere), *sapunóχομα* (creta cimolia) a *σαπώνιον* deducta sunt (Schol. Theocr. 3, 17), deminutivo vocabuli peregrini *σάπων*, quod primum apud Aretaeum (CX. fere anno post Chr. n.) exstat.

fliskúni (pulejum) est vetus *βλιχώνιον* (*βλίχων*), cujus *χ* recentius esse quam *σχ* illius pro certo habeo. *β* propter sequens *λ* in *f* obduruit.

perúni (furca) ex *περόνη* deminutum est. *e* in *i* transiit, id quod sapenumero ante liquidam *l* fit, velut *kiladó* (*γlikokiladó*, suaviter canto). Haud raro hoc in vocabulo quasi intermedius sonus auditur, qui quidem neque plenum *i* est: *kĭiladó*. Hoc vocabulum non dicitur nisi de cantu avium, qua significatione occurrit apud Luc. philops. 3. *i* pro *e* praeterea in *χiliδóne* juxta *χeliδóni* habemus. Lexicon neograecum a Weigelio editum *πιροῦνι* clavus magnus exhibet, furcam autem *πιροῦνι* scribit. Similiter Passovius *κηλαδῶ* scribit; quod cur fecerit, equidem non intellego.

psunízo nunc universe emere valet, *ὀψωνέω* vero proprie *obsonium emere* valuit. Invenitur quoque *ὀψωνίζω*, quod *rem frumentariam comparare* significat. Pro *psunízo* et *psúnizma* auditur etiam *pusunízo* et *pusúnizma*.

malaθúna Protodicus in patria Paro occurrere dicit. Significat autem vas nexum, in quo cera melle exemto iterum exprimitur. Iam quamquam ille hoc vocabulum haud inepte ad vetus *μαλαθών* (secundum III. declinationem) vel *μαλαθώνη* (sec. I decl.) revocat, tamen potius ad vetus *μαλθώνη* retulerim et *α* irrationalem vocalem postea ortam esse putarim. Mea sententia confirmatur vocabulo *μάλθη* et ab Hesychio et a Pollucе proposito. Ille haec tradit: *μάλθη· μεμαλαγμένος κηρός*, Pollux autem (X, 58—59): *ὁ δ' ἐνὼν τῇ πινακίδι κηρὸς ἡ μάλθη ἡ μάλθα*.

Ηρόδοτος μὲν γὰρ κηρὸν εἴρηκε, Κρατῖνος δὲ ἐν τῇ Πυτίνῃ μάλθην ἔφη, Ἀριστοφάνης δὲ ἐν τῷ Γηρυτάδῃ
τὴν μάλθαν ἐκ τῶν γραμματίων ἥσθιον.

gunatízo et *e'igunatízo* Bovae (Calabriae) pro *γonatízo* offeruntur.

krambúni, quod vocab. zacon. est et *κράμβη* (neogr. *láχano*) significat, Devillius (p. 50) ad vetus *κραμβώνιον* refert. Quod si ille recte explicavit, *krambúni* jure nunc affertur. Sed equidem vereor ne insit exitus *ύνιον*, velut in *στηθύνιον*, ducto a *στῆθος* (Ephipp. ap. Athen. 9, 370 d). Quod si ita est, *κραμβύνιον* certe comprobandum et *krambúni* alio loco tractandum est.

§ 42. *U* insequentis syllabae *o* vocalem praecedentis sibi assimilat.

Hoc loco aptissimum videtur exemplis confirmari illud quod haud raro iam indicatum est, *u* sequentis syllabae *o* praecedentis sibi assimilare. Assimilatio autem, quam vocales efficiunt, semper fere regressiva est, ita ut vocalis sequentis syllabae vocalem praecedentis sibi aequalem reddat. Notum est apud Romanos *i* vocalem tale quid saepe efficere, rarissime *u*, cuius rei exemplum esse videtur *rutundus* pro *rotundus* (Lucr. II, 451, 458, 466; Bouterw. Lucr. quaestt. p. 8). V. *Corssen* II, 369. At in neograeco sermone mirum quantum *u* vocalis ad assimilandam praecedentem syllabam valet. Omissis iis quae aliis locis allata sunt exemplis, haec affero: *ruθúnja* (nares) vet. *ῥώθωνες*. Inde ductum *ruθunízo*. In dialecto calabra praeter *rutúnja* etiam *rusúnja* invenitur et in zaconica per metathesin *tšúnja* evasit (Devill. p. 46).

luχúna (puerpera), inde *luχúnenima* et *luχunévo* derivata sunt. Prius autem *u* non ortum esse nisi effectu posterioris, id ex *ta lóiχja* (purgatio puerperae) evidenter apparet.

vurvúlakas cum *μορμολύττομαι* conferendum et ad **μορμόλαξ* revocandum est, cuius deminutivum *μορμολύκιον* exstat. Praeter *vurvúlakas* etiam *vurδúlakas*, *vurkólakas*, *vru-*

kólakas inveniuntur. Ὁ *Βουρκόλακας* nomen est carminis popularis suavissimi, quod exstat in Pass. carm. pop. n. 517, quodque nostras poëta *Buerger* cognovisse videtur, cum carmen quod inscribitur *Leonore* conderet.

kuluθó vel *kulutó* est vetus ἀκολουθῶ. Thasii autem *gluθáo* dicunt.

Luculentissima autem huius assimilationis exempla ad finem seposui. Sunt haec:

In lingua vulgari *oῦτος (útos)* et *αὐτός* (quod idem valet), *ποῖος (pjós)*, *ἄλλος* syllaba paragogica *νος* amplificantur, quam ob rem *tutonós*, *aftonós*, *allonós* nominativi sumendi sunt, qui quidem ipsi non inveniuntur, inveniuntur autem casus obliqui, qui inde prodierunt. Cum igitur viderimus quomodo nomina *útos* vel *pjós* vel *állos* forment genetivum singularis omnium trium generum et genetivum pluralis:

tutunú, *tutinís*, *tutunú*, *tutonón*,
piunú, *pianís*, *piunú*, *pionón*,
allunú, *allinís*, *allunú*, *allonón*,

cumque omnem nominis *αὐτός* declinationem cognoverimus:

Sing.	*aftós*	*aftí*	*aftó*
	aftunú	*aftinís*	*aftunu*
	aftonón	*aftinín*	*aftó*
Plur.	*aftiní*	*aftinés*	*aftaná*
	aftonón	*aftonón*	*aftonón*
	aftumús	*aftinés*	*aftaná*,

facile intellegemus, quantam vim vocalis sequentis syllabae in vocalem praecedentis exerceat.

Huc pertinet ratio qua in dialecto zaconica verbum *ἄνθρωπος* declinatur:

o átšopo	*i atšípi*
tu atšúpu	(gen. deest.)
ton átšopo.	

Huc denique spectat quod in eadem dialecto verba in *όω* cadentia non ut in lingua vulgari in *óno*, sed in *úno*

mutantur, idque per vim *u* finalis, de qua infra agam. Sed cum hac tum alia quoque ratione verba in *όω* cadentia formantur: *kk* (= sk) enim ad stirpem accedit, ut in *jimnúkku* = *γυμνόω*, *šiderúkku* = *σιδερόω*. Atque ex his quidem exemplis eo clarius intelligetur vis *u* sequentis, quo minus consonae insequenti ulla vis vocalis mutandae tribuenda est.

§ 43. *U* pro *o* in vocibus externis.

Sequitur, ut pauca dicam de vocabulis ex Italia depromptis, quae maxime in dialecto Calabriae et ionicarum insularum inveniuntur, atque exponam, quomodo in illis transitus *o* vocalis in *u* se habeat, utrum frequens sit an rarus. In his igitur verbis *o* multo saepius in *u* transit quam in vere graecis, imprimis cum labiales *m*, *b*, *p*, *f*, *v* insequuntur. Exempla affero haec:

kumbanjáro (comitor), ab ital.	*compagnare.*
kumbáros (*σύντεκνος*)	*compadre.*
kumbáso	*il compasso.*
kumandándis (praefectus)	*comandante.*

Consimiliter latinus sermo vulgaris posterioris aetatis haec exhibet: *incumparabili* (C. I. No. 1549), *cumparatori*, *cumpari*, *cumpascua* etc., quae mutatio vocis *o* saepe tum fit, cum praepositionem *con* in compositis consonans sequitur (Schuchardt II 128 sqq., Corssen II 169).

kuvénda (colloquium) non a turcico *qouvvet* ducitur, sed et hoc et illud a co(n)ventus derivantur; *kuvendjázo* valet convenire, colloqui;

supportévo (*-εύω*), *ὑποφέρῶ*,	ital. *sopportare.*
sulatsáro (*περιπαιῶ*, ambulo),	ital. *sollazare.*
búrsa	it. *borsa*
respundévo (*-εύω*)	- *rispondere*
i lundanántsa	- *lontananza*
i furtúna (tempestas)	- *fortuna*
kurtesía	- *cortesia*
mantsurána (amaracus)	- *maggiorana*

farmagéla (caseus, τυρίον)	it. *formaggio*
tárta (scriblita)	- *la torta*
kardéla (linum, linea)	- *la cordella*
γunéla (vestimentum, tunica interior)	*la gonella*
ta suspíria	- *i sospiri*

Maxime autem huc spectant ea vocabula, in quibus exitus ital. *ona*, *onía*, *one* in *úna*, *uníα*, *úni* mutati sunt, velut

i remisjúna = *la remissione*
i prisunía = *la prigionia*
i padrúna = *la patrona*
to cantúni = *il cantone*
to miljúni = *il milione*
to pitsúni = *il piccione*.

§ 44. *U* pro *ω* in fine vocabulorum.

Omnibus dialectis communis est terminatio *u* et ea quidem in stirpibus fem. quae cadunt in *o* et secundum 3. declinationem flectuntur. Quo modo κερδώ, eodem *alupú* (vulpes) formatum est, quod ad **ἀλωπώ* redit. Quare Corais illud Hesychii *ἀλωπά* in *ἀλωπώ* mutari jussit. Alia eiusmodi substantiva sunt: *fayú* (femina edax), masc. *fayás*; *maγulú* (bucculenta). Prope Athenas in olivetis *Panaijá Kolokiθú* est, ut erat apud veteres *Δημήτηρ Σιτώ*. Illa autem substantiva ita flectuntur, ut nom. et acc. singularis aequales sint, genitivus in *us* exeat. Pluralis autem e stirpe amplificata — *ud* efficitur, ut *alopúδes* (nom. et acc. plur.) et *alopúδon* (gen. pl.). Iam constat inter omnes, dativum omnino ab hodierno sermone esse alienum eiusque vice gen. et acc. fungi. Hoc vero ab illis sonorum affectibus — velut pro τῷ ἔδωκα (*αὐτῷ ἔδωκα*), *tu éδoka* — ortum esse puto.

Cuius rei simile dialectus thessalica exhibet, in qua non solum mediis in verbis *ω* in *ov* mutari solet ut *Κραννονίον* pro *Κραννωνίων* in nummo apud Mionn. suppl.

III p. 281; ibidem p. 284 in nummo *Γομφιτοῦν* ex antiquiore *Γομφιτάουν* pro attico *Γομφιτῶν*), sed etiam in fine verborum *ῳ* in *ου* transit, velut *κερδοίου* pro *κερδῴῳ* (C. I. Gr. n. 1767; Ahrens I, p. 221).

In dialecto Calabriae autem adverbia loci quae in antiquo sermone in *ω* exeunt, *u* exhibent:

apánu apáu, *pánu páu* pro *ἐπάνω*; inde ducitur *apupánu* = *ἐπάνωθεν*. Praeterea et *apá* et *pá* offeruntur, in quibus *u* abiectum est.

kátu, *káu* (et *ká*), et cum *a* prothetico: *akátu*, *akáu* (*aká*) pro vetere *κάτω*; compositum est *apukátu* (= *ἀπὸ κάτω* = *κάτωθεν*).

ésu = *ἔσω*, quocum compositum est *dósu* (= *ἐδῶ ἔσω*, intro) et *apósu* (= *ἀπὸ ἔσω*, ex interiore parte, e domo).

éfsu (*ἔξω*); Sternatiae dicitur *édzu*.

ettú, *ittú*, *tú* (hic) certe non huc referenda sunt, cum non ex adverbio in *ω* cadente, sed sine dubio ex *αὐτοῦ* (= *αὐτόθι*) prodierint. Pro illo adverbio in dialectis zacynthia et cephallenia *eftú* exstat. (Pass. carm. pop. 593 v. 5 et 9, et in fine eiusdem libri dist. amat. n. 341, 342, 343).

ítu, *ídu*, *íu* Morosi (p. 99) pro *οὕτω* affert. — De omnibus his adverbiis cfr. Morosi p. 151.

Restat, ut de dialecto zaconica pauca dicam. In ea ut in calabra adverbiorum exitus *ω* in *ου* obscuratur, velut

opísu	pro *ὀπίσω*
ánu et *apánu*	pro *ἄνω* et *ἐπάνω*
ésu	pro *ἔσω*
ótsu	pro *ἔξω*.

His adverbiis cognominata sunt *tánu*, *tásu*, *tátsu*, ex *τὰ* et *ἄνω*, *ἔσω*, *ἔξω* per crasin orta.

In nulla alia autem dialecto nisi in zaconica haec occurrunt:

1) Adverbia ita formantur ut *σ* abjiciatur: *kalú* = *καλῶς*, *pú* = *πῶς*. Iam *apopperú* (hodie vesperi) quoque videtur esse adverbium. *pp* assimilatione ortum est, ut in

epperí = *ἐσπέρι*. Ergo **ἀποσπερῶς* sumere licet, quod deinde in *ἀποσπεροῦς* transiit, quod vocabulum in annalibus Moreae occurrit (Devill. p. 36). *ἀποσπερῶς* similiter formatum est atque *apórpse* (ex *ἀπὸ* et *ὀψέ*, quod ceteris Graecis commune est pro vetere *ταύτῃ τῇ ἑσπέρᾳ*.

2) nomen numerale *δίυ* pro *δύω* (Devill. p. 106). Invenitur quoque *δί;* utrumque indeclinabile est.

3) nom. sing. pron. pers.: *ezú* pro *ἐγώ*.

4) genitivi plur. pron. 1. et 2. pers.: *námu* (*emúnane* est amplificata forma) pro *ἡμῶν*, dor. *ἁμῶν*. Habet Devillius (p. 108) *ναμούνανε* pro *ἐμούνανε*, sed ex sequenti pagina apparet id erratum typographi esse. In *námu* Devillius *ν* euphonicum esse existimat. *emúnane e* pro *ι* exhibet, velut *emí* = *ἡμεῖς* offertur. Gen. plur. pronominis *ekjú* (*σύ*) — revocandi ad *ἐτύ* (*τύ*) — vel *nímu* vel *njúmu* sonat.

5) Iam *u* pro exitu *ων* participii praesentis act. exstat, velut *orú, agapú, filáttu, kréfu* etc. pro vet. *ὁρῶν, ἀγαπῶν, φυλάττων, κλέπτων*. Cuius participii feminina forma ita oritur, ut *σ* elidatur: *orúa* (*ὁρῶσα*): *agapúa* (*ἀγαπῶσα*). Barytona autem non solum *σ*, sed etiam *ου* ejiciunt: *filátta* (*φυλάττουσα*), *kréfa* (*κλέπτουσα*). (Devill. p. 113 sqq.). Qua ex participii forma et verbo substantivo *émmi* praesens prodit: *emmiorú* (contr. *emmorú*) = *εἰμὶ ὁρῶν* = *ὁρῶ*.

6) Exstat praeterea *u* pro *ω*

a) in conj. aor. act., qui particula *θά* praeposita (ex *θέ να* pro *θέλω ἵνα*) etiam futuri loco usurpatur, velut *θa oráu* (*ὁράσω*), *θa agapíu* (*ἀγαπήσω*), *θa rápsu* (*ῥάψω*) etc.

b) in conj. aor. pass., qui et ipse *θa* syllaba praeposita pro futuro passivi occurrit. *θa oraθú, θa effraθú* (*εὐφρανθῶ*), *θa θammastú* (*θαυμασθῶ*) etc.

Denique ex dialecto zaconica haec memoratu digna sunt:

1) exitus participii *úmene* pro *ώμενος* et *όμενος*, velut *orúmene* (*ὁρώμενος*), *lefúmene* (*λεπόμενος*). Passivi quoque praesens et imperfectum analytice, i. e. verbo substantivo

et participio compositis formantur, ut. *émmi orúmene* = εἰμὶ ὁρώμενος = ὁρῶμαι.

2) exitus comparativi *útere* et pro ὤτερος et pro ότερος: *χamelé* (χαμηλός), *χamelútere*, *lekó* (λευκός), *lekútere*, *γlikó* (in comm. dial. γλυκός pro -ύς), *γlikútere*. Superlativi semper fere analytice formantur.

BEITRÄGE

ZUR

GRIECHISCHEN UND LATEINISCHEN

ETYMOLOGIE

VON

SOPHUS BUGGE.

βλάπτω

hat man in neuerer Zeit theils mit skr. *mlāpajāmi* welk machen, die Spannkraft benehmen (Causat. von *mlā*, *mlājati*), so Kuhn Zeitschr. XIV, 158, Curtius Grundzüge [3] S. 490, theils mit skr. *glāpajāmi*, *glapajāmi*, in ein Unbehagen versetzen, erschöpfen, mitnehmen, in Verfall kommen lassen (Caus. von *glā*, *glājati*, zusammengestellt, so Benfey Or. und Occid. I, 574. Das Germanische dürfte vielleicht hier entscheiden. Ich vergleiche mit *βλάπτω* altn. *glepja*, Prät. *glapða*, *glapta*, Pcp. *glapðr*, *glaptr*. Von *βλάπτω* sagt Passow: „Bei Homer herrscht der Begriff des Hinderns oder Aufhaltens, insofern daraus ein Schaden für den Aufgehaltenen erwächst." Ganz dieselbe Bedeutung kann dem altn. *glepja* namentlich in der älteren Sprache beiwohnen. Mit dem homerischen *βλάπτειν τινὰ κελεύθου* gleichbedeutend ist *glepja manns* (oder *manni*) *farar*, wo die Verschiedenheit der Construction den Grundbegriff des Verbs nicht berührt. Mit dem homerischen *βλάβεται δέ τε γοῦναι ἰόντι* vergleiche man altn. *glapmaði hánům bæði heyru ok sýn* (sowol Gehör als Gesicht schlug ihm fehl). Auf den Geist übertragen heisst *βλάπτειν* bethören, verblenden; so auch *glepja*. Wie *βλαφθείς* sinnverwirrt sein kann, so wird von *glepja afglapi* ein blödsinniger Mensch abgeleitet. Besonders jedoch wird *glepja* von der Bethörung, Verführung eines Weibes gesagt. Die Construction *glepja einhvern at geði* ist der griechischen *νόον βεβλαμμένος* analog. In Zusammensetzungen kommt öfter das Subst. *glap* neutr. vor, welches durch *βλάβη*, *βλάβος* wiedergegeben werden kann.

glęppja setzt eine urgermanische Form *glapjan* voraus. *glap* führt auf eine vorgermanische Wurzelform *ghlab* zurück; dies ist nach meiner Vermuthung aus *glabh* umgesetzt, wie got. *greipan* auf *ghrab* statt *grabh* zurückgeht. Zu diesem *glabh* verhält sich gr. *βλαβ* statt *glab* wie *στρά-βων*, *στροβέω* zu *στρέφω*. Daneben erscheint, wie so oft, eine durch *ρ* erweiterte Form im skr. *glāpajāmi*, *glapajāmi*; vgl. z. B. lat. *stupere* neben skr. *stubh* staunen machen, kirchenslaw. *stapŭ* stab, skr. *sthāpajāmi* stützen, fest machen, neben dem synonymen *stambh*, *stabhnōmi* u. s. w.

γλήνη, γλῆνος.

Diese Wörter hat man längst auf eine Wurzel *γαλ*, *γλα* „glänzen" richtig zurückgeführt. Dies wird durch keltische und germanische Wörter bestätigt. Man muss einen Adjectivstamm *γλη-νο* voraussetzen, von welchem auch die Namen *Γληνός* masc., *Γληνίς* fem. zu erklären sind, *γληνο* muss glänzend, fein, niedlich bedeutet haben. Auf dieselbe Grundform *glāna* geht kelt. *glan* zurück, dies lässt sich in allen keltischen Sprachen, auch wahrscheinlich schon im Gallischen nachweisen. Es bedeutet rein, glänzend (altir. *roglan* glänzte), kymr. auch niedlich; kymr. *glain* ist Juwel, Edelstein, und stimmt in der Bedeutung mit *γλῆνος* Schaustück, Prachtstück überein. Wie sich die Bedeutung „Augenstern" bei mehreren Völkern mit der Bedeutung „Edelstein" berührt, so im Griech. bei *γλήνη* Augenstern. Mit dem kymr. *glân* stimmt ags. *cláne* begrifflich genau überein; deutsch *klein*, ahd. *chleini* ist ursprünglich glänzend, rein, dann fein, niedlich, zierlich (deutsch. Wtb. V, 1088). Die germanische Grundform ist *klainja-s*. Dies ist aus *klanja-s*, *klānja-s* entstanden, wie altn. *hein* aus *hanjā*, vorgerm. *kanjā*, *hails* aus *halja-s*, vorgerm. *kalja-s* u. s. w., siehe Scherer zur Geschichte der deutsch. Spr. S. 472; *klānja* ist durch das Suff. *ja* von *klāna* = kelt. *glan*, gr. *γληνο* weitergebildet. Im Deutschen

wird das Wort, wie im Griechischen und Keltischen, von niedlichen Schaustücken angewandt, so mhd. *gimmen und ûz erwelte steine, die wâren kleine,* und so namentlich in *kleinod.*

Dies war schon niedergeschrieben, als ich die Wörter von Pott Wurzelwörterbuch I, 771—773 behandelt fand.

ἔρνος.

Mit skr. *ar, ṛṇōmi, ṛṇvāmi* erhebe mich, gr. ὄρνυμι errege, ὄρτο erhob sich, lat. *orior* gehört got. *rinnan* zusammen, siehe Kuhn Zeitschr. II, 460, Leo Meyer goth. Spr. S. 203 f. Die nasale Erweiterung ist in dem germanischen Worte wurzelhaft geworden. Ebenso verhält sich *af linnan* aufhören zu ἀπόλλυμι statt ἀπόλνυμι; *brinkan* zu skr. *bhṛṇāmi* ich brate, lat. *fornax, furnus.* Got. *urrinnan,* altn. *renna* wird vom Aufgehen der Sonne wie lat. *oriri* gebraucht; altn. *renna á* ist wesentlich dasselbe wie ἐπόρνυσθαι, *adoriri.* Hier mache ich besonders darauf aufmerksam, dass nord. *renna* „hervorspriessen, schnell wachsen" von den Bäumen, namentlich von den jungen Schössslingen gesagt wird. Eine ähnliche Anwendung ist auch dem lateinischen Worte nicht fremd, z. B. *terraique solum subigentes cimus ad ortus* Lucrez I 212. Hiezu stelle ich trotz des ε der Stammsilbe ἔρνος n. Schössling, junger Baum oder Zweig, Sprössling, Kind. Das Wort ist wie κτῆνος, ἔθνος gebildet, formell völlig gleich ist skr. *árnas* n. Woge, Fluth, wo die Bedeutung sich anders entwickelt hat. Diese etymologische Deutung stütze ich durch norweg. Dial. *runne* m. (urspr. Stammform *runnan*), *rune* m. (Stammform *runan*) und *renning* m., die von *renna,* got. *rinnan* abgeleitet sind und völlig dieselbe Bedeutung wie ἔρνος haben. Hierbei zeigt sich merkwürdige Uebereinstimmung des Ausdruckes in der griechischen und der nordischen volksthümlichen Dichtung: Homer sagt ὃ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος Il. 18, 437; so heisst es von einem jungen

schönen Manne in den norwegischen Volksliedern oft: er wuchs auf, *som ein seljurunne* (wie ein junger Weidenbaum).

Der Vokalunterschied in ἔρνος und ὄρνυμι kann der gegebenen Erklärung nicht hinderlich sein; denn ε wechselt mit *o* sowol bei verschiedenen Ableitungen von derselben Wurzel, als dialectisch bei einem und demselben Worte: πελλός und πολιός, ἐρκάνη und ὁρκάνη, Κέρκυρα und Κόρκυρα, Ἀπόλλων und Ἀπέλλων u. s. w., s. Leo Meyer vgl. Gr. I, 112. Schon Düntzer (Kuhns Zeitschr. XVI, 30) hat die Deutung von ἔρνος aus der Wurzel *ar* sich erheben als eine Möglichkeit genannt, er hat aber einer wie ich glaube verfehlten Vermuthung den Vorzug gegeben.

εὐνις.

Fick vergl. Wörterb. [2] I, 25. 188 erklärt nach dem Vorgange Benfeys εὐνις mit Recht aus einer Wurzel *vā* mangeln, fehlen. Diese liegt vor in skr. *ūna* ermangelnd, woran etwas fehlt, altbaktr. *ujamna* mangelnd, *ūna* f. Mangel, got. *van-s* ermangelnd, *van* n. Mangel. Die ursprünglichere Wurzelform finde ich bewahrt in skr. *vānjā* f. eine Kuh, deren Kalb todt ist; Böthlingk und Roth erklären *abhivānjavatsā* eine Kuh, die ein angewöhntes (fremdes) Kalb nährt, aus *abhi* + *van*, allein diese Erklärung lässt sich auf das unzusammengesetzte *vānjā* nicht anwenden. Dies *vānjā* steht formell und begrifflich dem gr. εὐνις (das *va-ni-s* voraussetzt) sehr nahe; man vergleiche z. B. Il. 22, 44:

ὅς μ' υἱῶν πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν εὐνιν ἔθηκεν.

θύρα, *fores, foras, foris; forum.*

θύρα gehört, wie bekannt, zu einer Wortsippe, welche durch die ganze indo-europäische Sprachwelt verbreitet ist; über den Ursprung ist man dennoch ganz im Dunkeln.

Auch der neueste Versuch, diese Dunkelheit zu entfernen (von Lefmann in Kuhns Zeitschr. XIX, 399 f.), scheint mir wenig glücklich: eine Wurzelform *dear* spalten ist nur vermuthet, nicht nachgewiesen; das anlautende *dh* der europäischen Grundform bleibt dadurch unerklärt, und für lit. *dvãras* Hofraum, lat. *forum*, was in der älteren Sprache „Vorhof" bedeutet (vgl. meine Bemerkungen in Kuhns Zeitschr. XIX, 435 f.), scheint eine Grundbedeutung „Spalt" nicht zutreffend. Ich will hier eine andere Vermuthung wagen. — θύρα (wie die entsprechenden Wörter in den verwandten Sprachen) kann theils als die Thüröffnung theils als die aus Bretern zusammengefügte Tafel, durch welche die Thüröffnung vermacht wird, aufgefasst werden. Die erstere Auffassung ist, wie ich glaube, die ursprünglichere. Im Altnordischen ist *dyrr* nur die Thüröffnung; diese wird durch *hurd* geschlossen. Skr. *dvāra* bedeutet überhaupt Eingang und Ausgang, Oeffnung, Loch; θυρίς ist nicht nur Thüröffnung, sondern auch Fensteröffnung. Dass die ursprüngliche Bedeutung „ein freier, offener, luftiger Raum besonders am Eingange des Hauses" ist, finde ich namentlich dadurch angedeutet, dass die Wortsippe in den meisten europäischen Sprachen zur Bezeichnung des Draussen angewendet wird (vgl. Pott Wurzelwtb. 2/1 S. 25 f.); so lat. *foris, foras*; θύραζι, θύρηφι foris; θύρδα· ἔξω. Ἀχαιοί; θύραζε foras; θύραθεν von aussen her; θυραῖος draussen befindlich; θυραυλέω im Freien verweilen; norweg. *dyra seg* sich hinaus verfügen; poln. *na dwór* hinaus, *na dworze* draussen, und Entsprechendes in anderen slawischen Sprachen. Auch die Bedeutung aula beim kirchenslaw. *dvoru*, Hofraum, Gehött an den Gebäuden, beim lit. *dvãras*, Marktplatz, in älterer Zeit auch vestibulum beim lat. *forum* setzt, wie mir scheint, „ein freier, luftiger, offener Raum oder Platz" als den ursprünglichen Begriff voraus; man vergleiche αὐλή von ἄημι.

In Uebereinstimmung mit dem obigen leite ich *dhva-ra, dhvā-r*, statt dessen im Indischen *dvāra, dvār* eingetreten

ist, *θύ-ρα* von einer Wurzel *dhvā, dhu* wehen, hauchen ab. *dhvāra* bedeutete also nach meiner Vermuthung „ein Ort, wo es weht", „eine Oeffnung (ein offener Raum), wodurch der Wind ziehen kann". Eine Wurzel *dhvā, dhva* mit der Bedeutung wehen, hauchen liegt durch *s* erweitert im lit. *dvāse* Hauch, Athem, Seele deutlich vor. Eine andere Erweiterung haben wir vielleicht im skr. *dhvaǵá* Fahne. Auch skr. *dhvan* tönen (woher *dhvānta* Name eines Windes), dürfen wir mit **dhva* hauchen vereinigen. *dhvā, dhva* ist eine Nebenform von *dhū, dhu*, was u. a. anfächeln bedeutet; so hat das Litauische *dūszìs* Seele neben *dvāse*. Auf der anderen Seite scheint sich **dhvā* zu skr. *dhmā* blasen, aushauchen, anfachen zu verhalten, wie skr. *hmal* schwanken zu skr. *hval* und wie skr. *kmar* krumm sein zu der Wurzel *kvar* in gr. *κυρτός*.

In **dhvā, dhū, dhmā* wie in *vā* tritt Lautnachahmung deutlich hervor.

In Betreff des Suffixes kann skr. *dvā-ra, dvā-r*, gr. *θύ-ρα* mit gr. *αὔρα*, *ἀήρ* von *ἄημι* Wurzel *vā* verglichen werden. Wie ich die Bedeutung „das Draussen, das Freie" in *foris, foras, θυραυλέω* u. s. w. aus der Bedeutung „Ort, wo der Wind weht, Ort, wo es lüftet", abgeleitet habe, so vereinigt lit. *óras* die Bedeutungen Luft, Wetter und das Freie im Gegensatz der Stube, des Hauses; davon *óran*, lett. *áran* hinaus, lit. *óre* (womit Fick Wörterb. [2] I, 20 skr. *āre* fern vergleicht), lett. *árā* draussen, im Freien. Der Ursprung dieses Wortes ist unsicher; die Lautverhältnisse der litauischen und lettischen Sprache erlauben es nicht, darin mit Curtius Grundzüge [3] 361 eine Ableitung von der Wurzel *vā* [1]) zu sehen. Darf man an die Wurzel *an* athmen denken? wie z. B. lat. *cā-rus* von der Wurzel *kā* stammt, welche im Skr. neben *kan* begehren, lieben vorkommt.

---

1) Anm. des Herausg. Vielmehr W. *av*.

κηλέω, κωλύω, calvor.

calvi, calvere bedeutet frustrari, auch schädigen, lähmen, Pacuv. Non. p. 131 Gerl.: *Postquam calamitas plures annos arvas calvitur*, Plaut. Cas. II, 2, 3: *Ubi domi sola sum, sopor manus calvitur* (Corssen krit. Beitr. 450). Davon ist bekanntlich *calumnia* gebildet. Hiemit haben Diefenbach goth. Wtb. II, 593 u. a. germanische Wörter zusammengestellt, welche mit den lateinischen in der Bedeutung sehr gut übereinstimmen: got. *hōlōn*, *afhōlōn* συκοφαντεῖν, aht. *huolida* frustrabitur, ags *hól* n. calumnia, loquela inanis, *hólinga* frustra, *hóliende* calumnians. Eigenthümlich haben sich die Bedeutungen im Nordischen entwickelt. *hól* n. bedeutet Schmeichelei, das Rühmen, *hœla* schmeicheln, rühmen, norweg. Dial. *höla* schmeicheln, durch süsse Worte kitzeln. Fast ganz gleichbedeutend ist gr. κηλέω durch Musik, Gesang, süsse Worte besänftigen, bezaubern. Auch formell passt dies trefflich zum altn. *hól*, *hœla*, vgl. φηγός = altn. *bók*, πῖχυς = altn. *bógr* u. s. w. Ich zweifle daher nicht, dass Fick vergl. Wtb. [2] I, 351 die Wörter richtig zusammengestellt hat (während ich *celare* fern halte). κηλέω zeigt uns den Grundbegriff, von welchem die verschiedenen Bedeutungen ausgehen; die Bedeutungsentwickelung ist fast dieselbe wie bei θέλγω (vgl. Kuhn Zeitschr. I, 186 f.). Das Verbum heisst ursprünglich bezaubern, durch Zauberlieder überwältigen; diese Bedeutung liegt in κηλέω noch klar vor. Daran schliesst sich die Bedeutung Krankheiten durch Zauberformeln lindern, heilen. Aus „durch Worte bezaubern" entwickelt sich leicht nicht nur „durch süsse Worte befangen, kitzeln" (κηλέω, norweg. *höla*) sondern auch, wie bei θέλγω, die Bedeutungen bethören, täuschen, wie zum Theil schon in κηλέω, entschiedener in den germanischen Wörtern und im lat. *calvor*.

Die germanischen Bedeutungen „täuschen" und „schmeicheln" lassen sich nicht vereinigen, wenn man von „beschädigen" ausgeht; allein vom got. *hōlōn* lässt lat. *calvi* sich

kaum trennen. *sopor manus calvitur* in der angeführten Stelle von Plautus lässt vermuthen, dass *calvi* einst wie θέλγειν von der durch Zauberlieder bewirkten Betäubung oder Einschläferung gebraucht wurde. Bei dem Ausdrucke *calamitas arvas calvitur* erinnere man sich, dass Hagelschlag und ähnliche Landplagen durch Zauberlieder gegen Feinde geweckt wurden. Am weitesten hat sich *calumnia, calumniari* von der ursprünglichen Anwendung entfernt; einst bedeutete, wie ich vermuthe, *calumnia* Zauberworte, die um jemandem zu schaden ausgesprochen werden. Schon Schwenck (etym. Wtb. d. lat. Spr.) bemerkt bei *calvo:* „Vielleicht ist κηλῶ, καλῶ, einen durch glatte Worte betrügen und ihm schaden, zu vergleichen". Aus den asiatischen Sprachen weiss ich verwandte Wörter nicht anzuführen. Skr. *khala* n. Betrug, List, Täuschung, Schein, darf ich nicht vergleichen 1) weil Böhtlingk und Roth Verwandtschaft mit dem synonymen *khadman* von *khad* bedecken annehmen; 2) weil das Wort in der älteren Litteratur nicht vorkommt; 3) weil *kh* auf einen ursprünglichen Anlaut *sk* hinweist. Wenn κηλέω und *calvor* nahe verwandt sind, kann *calvor* nicht zugleich mit κωλύω zusammengestellt werden. Vgl. keltische Wörter bei Diefenbach goth. Wtb. II, 593.

κόλπος.

Während Curtius Grundzüge [3] S. 61 κόλπος als den verbergenden fasst, stellen Pott et. Forsch. [2] II, 463 und Leo Meyer goth. Spr. S. 99 es mit germanischen Wörtern, die Wölbung bedeuten, zusammen. Ich will diese letztere Combination zu stützen versuchen. Das von Grimm deutsche Gr. II S. 58 vermuthete got. *hvilban, hvalf, hvulbans* wölben liegt vor in noch lebenden schwedischen Dialecten, z. B. in Gotland *hvälva, hvalv,* Ptcp. neutr. *hvulvi;* dass die gotische Form *hvilban,* nicht *hvilfan,* gelautet hat, zeigt deutsch wölben. Von *hvilban, hvelfa* ist altn. *hvalf* neutr., altschwed. auch *hvalfr* masc. Wölbung gebildet. *hvalfr* setzt eine ger-

manische Grundform *hvalbas* voraus. Dies entspricht völlig dem gr. *κόλπο-ς*, denn die germanischen Sprachen zeigen sehr oft inlautendes *b* an der Stelle eines vorgermanischen *p*, z. B. *sibun, bileiban* u. s. w. Die Bedeutungen stimmen trefflich. Altn. *hvalf* wird nicht nur von der convexen Krümmung, sondern wie das griechische Wort auch von der einwärtsgehenden, es kann z. B. die Höhlung, die innere Seite des gewölbten Schildes bezeichnen. *κόλπος* ist auch ein tiefer Thalgrund zwischen hohen Bergen; in dem schwedischen Dialecte, welcher in Finnland gesprochen wird, bedeutet *hvälvo* fem. 1) Thal, 2) stehendes Gewässer zwischen Bergen (Rietz). Vgl. Fick Wörterbuch [2] I, 408.

κρίνω, κρίσις.

Schon Fick vgl. Wörterb. [2] I, 204 hat darauf aufmerksam gemacht, dass die Wurzel in *κρίνω* scheiden mit der Wurzel in *κείρω* abschneiden, scheeren, ursprünglich identisch ist; vgl. Pott Wurzelwtb. 2ter Bd. 1ste Abtheil. S. 162. Gemeinsam ist die Grundform *skar*, denn mit *κρίνω* gehört lit. *skirtù* scheide, altir. *scarad* (separare), mit *κείρω* altn. *skera* schneiden, scheeren zusammen. Die vermuthete Identität lässt sich fester stützen. Lit. *skirtù* stimmt begrifflich mit *κρίνω* überein; allein *pérskiriu* ist nicht nur: von einander scheiden, sondern auch: spalten, einen Weg durch den Wald hauen, diese Bedeutungen liegen dem griech. *κείρω* näher. Namentlich wird die Identität durch die germanischen Sprachen bewiesen. *κρίνω* heisst in übertragener Anwendung: (Streitigkeiten) entscheiden, einen Richterspruch fällen, urtheilen, *κρίσις* Entscheidung, Urtheilsspruch. Analog ist die Bedeutungsentwickelung bei *cerno, crimen, decerno*, lit. *pérskiriu* einen Streit entscheiden. Allein auch altn. *skera* kann entscheiden, bestimmen bedeuten, so namentlich im Ausdrucke *skera ok skapa: skera ór einhverja* heisst einen Streit entscheiden, in einer Sache den Urtheilsspruch fällen; *úrskurdr* Entscheidung, Richter-

spruch. Wie im altn. *burðr* masc. neben got. *gabaurths* fem. (Kuhns Zeitschr. XIX, 442), so wird in *ór-skurðr* masc. das masc. erst später für das femin. eingetreten sein, denn im Ahd. ist *scurt* das Scheeren fem. gen. Als älteste germanische Stammform darf man daher *skordi* statt *skor-thi* fem. voraussetzen; dies ist formell mit gr. κρί-σι identisch, während es auf der anderen Seite dem gr. κάρ-σι entspricht; die gemeinsame Grundform ist *skar-ti*. Somit entspricht altn. *skera* dem griech. κρίνω, allein auf der anderen Seite lässt es sich von κείρω nicht trennen; κρίνω und κείρω sind also derselben Wurzel entsprungen. Auch durch andere Bedeutungsvariationen führen die germanischen Wörter von κείρω zu κρίνω hinüber. Mit altn. *skera*, scheeren gehören folgende Wörter anerkanntermaassen zusammen: ahd. *scerian* austheilen, nhd. *bescheren*, ags. *scearu* pars, portio, *scerian* bestimmen, zutheilen. So bedeutet lit. *pàskiriu* anordnen, bestimmen, zutheilen, testamentarisch vermachen; allein dies Verbum, welches auch absondern heisst, lässt sich von κρίνω nicht trennen. Deutsch *ausscheren* (prät. *ausscherte*) bedeutet „secernere".

λήγω.

Für λήγειν aufhören lassen, besänftigen, gewöhnlich intrans. aufhören ist eine sichere Erklärung noch nicht gefunden. Benfey griech. Wurzellex. II, 24 verbindet es mit skr. *rah* verlassen, allein damit gehört λανθάνω zusammen. Schönberg Kuhns Zeitschr. XVIII, 311 ff. will aus ἀπόλ-ληξις, ἄλληκτος und aus der Dehnung eines vorhergehenden kurzen Endvocals bei Homer eine ältere Form *Fλήγω* folgern; allein dass dies nicht stichhaltig ist, hat Curtius Erläuterungen S. 41 f. gezeigt. Schönberg verbindet λήγω mit ῥήγνυμι, Curtius Grundzüge [3] S. 173 mit *langueo*, λαγαρός. Hier sei eine andere Vermuthung gewagt. λήγω erinnert stark an altnord. *lóg* neutr. Aufhören: *that skal baka til lógs* man soll backen, bis nichts mehr da ist;

lagðiz thetta fé brátt í lóg dies Geld wurde bald verthan. Davon *lóga*, prät. *lógaða* mit Dat. aufhören lassen, wegnehmen: *hvárki mundi sá drykkr viti theira lóga né afli theira*, gewöhnlich abhanden kommen lassen. Altnord *ó* entspricht regelrecht griechischem *ι*: *módir* = *μήτηρ*, *bók* = *φηγός*, *bógr* = *πῆχυς* u. s. w. Auch altn. *g* gegen griech. *γ* hindert nicht die gegebene Zusammenstellung, denn *λήγω* kann durch Hauchentziehung aus *λήχω* entstanden sein, siehe Curtius Grundzüge [3] S. 479 ff. Altn. *lóg*, *lóga* hängt mit *leggja* und *liggja* zusammen, und *lóg* bedeutet ursprünglich: Weglegen, Niederlegen. Dies wird durch die Vergleichung der lautlich entsprechenden Wörter in den anderen germanischen Sprachen klar: ahd. *luog* n. *luoga* f. cubile, ags. *lóh* locus, sedes, *lógian* ponere, collocare, condere (nicht *logian* mit kurzem Vocale, wie die ahd. Wörter zeigen); so *lógedon* in der ags. Bibelübersetzung Rieger Lesebuch S. 177 [17], wo die altnorthumbrische Uebersetzung *gesetton* hat. Für die Bedeutung vergleiche man altn. *leggja eitthvat af* und *leggja af* von etwas abstehen, etwas aufgeben.

Hiernach vermuthe ich, dass *λίγω* mit der Wurzel *λεχ* zusammengehört und ursprünglich niederlegen, weglegen bedeutet. *γ* statt *χ* ist auch in *λαγὼν ἢ λαγὸς κραββάτιον* Hes. (Curtius Grundzüge [3] S. 183) eingetreten. Die Bedeutungsentwickelung ist in lat. *sino*, *desino* analog.

λίκνον, *λικμός*.

Legerlotz in Kuhns Zeitschr. VIII, 423 f. hat mit *λίκνον λικνον λεῖκνον* und *λικμός* Schwinge, Worfschaufel Formen bei Hesychios verglichen, welche mit *ν* anlauten: *νίκλον· τὸ λίκνον*, *νεῖκλον· τὸ λίκνον*, *νεικλᾶ· λεικνᾶ* (lies *νεῖκλα· λεῖκνα* oder auch *νεικλᾷ· λικμᾷ*), *νίκειν· λικμᾶν*, *κρατεῖν*, *νικᾷ· κρατεῖ*, *λικμᾷ*, *νεικητήρ· λικμητήρ*. *Μεγαρεῖς*. *εὐνίκμητον* (wie die alphabetische Ordnung für *εὔκμητον* verlangt)· *εὐλίκμητον*. Er folgert daraus, dass *λ* in *λίκνον*,

λικμός durch Streben nach Dissimilation aus *ν* geändert ist.

Die Richtigkeit dieser Annahme wird durch das Litauische ausser Zweifel gesetzt. Hier bedeutet *nëkóju nëkóti* Getreide in einer Mulde schwingen, um es von Staub und Spreu zu befreien; lett. *nẽkât*. Hiernach müssen wir annehmen, dass *ει* in der Stammsilbe des griechischen Wortes (*λεῖκνον, νεῖκλον*) ursprünglicher als *ι* ist, denn lit. *ë* entspricht regelrecht dem griech. *ει*, z. B. *lëkù* = *λείπω*. Dem lit. *nëkóti* entspricht zunächst *νεικᾶν*, das aus *νεικητί̯ω* zu folgern ist; hiernach scheint kein Grund vorhanden, in *νεικητί̯ω* eine Entstellung zu sehen und die Erklärung *νικᾶ· λικμᾷ* als unrichtig zu betrachten. *λίκνον, λικμός* haben also mit skr. *rik*, woran Pictet dachte, nichts zu thun.

μάσσω.

Mit gr. *μάσσω* knete sind schon skr. *makate* zu Teig, Staub machen, lat. *mācerare* mürbe machen, lit. *mìnkau* knete, kirchenslaw. *mąka* Mehl, *mękŭkŭ* weich verglichen; s. Curtius Grundzüge Nr. 455, Fick Wörterbuch [2] I, 143. Ich vergleiche ferner angelsächs. *gemang*, n. commixtio, *mengan*, deutsch *mengen*, ags. *gemengan* commiscere, confundere, turbare. Formell stehen die germanischen Wörter durch ihren Nasal den litauischen und slawischen am nächsten. Die Bedeutungsentwickelung erklärt sich aus dem griech. *φύρω*. Dies bedeutet mischen, unter einander mengen (auch wie ags. *gemengan* verwirren), wird aber besonders vom Mischen und Kneten des Teiges zu Brot oder Kuchen gebraucht; *ὁ φύρων* absol. der Brotteig knetet. Die Anwendung geht im Germanischen in ähnliche Richtung wie im griech. *μάγειρος*; norweg. Dial. *mång* n. (statt *mang*) bedeutet: Stoff, aus welchem Speise zubereitet wird, ursprünglich: was zusammengerührt, geknetet wird.

νεφέλη, nēbula.

Längst sind folgende Wörter zusammengestellt: *νεφέλη*, lat. *nebula*, altsächs. *nebhal* masc., ahd. *nebhul*, altfries. *nevil*, *neil*, altn. *nifl* (in Zusammensetzungen); ags. *nifol* caliginosus; altir. *innúlu* in nubibus (Ebel Beiträge zur vgl. Sprachforsch. II. 164, *nél* Wolke (Beitr. VI, 233). Ich stelle hieher auch skr. *nihārá* masc. Nebel (schon in der Vedasprache); die Deutung aus *ni* + √*har* passt nicht für den Sinn. Das indische Wort stimmt im Geschlecht mit dem germanischen überein. In Betreff des Suffixes vgl. *tushāra* kalt, Thau, Nebel, *marǵāra* Katze (die sich putzende). *ā* in *nihāra* verhält sich zu ε in *νεφέλη* wie im Participialsuffixe *-māna* = gr. *-μενο*. *h* ist statt *bh*, das in *nábhas* bewahrt ist; vgl. skr. *grah* aus älterem *grabh*. Da der Accent auf der Endsilbe lag, konnte der Wurzelvocal in *i* geschwächt werden, vgl. *plihán*, *pliháu* statt *plaháu*, *ǵihmá* statt *ǵahmá* = δοχμό.

νώγαλον.

Für *νώγαλον* pl. *νώγαλα* Näschereien, Leckereien, scheint sich im Griechischen selbst keine Wurzel zu finden. *αλο* ist Suffix. Das Stammverbum entspricht, wie ich glaube, dem dän. *snage*, norweg. Dial. *snaka*, was eine germanische Grundform **snakōn*, Prät. **snakōda* voraussetzt; einst wurde jedoch wohl stark **snakan*, **snōk* flectiert. *snage* bedeutet: nach Leckereien suchen; davon *snagen* naschhaft. Das Germanische hat hier, wie gewöhnlich, den ursprünglichen Anlaut *sn* bewahrt; vgl. z. B. got. *snaiws* gegen *νιφα*, ahd. *snur* gegen *νυός*.

ὄαρ, ὀαρίζω.

Curtius Grundzüge [3] S. 321 fasst *ὀαρίζω* plaudere als eine reduplicirte Form für *Fα-Fαρίζω* zu √*var εἴρω* sage. Dies ist mir wenig ansprechend, weil *ὀαρίζω* dadurch von

ὄαρ ganz getrennt wird. Auch deuten Ausdrücke wie *πολέμου ὀαριστύς* Il. 17, 228 der Verkehr des Krieges, *προμάχων ὀαριστύς* die Genossenschaft der Vorkämpfer auf eine umfassendere Grundbedeutung. Der Vocal *o* würde wol in der Reduplicationssilbe auffallend sein.

8) Ideo hanc rationem alteri, qua metathesis ad illas formas explicandas adhibetur, praetuli, quod syncopam quidem nomina, de quibus agitur, etiam aliis in casibus patiuntur — *πατρ-ός*, *πατρ-ί*, ut etiam in l. lat. *patr-is*, *patr-ibus*, et quod *ἀστήρ* in lingua vulgari praeter dat. pl. syncopam non admittit, qua re Giesius [Ueb. d. äol. Dial. p. 125] suam explicationem praecipue confirmare studet, id fortuito accidisse credo, neque magni facio, quoniam horum vocabulorum formae integrae et syncopa mutilatae etiam apud Homerum admodum fluctuant; sed stirpem in *-τἄρ* exeuntem graeca in lingua nusquam nisi in *πατάρα* forma Locrica (Hyp. Locr. 36) nobis praebent, immo, ne quid dicam de vocativo *πάτερ*, vel ex Dorico nominativo *πατήρ* et ex Boeotico *πατείρ* terminationem *-τἄρ* evanuisse et ad *-τερ* attenuatam esse concludi licet, ita ut, comparatis et Heracliensibus illis formis et *νίάσι*, *ἀρνάσι* vulgaribus, ea explicatio, quam supra dedi, simplicior, ne dicam rectior esse mihi videatur.

(apud scriptores et in nummis recentioribus *Ἀπέρα*), *σκιαρός*, *χάραδος* (hom. *χέραδος*), *ἴαραξ*, *φρασί* (Pind. et Eust pro *φρεσί*), tum in Locricis vocibus: *φάρω*, *Ἑσπάριος*, *παπάρα*, *αὐταμαρόν*, *ἀνφοτιάροι*, *ἀμάρα*, et in Eliacis *Γάργον* et *πάρ*, quibus qui ultra necessitudinem exempla cumulare studeat, ex lingua communi nubem vocabulorum addere possit, qualia sunt *ἔδρακον* (praet. *δέρκομαι*), *ἀδρακής* (praet. *ἀδερκής*), *κράτος* (lesb. *κρέτος*, *θάρσος* (lesb. *θέρσος*), *στράτος* (lesb. *στρότος*), *βραχέως* (lesb. *βροχέως*, *εἴμαρται* (lesb. *μέμορται*) etc. etc. Contra in dial. Lesb. similia nulla exempla conspici eo facile intellegitur, quod Lesbii *α* pristinam omnino magis quam Dores, Iones, Boeoti debilitare studebant.

χαράδεος. Mazocchius (p. 168), cujus sententia ab editoribus Steph. Thes., probatur, *χαραδεός* hujus vocabuli nominativum esse autumavit, idem quod *χαράδρα* significantem; tamen *ἀμαξιόν* (cf. v. 60: *ἐπὶ τᾶς ἀμαξιτῶ τᾶς διὰ τῶ χαράδεος ἀγώσας*; v. 72: *ἐπὶ τᾶς ὁδῶ τᾶς διὰ τῶ χαράδεος ἀγώσας*) per torrentem vel saltum [9] ducere, parum veri simile est, nec *χαραδεός* formae ullum habemus testimonium. Itaque Ahrensius (Diall. II 118) *χάραδος* Doricum esse pro *χέραδος* Homerico vocabulo censuit, ac *litus maritimum* significare *calculis, arena, et quaecunque mare superfusum relinquere soleat, tectum*. Cui opponendum est, neque *χέραδος* apud Homerum litus maritimum significare [10], neque talem significatum ad locos tabularum allatos quadrare; neque enim ager Baccho sacratus in vicinia maris, quod

9) Schol. Il. *Π*, 390: *χάραδρος ὁ ἐν γεωλόφοις κατειλημμένος τόπος, χαράδρα δὲ ὁ ἐν ἐπιπέδοις.*

10) *Φ* 318 sqq:

Κἀδ δέ μιν αὐτόν
εἰλύσω ψαμάθοισι, ἅλις χέραδος περιχεύας
μυρίον.

Schol. A: *σημαίνει [δὲ] τὰς ψηφῖδας τῶν ποταμῶν* — Aristonicus: *ἔστι τὸ συναγειρόμενον ἐν τῇ ῥύσει πλῆθος ἰλύος καὶ ὀστράκων καὶ λίθων. φησὶ γοῦν „πολὺν δ' ὀρυμαγδὸν ὄρινε φιρῶν καὶ λάων"* (*Φ* 313).

sciamus, situs est 'ut ager Minervae sacer, cf. II 12', quem tetigerint una parte Herodae ager, altera *ἀπορραί* (cf. § 20), tertia Phintiae Concaeque agri, quarta Aciris flumen; significat potius ipsam arenam calculosque relictos torridi fluminis, id quod nos dicimus: *Flussgeröll*, descendens a rad. *ghrad*, quae *sonare* significat (Fick, Indog. W. II. ed. p. 72). — Quare *α* vocalem in *χάραδος* priorem, quamvis eam non antiquitus traditam sed in Graeca demum linguae insertam esse ex linguis cognatis appareat, tamen antiquiorem esse quam *ε* in *χέραδος*, non est, cur negemus.

Fίκατι, *διακατίοι*, *τριακατίοι*, *πενταπατίοι*, *Fεξατατίοι*, *ἑπτακατίοι*, *ὀκτακατίοι*. Quorum numeralium terminatio, de qua hic agimus, toti antiquiori Doridi cum Boeotica dialecto communis est. (Exempla e Dorica dial. vd. ap. Ahrens. II 279 et 281, quibus adde glossam Hes. *τριακατίοι οἱ ἔφηβοι καὶ τὸ σύστημα αὐτῶν*; exempla ex Boeot. d. ap. Ahrens. I, 178.)

Fίκατι et numeralia centenaria simul tractanda hic congessi, quamquam denariorum et centenariorum terminationes non ejusdem originis sunt. Nam centenaria cum *κατο* stirpe composita sunt, denaria vero redeunt ad stirpem *-κοντο* indog. *kanta*, ac nasalem etiam in *Fίκατι* olim sedem habuisse, *ἴκαντιν· εἴκοσι* glossa Hes. demonstratur, ita ut *Fίκαντι* (lat. viginti) antiquissima forma statuenda sit. Tamen *Fίκαντι* mature ad *Fίκατι* descendit, quam formam in veteribus Doricis et Boeoticis titulis solam reperiamus. Ergo a *κατι* terminatione etiam in hoc numerali explicando exire licet. — Inter hanc Dorico-Boeoticam et vulgarem *κοσι* formam duae cogitari possunt interjectae: *κασι* et *κοτι*, quae re vera exstant. Primam mutationem (*κατι* : *κασι*) vides in arcad. *τριακάσιοι* (inscr. Teg. § 3; Gelbke in Curt. Studiis II p. 12) alteram (*κατι* : *κοτι*) in *εἴκοτι* forma ab Herodiano (II, 832, 19 ed. Lentz) Dorica appellata et in libris Theocriteis IV, 10 exstante [11]). Vocalis obscurationem in *κοσι* κ gut-

11) Nec vero *Fίκατι* forma nasali carens, ut Westphalius (Meth.

turali deberi Gelbkius (l. c. p. 16) contendit, cujus Herael. *κοθαρός*, Arcad. *δεκόταν*, *ἑκατόμβοια*, *δοκέω*, *κοχώνη*, *ὀκτώ* (cf. scr. daças, kakshas, ashṭâu) exempla attulit [12].

Sed praeter illas centenariorum formas antiquas vereque Doricas, legimus in tabulis etiam recentiores in *κοσιοι*: *τε-τρα-κοσί-αι* 40, *δια-κοσί-ων* II 35. Quaeritur nunc, qua ratione haec recentiorum formarum cum vetustioribus confusio explicanda sit. Qua in re jam Mazocchium recte judicasse credo, qui de *τετρακοσίαι* p. 162 not. 17 haec dicit: „Non mirum hic usurpari *τετρακοσίαι* communiter, quod alibi pluries est *τετρακατίαι*, nam et *διακατίαι* pluries, semel autem *διακοσίαι* tab. II legitur. Sensim enim Heracleismus ad communem dialectum deflectebat.“ Tamen p. 135 not. 25 *διακοσίων* inter eas formas

Gramm. d. gr. Spr. I p. 427) autumat, qui etiam *τριάκοντα* etc. ad *τριάκατα* etc. reducit.

12) ubi tamen Ahrensius fisus uni cod. *εἴκατι* scripsit, *εἴκοτι* nescio quo jure barbarum dicens (Diall. II 280).

13) Cui novissime Brugmanus (Curt. „Stud.“ IV, 72, not. 6) opposuit, primum *δοκέω*, *κοχώνη*, *ὀκτώ* nihil valere, quippe quae in omnibus dialectis *o* accepissent, deinde formis *εἴκοσι*, *κοθαρός*, *ἑκατόμβοια*, *δεκόταν* vel plures objici posse, in quibus *α* prope *κ* in *ε* abiisset. Itaque in *εἴκοσι*, *δεκόταν*, *ἑκατόμβοια* vocabulis obscurationem minus gutturali quam nasali deberi in antiquioribus formis exstanti. Sed vereor, ut cum eo facere possim. Primum *ν* litterae in illis vocabulis neque ullum vestigium praeter *ἴκαντιν* Hesychianum conspicimus, neque in *τριακατίοι*, *ἑκατοό* (cf. scr. çata), *δέκατος* unquam nasalem exstitisse certum esse duco, licet in lat. „centum, decem“ insit. Sed hoc ipsum largiamur, ut exstiterit quondam nasalis in his numeralibus: intactam videmus *α* vocalem post nasalis abitum in *Fίκατι*, *ἑκατόν*, *δέκατος*, *τριακατίοι* etc., et in *εἴκοσι* forma certe multo recentiore quam *Fίκατι*, in *τριακόσιοι* recentiore quam *τριακατίοι* nasalis jam diu fugatae memoriamne ut vocalis obscuretur, valere? Hoc parum veri simile mihi videtur. Quod vero Brugmanus *α* prope *κ* saepissime in *ε* abiisse monet, hic minus de lege severa, quam de observatione quadam agitur; *α* vocalis fortasse sat recenti tempore prope gutturalem inclinationem quandam ad sonum obscuriorem habuit, qui aliquando tam clare audiebatur, ut vel scribendam esse *o* pro *α* hominibus videretur.

enumerat, quibus alteram tabulam recentioris aetatis esse comprobari credit. — Deinde Ahrensius *διακοσίων* quidem recentioris aetatis indicium esse, *τετρακοσίαι* autem in fragm. Britannico Maittairii errori deberi tantum non confidenter edicit (Diall. II, 14 et 281). Denique Franzius audacissime et *τετρακοσίαι* in fragm. Brit. et *διακοσίων* in altera tab. mutavit in formas vere Doricas. — Cujusmodi rationem formas diversas mutando exaequandi nullo modo probari posse, non est, quod dicam. Tabulae enim Heraclienses eo tempore exaratae sunt, ubi Attica dialectus jam late propagata magis magisque in reliquas irrepere earumque proprietates submovere coepit. Quod primo praecipueque in eis vocibus accidisse, quibus maxime in commerciis, negotiis, conversationibus mutuis Graeci populi utebantur, quaeque ut eaedem apud omnes essent, imprimis expetendum erat, per se apparet: quibusnam vero saepius in commerciis utebantur quam numeralibus? Itaque non solum *διακοσίοι* et *τετρακοσίοι*, sed etiam, de quibus mox agendum erit, *τέσσαρες* praeter *τέτορες*, *τεσσαράκοντα* praeter *τετρώκοντα*, *τρεῖς* pr. *τρῖς*, *Fείκατι* pr. *Fίκατι* formae a genuina Doride alienae e dialecto communi in Heraclensem irrepserunt.

Aeque ut Aeoles Dores adverbiorum quorundam *θα* pro *θεν* terminationem usurpabant (vd. Ahrens. II 366, I 153), cujus generis in tabulis *ἄνωθα* et *ἔμπροσθα* reperimus. Hic quoque *α* vocalem ex summa antiquitate traditam esse, demonstrant, quibus respondent, scrt. adverbia in *-dhas*, ut *adhas* „infra", et Bactrica in *dha* (cf. Schleicher, Compend. II. ed. p. 552). Tamen adverbia in *-θεν* nec Doribus nec Aeolibus aliena fuisse dīserte dicit Apollonius de adv. 563, 19 (Ahr. I, 153 not. 3): *οὐ γὰρ οὐρανόθεν οὐρανόθα φασὶν* (scil. *Αἰολεῖς καὶ Δωριεῖς*), *οὐδὲ τὸ ἄλλοθεν ἄλλοθα, τὸ δὲ ἔμπροσθεν ἔμπροσθα, ἔνερθεν ἔνερθα, ὄπισθεν ὄπισθα.*

κα brevem vocalem habere evicit Hugo Weber (Die dor. Partikel *κα*, Halle 1664) contra Ahrensium (Diall. II 118. 281) aliosque. *κάν* forma primaria prorsus respondens

scr. *kam* apud Dores, Boeotos, Eleos (qui etiam *κάν* pleniorem formam usurpabant) in *κά*, apud Lesbios Ionesque in *κέν* et *κέ* mutata est. Elisionem patitur *κά* 101 et 152, qua vocalem brevem esse praecipue demonstratur.

II. ε.

Ἀπελλαῖος mensis nomen etiam Delphis et Macedonibus proprium, a Boeckhio jure pro *Ἀπολλώνιος* acceptum est. De *Ἀπέλλων* forma Dorica *Ἀπόλλων* nominis vd. Ahrens I 122 et testimoniis ibi allatis adde *Ἀπέλλωνα* inscr Drer. v. 24, *Ἀπελλίῐος* Delph. 1705[a], *Ἀπέλλωνος* tit. Tejo-Gnos. 12, deinde *Ἀπέλλων* inscript. in vase quodam (Gerhard, Etrusk. und Camp. Vasenb. Taf. C), denique nomina propria *Ἀπελλῆς*, *Ἀπελλίς*, *Ἀπελλιχῶν*, *Ἀπελλίχων*, quae vix ab *Ἀπέλλων* separari possunt. — Quaenam ratio intercedat inter *Ἀπέλλων* et *Ἀπόλλων* formas, nunc, ubi hujus ipsius nominis etymon non satis exploratum est, dici non potest.

ἑβδεμήκοντα exstat etiam Delph. 1690, contra *ἑβδομήκοντα* Corcyr. 1845, 48 et Taurom. 5640, tab. I, *ἑπτά* vocis *α* vocali hic in *ε*, illic in *ο* attenuata. Quae vocalis omnino in *ἕβδομος* incertum ac debilem sonum habuisse videtur, ita ut, quin *μ* nasalis *τ* consonam vicinam sibi assimularet, prohibere non potuerit: **ἕπτομος*: **ἑπδομος*: *ἕβδομος*. Qua ratione primus Curtius (Etym. 488) mutationem *πτ* in *βδ* explicavit.

ἑκατόπεδος, *τριακοντάπεδος*, *ἑκατόμπεδος*. Aliam terminationem *-ποδος* habes in *ἑκατόμποδον* libris fere consentientibus Thuc. III 68, 27 ed. Bekk.; *διπόδοι* et *τριπόδων* Xenoph. Oecon. 19; Il. *Ψ* 164 codd. Vindd. et Eust. habent *ἑκατόμποδον*, Venetus *ἑκατόμπεδον*, quod Wolf, Heyne, Bothe, Bekker receperunt (vd. contra Spitznerum ad h. l., nisi praeter Homeri libros Pindari suffragio, qui Isthm. VI, 22 ed. Bergk. *ἑκατόμπεδος* praebet. Praeterea *-πεδος* legis apud Hesych: *ἑκατόμπεδον· τὸ θέατρον*: *ἑκατόμπεδος· νεὼς ἐν τῇ ἀκροπόλει*; in inscr. Sicil. C. I. 5591.

62 ἑξάπεδος; idem vocabulum ap. Herod. II 149; τρίπεδος Polyb. VI, 22, 2.

Quaeramus nunc, quam rationem forma in -πεδος frequentior et melioribus testimoniis usa cum altera in -ποδος quae Thucydidis et Xenophontis in libris exstat, habeat. Terminationem -πεδος ex -ποδος pronuntiatione depravatam esse Bothius et Heynius ad Hom. l. all. judicarunt, cujus tamen mutationis exempla, ni fallor, desunt [13]); neque, quod obiter Heynius commemorat -ποδος et -πεδος ex diversis stirpibus orta esse posse mihi veri simile videtur.— Mihi hae terminationes non a ποδ (πούς ποδός) stirpe derivandae videntur, a quo derivata adjectiva, quae illis analoga sunt, potius in -πους desinunt, ut δίπους, τρίπους, τετράπους, ἑξάπους, δεκάπους etc. sed a πεδ (=lat. pĕd), quae in πέζος, πέζα apparet. Postea tamen -πεδος genuina terminatio propter usitatiorem πούς ποδός vocem, cujus significatum his adjectivis inesse patebat, hic illic in -ποδος mutabatur. Hinc illae variae lectiones apud Homerum, Herodotum, hinc etiam ἑκατόμποδος apud Thucydidem et δίποδος τρίποδος apud Xenophontem, quae jam illo tempore -ποδος in linguam irrepsisse testimonio esse possunt.

Nonnunquam pristinam α, quam alibi servatam videmus, dialectus Heracl. cum communi lingua in ε attenuavit. Primum in augmento syllabico: ἐμισθώθη, ἐμετρήσαμες, ἐπαμώχη etc. cujus in Eliaca dial. pristina forma α servata esse videtur (φοῖος μ' ἀπόιησεν C. I. 32) et servata est in his glossis Hes.: ἄδειρεν· ἔδειρεν, ἄβραχεν· ἤχησεν.

Deinde in ἐργαξήται α pristina retenta in Eliaco Fάργον (C. I. 11) et fortasse in antiquo Atticae tribus nomine Ἀργαδεῖς. Denique in φέρειν vocabulo apud Locrenses φάρειν sonante (Locr. Hyp. 5, 9).

Retinuit autem ε vocalem primum in ἐν et ἐς praepositionibus, quas dial. Arcad. et Cypr. attenuaverunt in ἰν

14) Nam quae Ahrens. II 122 affert, aut incertae originis aut alio trahenda sunt.

Gelbk. l. c. p. 17); deinde in *Θεόδωρος* N. P., Cretensibus (Hey l. c. p. 13), Laconibus (Ahr. II 121), Boeotis (Ahr. I 179) *θιός* pronuntianibus, nec vero constanter: reliquerunt enim *θεός* Cretenses: inscr. Drer. vv. 77, 91, 95, Lacones: *Θεομηλίδας* Paus. III 14; Boeoti: Theb. 1565 *θεός*; Lebad. 1575 *Θεόδοτος*;

denique in *Fέτεος*, *Fετέων* Boeotis (Ahr. I, 179, *Fέτια*, *Fιζατι-Fέτιες* dicentibus.

Contra mutaverunt ε in *ι* in *Τιμοκράτιος* (ex *Τιμοκράτεος*) perducti illo studio Dorium Boeotorumque ε ante vocales in *ι* mutandi latissime valenti (de quo vd. Ahrens. I 178; II 120, 207 sq), quod, ubi de conjugatione disputabimus, in verborum contractorum futurorumque formis iterum cognoscemus.

III. *o*.

καθαρός et *ἀνκοθαρίοντι* jam a me commemorata sunt, cum gutturales nonnunquam *α* vocalem obscurandi vim habere disputarem. Ahrensius, qui hanc vim negat, aliud sibi persuasit. Censet enim (II 120 *o* vocalem propter scr. radicem *çudh* antiquiorem esse quam *α*, cum *u* facilius in *o* quam in *α* transeat; *α* vero ideo assumptam esse quod *κατά* praepositio inesse hominibus visa esset. Sed etiamsi ejusmodi *καθαίρω* et *καθαρός* vocum falsam explicationem vulgarem — quam non concedimus — concederemus, quid dicit de *Κασ-ταλία* nomine, quid de lat. *cas-tus?*

Immo *α* vocalem, quae in graeca latinaque linguis apparet, antiquiorem judico, quam *u* linguae Sanscritae, cujus *çudh* mihi cum Benfejo (Wurzellex. II, 169) ab indog. *kuadh* descendere videtur. — Ceterum dialectum Heracliensem non solam *α* in *o* attenuasse *Φοθαία* urbis Locricae nomen demonstrat (Locr. Hyp. 22, 27; Allen l. c. p. 223), quod a *καθαρός* separari non potest.

τέτορες forma omnibus, ut videtur, Doribus communis (testimoniis ab Ahrens. II 279 collectis adde: Locr. Hyp. 4; inscr. Delph. ed. Wescher, Ann. dell' Inst. vol. 38, a. 1866,

p. 7; Simonid. fr. 91 [Lacon. epitaph.] ed. Bergk; Theocr. 30, 2: τετορταῖος; Hesiod. Opp. 698).

Ex forma indog. *katvar* exstiterunt gr. stirpes *πετϜαρ* (aeol.) et *τετϜαρ*; ex *τετϜαρ* assimilatione *τετταρ-* et *τεσσαρ-*, sed *α* obscurata, ut saepius prope digamma [15]), digammateque excidente *τετορ-*; sic *τετϜαρ-*: *τετορ-* = scr. *katvâr: katur* = got. *fidvôr: fidur*. Ceterum in kvadh: *κοϑ-αρός* et in *τετϜαρ-*: *τέτορ* fortasse etiam syllaba *Fα* = *o* statui potest, quam explicandi rationem forsitan quispiam praetulerit.

Cum *τετρο-* ex *τετορ-* metathesi orto (ut lat. *quaterquadru*) compositum est primum *τετρώκοντα* (Heracl. 20, 35, 182, II, 95), quod ex **τετρο-ή-κοντα* contractum est, ut *ὀγδώκοντα* (Hom. *B* 568, 652; Herod. I 163; Theocr. 4, 34; Anthol. Pal. VII, 436) ex *ὀγδο-ή-κοντα* (Heracl. 43, II 106); deinde *τέτρωρος* ex **τετρο-ορος* „Vierstein", unus ex quattuor certis terminis locum agri quadratum concludentibus, quod vocabulum exstat Heracl. 90 et 159 [16]). Contra *α* pristinam habes in *τέταρτος* (30, 44, 164, 184, II 96) ordinali, quocum cf. Theocr. *τετορταῖος* (30, 2). Sed ut praeter *διακατίοι* et *τετρακατίοι* Dorica numeralia irrepsisse vidimus in dial. Heracliensem communia *διακοσίοι* et *τετρακοσίοι*, sic legimus praeter *τέτορες* uno loco (II 5) *τέσσαρες*, sic

15) cf. *ὄργανον* = *Fέργανον; ὦνος* rad. *vas*, scr. *vasna; ὀχ-έομαι* rad. *vagh; ὀϑόνη* rad. *vadh; ἔϑη* rad. *vadh*; stirp. *βόλ-ομαι* rad. *var; ὁράω, ὄρ-οντται, ὥρα* rad. *var; ὀργάς, ὀργή, ὀργάω* stirp. *varga, vargaja; ὄρτυξ*, Hes.: *γόρτυξ*, scr. *vartaka; ὀρϑός* indog. *vardhva; οὐλή* = *Fόλνη* indog. *varna*; *ὁλκός, ὠλξ* rad. *valk*; *ὄψ* indog. *vâk, ὄχος* indog. *vagha, ὠϑέω* rad. *vadh*; *οἴωνος* = *ὀFί-ωνος* lat. *avis* etc. etc.

Brugmanus (Curt. Stud. IV, 111) hujus obscurationis non tam digamma, quam *ρ* liquidam caussam esse censet, collatis formis *κρώπιον*, quod est pro *κώρπιον* — *κόρπιον* — *κάρπιον*, *ὄρχαμος*, cypr. *κόρζα*, lesb. *ἔϙορται, μέμορται*. Quibus ex dial. neo-gr. addi possunt *ὄρχομαι* (cf. *Ὀρχομενός*), *ὀλεύϑερος, ὀμπρός* pro *ἔμπροσϑεν, ὀλπίζω* etc., *βρόταχος, βόρταχος* multa alia. — Itaque utra explicatio recta sit, definiri vix potest.

16) v. 90 errore lapicidae exstat *τετρῴρῳ* pro *τετρώρῳ*.

praeter *τετρώκοντα*, quod in utraque tabula exstat, uno loco (II 49) *τέσσαράκοντα*.

ἀνεπιγρόφως. Praeterea exstant *o* vocalis in *γραφ* radice haec testimonia: *γρόφων* col. Mel. C. I. 3; *γροφεύς* Lebas, Smyrne 1, 14; *γροφεῖς* (cod. *γρομφεῖς*) Hesych.; *σύγγροφος* Troez et Herm. Bursian in Mus. Rh. XI, 333; *ἀντίγροφον* Anaphe, Rhang. no. 820, 22; *ἀπογρόφονσι* Cret. Bergmann. v. 55; *γροφεύσαντα* Arg. 1125, 8, qui titulus non Dorice scriptus est. Quae testimonia nos docent primum transitum *α* in *o* in hac radice non Doridi soli proprium esse, deinde neque reperiri nisi ante *φ* litteram (cf. in tabb. Heracl. *ἀνέγραψαν* 8, II 6; *ἀγράψαι* 126; *ἀγραψάντω* 127; *γέγραπται* 169, 176, 178; *γεγραφάται* 121; *γεγραμμένος* 109, 122 etc.; *γραμματεύς* 187), neque usquam ulla constantia (cf. *ἀγράφεν* 126). Quod Ahrensius (II 120) de hac mutatione dicit, probari non posse, ex ipsis formis allatis patebit.

In *ἐπό* praepositione *o* ex *α* debilitatum est, ubi sola Lesbiorum Aeolis *α* antiquam servavit in *ἐπά* = scr. et indog. *apa*.

Item cum dial. comm. retinuit *o* in *ἀπό*, quod Arcades Lesbiique in *ἀπύ* attenuaverunt.

IV. *ι*.

Ἰστίειος N. Pr., quod etiam in tit. Alaes. C. I. 5594, II, 80 exstat, haud dubie ab *ἑστία* voce derivandum est, quae in Dorica Ionicaque dialectis *ι* pro *ε* accepit locis ab Ahrens. II 21 ex dial. Dor. allatis adde: Locr. Hyp. 7; Cret. Bergmann. 60, 76; tit. Syracus. C. I. III 5367; ex dial. Ion. citare liceat Hom. *ξ* 159 = *τ* 231 etc., Hesiod. Theog. 454, Herod. IV 68; IV, 127; V, 40; VI, 8, 64). — Causam hujus mutationis *σι* sequentes sonos esse perspexit Curtius similiaque exempla congessit Etym. p. 663 sqq.

σικία ex **σικε-ja* exstitisse Curtius (Etym. 556) summa cum probabilitate conjecit. Communem formam *σικέα* habes in tit. Alaes. C. I. 5594, 66 et II 43, ut etiam reliquorum

hujus generis adjectivorum communes formae in Doride non rarae erant, cf. *χρύσεος* Amph. 1688, *χάλκεος* Delph. 1690 etc. cf. Ahrens II 121.

De verborum formis *ἀδικίων*, *ἐμετρίωμες*, *ἐξεποίον*, *μετριωμέναι*, *ποΐων*, *ποϊόντασσι*, *ἀναγελίοντι*, *ἀνκοθαρίοντι* dicetur § 18, I et III.

V. *v*.

Φιλώνυμος, ut in comm. dial. *εὐώνυμος*, *ἀνώνυμος*, *συνώνυμος*, Doride tamen vel in simplici vocabulo *v* praeferente (cf. Ahrens. II 123).

Ab ea corruptione *v* vocalis quae apud Lesbios Cypriosque viguit, universa Doris prorsus abstinuit; legimus in tabulis *ἴπέρ*, lesb. *ἰπέρ*; *σύν* cypr. (Hes.) *κίν* (cf. Ahr. I 81).

§ 4. De vocalibus longis.

I. *ᾱ*.

De *ᾱ* vocali fere nil novi ex tabulis Heracl. afferri potest, ita ut formas, quae huc pertinent, attulisse, tantum non ubique satis futurum sit.

1) *ᾱ* nativa aut ex *ă* producta:

ἀ, *Ἀθάνα*, *ἀλλάλων*, *ἁμές*, *δᾶμος*, *δαμόσιον*, *ἐπαμώχη*, *ἐπάξαμες*, *ἐστάσαμες*, *ζαμία*, *καρύκειον*, *μᾶκος*, *νᾶσος*, *στάλα*, *τίμαμα*, *ψαφισθέν*.

In terminationibus primae declinationis:

γαμέτρας, *κεφαλά*, *συνθήκα*; *ἀρχᾶς*, *κριθᾶς*, *οἰκοδομᾶς*; *αὐτᾷ*, *τετάρτᾳ*, *παντᾷ*; *δυνατάν*, *μασχάλαν*, *γεγενημέναν* etc.

Etiam *α* in *πολιανόμοι* ad *πολιᾶοχος* (Aesch. Sept. 110 ed. Dind.), *πολιήτης*, *πολιῆτις* spectanti longa videtur, ita ut *πολία* nomen olim exstitisse verisimile fiat.

2) *ᾱ* contractione orta:

a) ex *α-α*: *γᾶ* ex **γα-j-α*: **γά-α*; *πρᾶτος* ex **πρᾱF-ατος* (vd. Brugman l. c. p. 154).

b) ex *α-ο*:

α) in genetivis sing. masc. I. decl.: *Ἡρακλείδα*, *Ἡρώδα*, *Φιτία*, *Φιλώτα*.

β) in *ἐπελάσθω* ex **ἐπ-ελα-όσθω* III pers. pl. imper. pass. Mazocchius et ceteri, qui hanc formam ante Ahrensium tetigerunt, non potuerunt, quin eam contra analogiam formatam esse confiterentur, quippe quam ex *ἐπελα-έσθω* contractam putarent. Primus vero Ahrensius sagacissime perspexit, hanc *-εσθω* terminationem ex antiquiore *-οσθω* abiisse, ita ut *φέρ-οντι*, *φέρ-οντα*, *φερ-όντω*, **φερ-όσθω* similiter essent formatae. Quod nunc praeclare confirmatum est *ἀν-ελ-όσθω* forma in inscr. Tegeatica (b, vv. 4, 7, 8, 10) a Kirchhoffio Laconum dialecto addicta, quater exstanti (cf. Curtium in Stud. II p. 450).

γ) in *ἆς* conjunctione (cujus cetera testimonia vd. ap. Ahrens. II 200) ex ** ἄϝος*: ** ἄος* (hom. *ἷος*, att. *ἕως*) scr. *ἰᾶται*. cf. Curtium in Mus. Rh. 1845: Beitr. z. gr. Etymologie. Ahrensius cum antiquioribus *ἄως* pristinam formam credit, nisus praecipue hac Hesychii glossa: *τάως· τέως Κρῆτες*, quam credo contra litterarum ordinem corrigendam esse in *τᾶος· τέως Κρῆτες*, ut etiam Nauckius et Delbrückius (Curt. Stud. II 198) censuerunt.

c) ex *α-ω*:

α) in genetivis pl. I. decl.: *ἀπορρωᾶν*, *γνᾶν*, *ἐλαιᾶν*, *καινᾶν*, *καταδικᾶν*, *ὁριστᾶν*, *τᾶν*.

β) in conjunctivo: *φᾶντι* ex ** φά-ωντι*.

II. *η*.

η vocalis, quae non contractione vel productione suppletoria nata est. Dorica in dialecto duplicem tantum ori-

ginem habere potest. Primum jam ante dialectorum digressum ex indog. ᾱ exstitisse, ut in Ἡρῴδας, ᾗ, μιῇ; deinde ex ε vocalis amplificatione orta esse potest, ut in ἀμπώλημα, ἄρνησις, ἐπιμεληθόντι, θησεῖ, λωτήριον, ποιησεῖ, σφαιρωτῆρες, τῆνος etc.

Tamen ut in aliis Doricis dialectis sic in Heracliensi exstant praeterea nonnulla vocabula, in quibus contra leges hujus dialecti η ex ᾰ vocali producta esse videtur, de quibus nunc accuratius nobis agendum erit.

χρησόνται, χρήματα etc. contra analogiam esse eis videbuntur, qui tantum ad χράω χράομαι praesentia spectent. Sed praeter hanc χρα stirpem etiam χρε exstitisse, formae χρέος, χρεία, χρείη, χρέεσθαι (ion.), ἀποχρέω (Epich. 114), καταχρείσθων (Rhod. 2525, b, 86) arguunt. Itaque Curtius hoc verbum (Etym. p. 188) cum rad. χερ conjungit, quae in χείρ, χέρης, χερείων spectatur, ex qua χρε metathesi exstitit. Inde intellegitur non solum id, quod formae ex hac radice derivatae Dorica in dialecto semper η habent (exemplis ab Ahrens. II 131 allatis adde χρήματα Locr. Oz. 2, Hyp. 30 al., et Drer. 119) sed etiam quod futurum in Atthide non χράσω, χράσομαι sed χρήσω χρήσομαι sonat, cum α pristina post ρ liquidam in verborum declinatione in ᾱ non in η producitur.

ῥήτρα Eliaco Ϝράτρα (cui fortasse [Ζεὺς] Ὁράτριος Cret. inscr. Bergm. 61 addi potest, cf. § 9, II, 10) minus severe Doridis leges servans vulgarem η pro Dorica ᾱ vocali accepisse arguitur. Sed ῥήτρα eandem excusationem habet, quam χρήσω. In ἐρέω ex Ϝερ-έ-ω, hom. εἴρω ex Ϝέρ-jω: ἔρ-jω, lat. *ver-bum*, umbr. *ver-fale* (Etym. 320) aperte rad. gr. lat. ver = Ϝερ: ἔρ conspicitur, ex qua ῥήτρα exstitit. Sed praeter hanc stirpem paullo recentioris originis vetustissimae Ϝαρ radicis manifestum vestigium Ϝράτρα exstat in eodem titulo el. (C. I. 11) ex quo etiam μά pro μιῇ remotissimi temporis residuum haurimus. Omnino id saepius videmus linguarum formas non simul omnes in toto

populo uno impetu commutari, sed hic illic quasdam intactas immutatasque relinqui. Quod consideranti non magis mirum videri debet, praeter Doricas *ῥήτρα*, *μή* exstare Eliacas formas *Fράτρα*, *μά*, quam apud Dores *ᾱ* in *ἵστᾱμι*, *μᾶκος*, *νᾶσος* servatam esse praeter Ionicam *η* in *ἵστημι*, *μῆκος*, *νῆσος*. Etiam in eadem Doride praeter antiquiores recentioris fabricae formas reperiri notissimum est, tamen Ahrensius (II 151) *Ἄβαιον* propter *Ἥβα*, et de quibus mox agendum erit *ἄμερος*, *ἀμι-*, *πλᾶθος* in suspitionem vocanda duxit.

ἐμπρησόντι, quod propter *πιμπράναι*, *πιμπρᾶς* etc. ex *πρα* rad. formatum esse putatur. Tamen *πρε* radicis testimonio afferri potest Hes. Theog. 856 ed. Göttl. *ἔπρεσε*. Sed rursus Ahrens (II 131 sq.) ideo *πρε* et *πλε*, quae radices hic ut ubique eandem conditionem habent, solas vere Doricas radices putans, nimius videtur in damnandis, quae apud Dores *ᾱ* servaverint, formis, sic (*πίμπρημι* verbi fortuito nullae exstant) *πλᾶθος* Cret. 3048, *πλάθους· πλήθους* ap. Hesych., *πλάθουσι* Aesch. Choeph. 589 ed. Dind. P. Sc. V. ed.

βουβῆτις (cujus de notione § 20 accuratius disputabitur) ex *βοῦς* et *βαίνω* compositum esse apparet, ita tamen, ut *βῆτις* non tam ad vulgarem rad. *βα*, quam ad *βε* redire videatur, quae in *ἐμβέη* Cret. 2554 patet

Neque vero omnibus vocibus, quae in dial. Her. *η* habent, *ᾱ* vel exspectata vel alibi servata, tali modo radices attenuatae suggeri possunt; neque in his, quas attuli, re vera *η* ex *ε* primaria productam esse pro certo dici potest; quid, si, ut indog. *mâ* jam ea aetate, ubi lingua graeca nondum in dialectos digressa erat, in *μή* transiit, ita etiam *Fράτρα* eodem tempore ad **Fρήτρα* inclinans, hac forma in omnes dialectos, excepta Eliaca, transmigravit? Certe utriusque vocis *α* in solo tit. El. servata est. Quod fieri potuisse concedendum erit, praecipue in vocibus tam antiquae fabricae. Certe, id ad quod evincendum haec dixi, cum vel eae voces, quarum radices attenuatae vel secundariae *ε* continentes praesto

sunt, utrum ex his radicibus, an ex ᾱ pristina η vocalem traxerint, dubium sit: fere temerarium esset, aliis vocabulis ι pro ᾱ in dial. Dor. instructis proprias radices cum ε ad hoc fictas, quarum ne minima quidem vestigia exstant, substituere. Quod imprimis contra Allenum (l. c. 229 not. 21) dico, qui, ut κέκληκα, κλητός, ἔρρηγα Doricas formas bene explicare possit, radices κελ, *Fρεγ* praeter καλ, *Fραγ* exstitisse suspicatur. Sed quibusnam testimoniis hoc, ne dicam evincere, tantum probabile reddere possit, nescio; ac quis Dores in praes. καλέω hanc, in perf. κέκληκα illam radicem recepisse crediderit? Alia ratione Ahrensius, si minus ἔρρηγα, de quo explicando desperat (II 132), tamen κλητός defendere studet, hanc formam non metathesi sed syncopa (καλη: κλη) ortam esse censens. Sed in καλη forma statuenda errat, quae potius, ut ex καλέ-σω, ἐκάλε-σα apparet, καλε sonare debuit, ex qua perfectum syncopa ortum *κέκλεκα, non κέκληκα exstitisse exspectandum est. Etiam cognatae formae ex Latina lingua, ut nomenclātor (vd. Etym. p. 133) contra Ahrensium faciunt.

Nobis hic tantum id, quod factum videmus, haud praeoccupato animo agnoscendum esse censeo. Videmus autem in formis transpositis καλέω verbi, et in ῥήγνυμι ejusque derivatis tota Doride η, nusquam ᾱ apparere (singulas formas collegit Ahrens 132); quid igitur hinc sequitur? Nil aliud credo, nisi hoc: Doridem, quae traditam ᾱ servare soleat, non *κέκλακα, *κλατός, *ῥάγνυμι sed κέκληκα, κλητός, ῥήγνυμι accepisse (ut *Fρῆξις* et ῥῆξις etiam Alcaeus dixisse traditur, Ahr. I 30 not. 2). Denique in duobus vocabulis, quae in tabulis Her. legimus, Ahrensiŭs η solam rectam, ᾱ, quae nonnusquam exstat, vel hyperdoricam (venia sit verbo!) vel errore scriptam esse contendit. Sunt ἡμι- et ἥμερος. Ἡμι- enim praeter tabulas Her. apud Pindarum, Epicharmum, Sophronem, in inscr. Delph. 1690 (vd. Ahrens. 152), in inscr. Locr. Oz. 5 legitur, contra ἁμι-όλιον semel apud Archim. de Plan. II p. 45, apud quem saepius ἡμι-όλιον et ἥμισυς, ὅμι-συ apud Theocr. 29, 5, apud quem

saepius *ἡμι-*; et ab Herodiano (II, 362, 26 ed. Lentz) affertur *αἰμίονος* Aeolicum pro *ἡμίονος*, quod nos ad vulg. *ι* et Dor. *α* ducit (Ahrens I, 96). Denique scr. *sâmi* lat. *semi-* demonstrant, *α* antiquam in hac voce jam antiquiore aetate ad *ε* descendisse. — Tamen num ideo *ᾱ*, ubi exstat, hyperdoricum commentum habendum sit, admodum dubito, cum illa tria testimonia se invicem confirment. Atque ut antiquam *ᾱ* graeca in lingua servatam esse posse, licet jam tempore gr.-lat. *ε* praeter *ᾱ* exstiterit, demonstrem, hanc videas aequam rationem vocabulorum: Dor. Aeol. *ἀμι-: semi* = Dor. *πλᾱθος: plenus, implere* = El. *Ϝράτρα: verbum.*

Postremo *ἥμερος* nullo alio loco Dorico, nisi in his tabulis, legitur, *ἄμερος* vero pluries ap. Pindarum et Aesch. Agam. 721 ed. Dind. P. Sc. V., quibus locis Ahrensius (II 152) librarios Doricae vocis *ἀμέρα* comparatione inductos *ἄμερος* pro *ἥμερος* errore scripsisse, invita Minerva suspicatur. — Quamvis de etymo hujus vocis prorsus certi quidquam nondum prolatum esse concedendum sit, tamen arridet Curtii opinio (Etym. 353), *ἥμερος* a rad. *ἡς* descendens primo dictum esse de contubernalibus et una habitantibus, ita ut *ἄμερος*, *ᾱ*, quae in scr. *às-ē*, *às-a-nam* etc. conspicitur, servata, cum *ἀμι-*, *πλᾱθος*, *Ϝράτρα* etc. similem rationem tueatur.

Tamen cum hoc modo *ι* vocalem in *χρήσομαι*, *ῥήτρα*, *ἐμπρησόντι*, *βουβῆτις*, *καπάλιτος*, *ἐρρηγεῖα*, *ἥμι*, *ἥμερος* vocibus Heraclensibus phonetice, ut hoc verbo uti liceat, explicare studui, aliquam suspitionem supprimere nolo, in quibusdam *ι* fortasse alia via interpretandam esse, quam ideo adhuc tacui, quod neque eam recte adhiberi probari, neque quousque valeat, definiri potest. — Ut enim de numeralibus disputans formas in dial. Her. exstare ex lingua Attica vel communi receptas demonstravi; ut paullo longius progressi nonnulla alia vocabula Atticam pro Dorica speciem prae se ferre videbimus, sic etiam vocabula modo tractata ut tritissimae notionis, magna ex parte communem dialectum redolere suspicari licet. Atque ut hoc liben-

ter de *βουβῆτις* credam, hujus compositi prior pars me commovet, minus Dorice quam Ionice formata, ut § 5 ostendetur, nec denegare velim, veri similius videri *ἐμπρησόντι* a communi lingua mutuatum esse, quam ex radice *πρε* certe non admodum usitata formatum; quin etiam *κατάκλητος*, *ἐρρηγεία*, *ἥμερος* sic accipi posse concesserim; tamen *χρήσω* et *ῥήτρα* ex radicibus *χρε* et *Fρε* nata esse et *ἡμι* a gr.-lat. *semi* descendere vel contra hanc suspitionem contendo.

Sed utut de his censetis, id certe ex hac enarratione apparebit, dialectum Heracliensem, quod ad *ᾱ* servatam attinet, non inter severissimas referendam esse, superatam hac in re ab Eliaca, Aeolica, Pindarica, nonnullis aliis, quod ad aetatem tabularum Heracliensium definiendam non nullius momenti erit.

Restat, ut ejus *η*, quae ex productione suppletoria et contractione exstitit, exempla ex dial. Her. afferam.

ἐγFηληθίωντι = vulg. *ἐξειληθῶσι* a praes. *ἐγFηλέω*. *η* in hoc vocabulo productione suppletoria natam esse comparatis *Fήλω Fηλέω* Doricis cum *εἴλω*, *εἴλλω* Atticis, *ἀπέλλω*, *ἀπέλλα* Lesbiacis formis facile probari potest; tamen quaenam forma primaria sit, non facile est ad dicendum. Plerique cogitabant de praes. **Fελ-jω* (ex **Fαλ-jω* aor. *ἐάλην*), ex quo *ι* vocalis epenthesi *εἴλω* factum esset, sed Brugmanus (l. c. p. 122) rectissime demonstravit ex **Fέljω: εἰλέω*, *εἴλλω Fηλ-έω* explicari non posse. Quare cogitat de verbo scr. *vṛ-ṇômi* „arceo, circumdo", cui respondens fingit gr. verbum **Fέλ-νω: *Fέλ-λω*, ex quo lesb. *ἴλλω*, att. *εἴλω*, dor. *Fήλω* optime procedunt. Tamen ad *εἴλλω*, *Fηλέω* formas explicandas *Fέλ-νω* non sufficit. Itaque puto in his duplicem praesentis formationem adhibitam esse; ut enim a rad. *βα* primum *βα-ν*, deinde **βαν-jω: βαίνω*, a rad. *φα: φαν: *φαν-jω: φαίνω*, *κρῐ̆: κρῐ̆ν: *κρῐ̆ν-jω:* lesb. *κρίννω* att. *κρῖνω*, *πλῠ̆: πλῠ̆ν: *πλῠ̆ν-jω: πλῡ́νω*, sic ad rad. *Fελ* primum *Fελν: εἰλ Fηλ*, deinde novo suffixo **εἰλ-jω: εἴλλω*, **Fήλ-jω: Fηλίω*, *Fηλέω* formata sunt. —

Testimonia *Fηλ*, *Fηλε*, *Fηλι* stirpium ex Doride collegit Ahrens II 160.

Eadem productione exstiterunt *δήλομαι* (**δέλ-λομαι*: sev. Dor. *δήλομαι*, mit. Dor. *δείλομαι*; locis ab Ahr. II 150 allatis adde inscr. Locr. Hyp. 3, 4, 12 et formulam in titt. Delph. a Wescher et Foucart editis frequentem: *καθὼς κα αὐτὸς* (sive *αὐτὰ*) *δείληται* vocabulum Doridi proprium, exstans Heracl. 146, cujus etymon adhuc nos latet[16]), et *δηλόω* (*ἀδηλωθείη* Heracl. 57), quod ex rad. *δϳεF* emanare Brugmanus (quem vd. l. c. p. 147) mihi persuasit.

Tum *μής*, quod v. 1 legitur — reliqui casus *μηνός*, *μηνί*, *μῆνα* saepissime exstant in Doricis titulis — hic afferatur, quod ex **μενσ-ς*: **μενς*: **μην-ς*: **μησς* processisse Ionico *μείς* demonstratur. Tamen *μάν* Doricum esse ab Herodiano (II p. 357, 17 ed. Lentz: *ἐπὶ μέντοι μονοσυλλάβων μετατιθέασι τὸ σφῆξ καὶ μὴν σφάξ λέγοντες καὶ μάν*[17]) traditur, quae forma explicari potest, si modo graecam formam primariam *μανς* statuimus, cum eadem *α* vocali, quam in lingua scr. in *mâs*, *mâsa-s*, in vet. bactr. *mâonh*, *mâonha*, in vet. germ. *mânôt* conspicis. Ab hac forma omnes graecae, quas novimus, hoc modo descenderunt:

---

16) Oeconomidem, qui in editione sua inscr. Locr. Hyp. 1869 *δήλομαι* et *βούλομαι* eandem originem habere conjecerat, jam Allenus (l. c. p. 274) difficultate transitus *F* in *δ* (*εϝ-ημὶ*: *δέλ-λομαι*) proposita refutavit. Quae autem Brugmanus (l. c. p. 122) hujus transitus exempla *βδέω* et *δρόσος* invenisse sibi visus est, ea parum certa esse existimo.

17) ubi Ahrens (II 153) sine ulla probabilitate *χήν* pro *μήν* et *χάν* pro *μάν*?!) „fortasse restituendum esse“ suspicatur.



Denique ἦς att. εἷς ex ἓν-ς, quod etiam in Rhinthonis frustulo exstat: *οὐδ' ἧς κύων* (Herod. 401, 17 ed. Lentz.) et *καταλιμακωθής* ex *-θέντ-ς*. Alii Dorienses talibus in adjectivis productionem non adhibuerunt, vel, si mavis, longam syllabam postea corripuerunt; sic a grammaticis afferuntur *αἱματόες*, *χαρίες*, *τιμῆες*, *Μαλόες* (Herod. II 432, 2; II 619, 6). Denique Argivi et Cretenses syllabam finalem immutatam servabant (Ahr. II 104) *τιθένς* et *ἔνς* dicentes ut *πρειγευτάνς*, *τόνς*, *ὑπαρχόνσας* etc. — *η* vocalis exstitit ex contractione

vocalium *εε* in *ἐπαμώχη*; deinde in futuris *ἐσσήται*, *ἐγδικαξήται* etc. de quibus vd. §. 18.

voc. *εη* in conjunctivo *ἀμμισθωθῆ*, de quo vd. § 5.

„ *εα* in *Fέτη* ex *Fέτ-εα*

„ *αη* in *ἐπιβῇ*, de quo vd. § 18.

III. ω.

De *ω* ex *ο* vocalis amplificatione nata nil singulare quod hic afferri possit, habemus, neque de vocali productione et contractione nata fusius disputare opus est.

De *ἀνέωσθαι* vd. § 19; de *εὐθυωρεία* § 20.

ω productione suppl. ortam habes in *ἄγωσαν*, *ἀλλά-*

λως, ἄλλως, ἰαρώς, νόμως, ὅρως, ιώς, ἐπάρχωσα, χώρως.

ω contractam

1) ex *o-α* vocalibus in μείω ex *μείοσ-α.

2) ex *o-o* in τετρώρων ex *τετρο-όρων, deinde in genetivis sing. II. decl.: ἀντόμω, Ζωπυρίσκω, ὁδῶ etc.

3) ex *o-ε* in ἀμπελωργικά, λωτήριον, πεπρωγγευκῆμεν, πρώγγυος.

4) ex *o-ι* in τετρώκοντια ex *τετρο-ή-κοντια. Idem contractionis genus adhibuerunt antiquiores Iones in ὀγδώκοντια ex ὀγδο-ή-κοντια, ἔβωσε ex ἐβόησε Hipp. 1, 1 (conj. Schneidew.), νωσάμενος ex νοησάμενος Theogn. 1298 etc.

5) ex *o-ω* in conjunctivis μισθῶντι, παρδῶντι, διαγνῶντι etc.

IV. ῑ.

τρῖς vere Dorica et τρεῖς forma communis legitur in tabb. Her. illa vv. 23, 40, 144, II 32, 35, 40, 89, haec II 15, 53, 70. τρῖς praeterea in tit. Brutt. C. I. 5773, τρεῖς in Delph. 1690 et in omnibus recentioribus reperitur. — A τρι stirpe descendit Dor. nom. τρῖς ex *τρί-ες, ut Dor. πόλι-ες, μάντι-ες; Att. τρεῖς ex *τρεϳ-ες ut πόλεις, μάντεις, πρυτάνεις ex *πόλεϳ-ες etc. De hac explicatione nunc omnes, opinor, consentiunt, nisi quod Christius (Gr. Lautl. p. 49) nimis „mathematice“, ut ita dicam, τρεῖς metathesi ex *τρίες ortum esse credit. Τρῖς in τριςκαίδεκα, quam Schleicher Compend. p. 500, II. ed. breviorem quandam τρεῖς numeralis formam esse autumat, antiquiorem illam flexuram vel in Atthide servasse credo, quam ab initio omnibus Graecis communem fuisse ex Homeri, Herodoti, Aeolum et Dorium consensu videmus.

Fίκατι saepe in utraque tabula, *Feίκατι* II 55, 57, 71, 75; cetera hujus numeralis exempla ex Doricis fontibus Ahrens. II 279 collegit, ex quibus comparatis jam id apparet, antiquiores fontes ῑ vocalem, recentiores ει diphthongum tueri. Nobis originem illius *Fῑ* et *Fει* quaerentibus id cer-

tum videtur, *Fi* ad stirpem *dva* redire ac veri simillimum ad certum ejus casum, qualem habemus in *τριάκοντα*, *τεσσαράκοντα*, scr. *triṅçat*, *k'atvâriṅçat*, got. *tvai-tigjus* (acc. *tvans-tiguns)*, *threis-tigjus* (acc. (*thrins-tiguns)* etc.

Praeterea cum consensus linguarum (scr. *viçati*, bactr. *vîçâiti*, lat. *vîginti)* jam tempore indog. *dvai* in hoc numerali ad *vî* processisse evincat, facere non possumus, quin *Fείκατι* corruptiore quadam pronuntiatione ex *Fίκατι* exstitisse confiteamur, cujus mutationis unum certum testimonium habemus in *Ποτῑδάν*, quod in *Ποτειδάν*: *Ποσειδάν*: *Ποσειδών* mutabatur [18]) (cf. Ahrens. in Philol. XXIII, 202).

χιλίοι. A Lesb. *χέλλιοι*, Boeot. *χείλιοι* ducimur ad formam Dor. *χηλίοι*, quae re vera exstare videtur in tit. Lacon. 1511 Tegeae reperto antiquae scripturae, ubi bis (vv. 12, 19) *ΧΕΛΙΟΣ* legitur hau dubie *χηλίους* explicandum [19]). Itaque Ahrens II 160 ea, qua solet, severitate *χηλίοι* etiam a tabb. Her. postulat, ac *χιλίοι* (36) et *δισχιλίαι* (37) „valde" veretur, „ne Maittairii Britannici fragmenti editoris negligentiae debeantur". Sed Maittairius Mommseni collatione purgatus est, ac vulgarem formam in hanc dialectum irrepsisse nemini ceteras numeralium formas comparanti mirum videri potest.

χιλίοι ex *χειλίοι*, ut *ἀσπουδί* ex *ἀσπουδεί*, *ἴλη* ex *εἴλη*, Boeot. *ἶμι* ex *εἶμι*, *Fῖξαι* ex * *Fεῖξαι* ortum esse certum videtur. Etymon vocis adhuc nos latet, certe Boppio (Gr. compar. II p. 90 III. ed.) *χίλιοι* ex *sahasra* derivanti vix quisquam assensus sit.

---

18) Leo Meyer (Vergl. Gramm. I p. 147) *ει* antiquiorem quam *ῑ* habet. Christ (Lautl. p. 48) *εἴκοσι* ex *Fίκατι* digammate in *ε* mutato exstisisse putat, quae opinio, ne alia proferam, jam ipsa forma *Fείκατι* refutatur.

19) Boeckh. proponit *χιλίους* propter hanc formam v. 22 exstantem, quam Ahrens II 157 Fourmontii negligentiae ascribit.

§ 5. De diphthongis.

I. ει.

1) ει ex amplificatione ι vocalis orta (?).

ἀποτεισεῖ Ahrensius certe ex rad. τι eadem vocalis amplificatione exstitisse censet (II 184), quam in λείψω, εἴσομαι, δείσω videmus. Tamen si ad magnam formarum cum ει copiam animum advertimus (exemplis ab Ahrensio l. c. collectis adde: ἀπυτειέτω inscr. Teg. v. 45; ἀποτείσῃ Locr. Hyp. 15; ἀποτεισάντων Cret. 2554, 39; 46; ἀποτεισάτω Ther. 2448, V, 19; Cret. 2554, 65; ἐκτείσῃ Ther. 2448, V, 2; 22; 35; ἔστεισις (= ἔκτισις) Teg. 39, ac facili negotio exempla etiam multo pluribus augeri possunt), e contrario ι in τῑ́νω, τῑ́σω, ἔτῑσα ex ει nata esse videtur, ut χίλιοι ex χείλιοι, ἀσπουδί ex ἀσπουδεί etc.

2) ει ex contractione ε et ι vocalium orta.

Ἡρακλείδας ex *Ἡρακλεϝ-ίδας: *Ἡρακλε-ίδας; porro nomina composita cum suffixo ja: εὐθυωρεία, Ἡρῴδειος, Ἰστίειος, μερεία, τυρεία, χρεία.

Ἡρακλεία II 25, 38, 73, 81, 88, 107 ex *Ἡρακλέϝ-ja: *Ἡρακλέ-ja. Ex *Ἡρακλε-ja etiam Ἡρακλέα forma exsistere potuit, quae II 32 exstat, a Mazocchio et editoribus C. I. Gr. in Ἡρακλεία analogiae gratia mutata, — num jure, nescio. Frequentissimam enim in Doride terminationem -έα pro -εία (exempla nonnulla affert Ahrens II 188) hic semel tantum, alteram sexies usurpari ei, qui hujus dialecti inconstantiam novit, mirum videri non potest.

ἐρρηγεῖα fem. part. pf. act. Att. ἐρρηγυῖα. Praeterea exstat haec terminatio in inscr. Ther. 2448, I, 26, 27, 28: ἐπιτετελεκεῖα, ἑστακεῖα, συναγαγοχεῖα et in Mysiae epist. no. 13 Orell. ποτεοικεῖα; contra Ahrens (II 365) non bene comparat γλυκεῖα, quippe quod non ex *γλυκϝια, ut putat, sed ex *γλυκεϝ-ια: γλυκέ-ια exstitisse formis γλυκέ-ος, γλυκέ-ες etc. (ex *γλυκέϝος *γλυκέϝ-ες) demonstretur. — Cum constet -υῖα terminationem ex indog. *casi* originem ita duxisse, ut ϝα syllaba ad υ vocalem contracta (ut scr

ushî ex *vasî*) σ inter *v* et *ι* vocales excideret, ex eadem forma etiam *-εῖα* deducere possumus, hanc mutationum seriem statuentes: * *ἐρρηγ-Fασία*: * *ἐρρηγ-Fεσία*: * *ἐρρηγFε-ία*: * *ἐρρηγ-Fεῖα*: *ἐρρηγ-εῖα*.

μείων e rad. *με* (debilitata ex *μα*) et suff. *-ιων* ut *πλείων* e rad. pla: *πλε*. Aliam vero formam grammatici (Herod. II 270, 8; 431, 14; 504, 29 ed. Lentz, reliquos vd. ap. Ahr. II 163 not. 15) Doricam dicunt: *μήων* et *πλήων*, quorum praecepta Ahrensius spectatis *μείων* Heracliensium, *πλείων* in titulis mitioris Doridis (Ther. 2448, V, 11; VIII, 2; Herm. 1193), *πλίονα* Boeotico (1569, 47) fluxisse censet ex more recentissimae aetatis, alienissima ab antiqua et genuina Doride. Tamen in ea, qua etiam nunc laboramus, monumentorum verae et antiquae Doridis penuria Ahrens hic, ut saepius nimius esse videtur in spernendis et rejiciendis grammaticorum, quae huic vel illi titulo repugnent, testimoniis; neglecta, quae in dies clarius apparet, magna singulorum cujusque dialecti generum varietate et diversitate, prout diversis locis vigebant. Sic nil est, cur non alias Doridis dialectos *μήων* dixisse sumere possimus, quippe quae forma optimam explicationem admittat. E pristino **μέ-jων* spirante ad *ι* vocalem emollita *μείων*, explosa cum productione *μήων* exstitit. Spiranti sine productione ejecta tertia forma **μέων*, quae fortuito non exstat, aeque formari potuit ut *πλέων*.

διπλεῖ (deest in Steph. Thes.), vulg. *διπλῇ*, Corcyr. 1845 vv. 75, 102, 113: *διπλῆ*. Ahrens (II 386) *διπλεῖ* et *διπλῆ* miras vocat formas, et Allen (l. c. p. 262) quoque earum formationem obscuram esse dicit, cum stirps *διπλοο* -esse videretur. Conjicit tamen non ex illa stirpe, sed ex ipsa radice *πλα* (quae in *πιμ-πλά-ναι* conspicitur) *διπλεῖ* locativum et *διπλῆ* instrumentalem formari. — Sed multo confidentius de hac re judicari potest. Ex pristina hujus adjectivi forma *διπλόος* brevior *διπλός* exsistere potuit, ut **Πασίνοος*, **Κρατίνοος*, *Εὐθύνοος* in *Πασῖνος*, *Κρατῖνος*, *Εὐθῦνος* (cf. Buttmann, Ausf. Gramm. ed. II, I p. 154), *βοηθόος* in

βοηθός, *λαξός* in *λαξός* correpta sunt; et *διπλοί-ι* locat., *διπλοΐ-η* instrum. eodem modo in **διπλό-ι*, **διπλό-η* mutari poterant, quo vocat. *ὁλοέ* in *ὁλέ* Herod. II, 250, 12 ed. L.), *δορυξοέ* in *δορυξέ* (Aristoph. Pax 1260). Ceterum, ne ulla dubitatio relinquatur, audias Herodianum (II p. 250, 19 ed. Lentz): *δορυξόος ἐκ τοῦ δόρυ καὶ τοῦ ξέω· οὐδεὶς δὲ λέγει Ἑλλήνων δόρυξος, ἀλλὰ δορυξόος καὶ κατὰ συγκοπὴν δορυξός*, et paullo infra: *ἡ λαξός· ἀπὸ τοῦ ἡ λαξόος ἡ λαξός ὡς βοηθόος βοηθός*, quibuscum Lentzius (l. c. not. ad fr. 227) comparat Etym. M. 517, 25: *κλεός (a κλεώ)· Πίνδαρος οὐκ οἶδα ὅπου φησὶ κλεός· κλεόος καὶ συγκοπῇ κλεός*. Atque ut etiam pro *διπλόος*: *διπλός* disertum testimonium afferam, addo Tzetz. ad Lycophr. v. 521: *Ἰπλὸς δὲ κυρίως καὶ ἐξ αὐτοῦ διπλοῖ ὀξυτόνως* [20]).

Quibus testimoniis freti formas **διπλό-ι*, **διπλοΐ* vel *διπλό-ᾱ* sumere possumus, ac ne hic quidem certo testimonio careamus, *διπλόα* exstat in inscr. Drer. 130. et *διωδεκαπλόα* Brutt. 5573, 12. — Tum ex *διπλό-ι* enasit *διπλέ-ι*: *διπλεῖ*, ut **τουτόι*: **τουτέ-ι*: *τουτεῖ*; **πανοικό-ι*: **πανοικέ-ι*: *πανοικεῖ*; **πανδημό-ι*: **πανδημέ-ι*: *πανδημεῖ* etc.; ex **διπλόη*: *διπλῆ* (Corcyr. 1845, neque raro apud Atticos, ut nom. sing. fem. *διπλό-η*: *διπλῆ*; ex *διπλό-α διπλᾶ*, ut exstat *ἑξαπλᾶ* C. I. 2554, 65, quocum conferas instrumentales *κρυφᾶ*, *λαθρᾶ*, *ἁμᾶ*, *διχᾶ*, *τριχᾶ* etc.

Tum videmus etiam *διπλᾰ́* adverbium recentiore tempore correptum (ut *ἅμᾰ* ex *ἁμᾶ*, *κρυφᾰ́* ex *κρυφᾶ* etc.) usurpari: Oppian. Cyneg. II v. 449; Halieut. IV v. 657; Anthol. Pal. X, 107.

Denique *διπλῇ* adverbium sermoni Attico proprium dat. fem. esse videtur, ut *δημοσίᾳ*, *ἰδίᾳ* etc.

Praeterea cum locativi suffixo formata sunt *Ἐτεῖ* et *ἀεί* ex **αἰϝεσί-*: *αἰϝεί*: *αἰεί*: **ἀϳεί*, praeter quam multo

20) Talem vocalis ejectionem videmus etiam in *πωλέαι*, *μυθέαι φοβέο*, *ἀκέο*, *φέρεν*, *νοέν*, *ἁμές*, *ὑμές* etc. ex *πωλέ-ε-αι*, *μυθέαι*, *φοβέε-ο*, *ἀκέε-ο*, *φερέεν*, *νοε-έ-εν*, *ἁμέ-ες*, *ὑμέες*

frequentiorem in titulis Doricis semel in his tabulis (134) occurrit *ἀέϛ* ex **αἰFές*: *αἰές*: **ἀjές*.

3) *ει* ex aliis vocalibus debilitata:

Ἀποθάνει, ἀρτύσει, εἶ, λάβει, νέμει, ποτάγει, πράξει, τελέθει, φέρει, quos probos justosque conjunctivos esse neque indicativos vel praesentis vel futuri, quos voluit Mazocchius, jam satis superque ex *κά* particula omnibus associata apparet. Nec vero minus procul, quam Mazocchii nugae, eorum sententia rejicienda est, qui illas formas antiquam scripturam exhibere putabant, ita ut *EI* in tabulis exstans *η* legendum esset. Hac enim ratione editores C. I. formas, de quibus agimus, mutaverunt, tamen ne id quidem constanter, nam cum *ἀποθάνῃ, ἀρτύσῃ, λάβῃ, νέμῃ, ποτάγῃ, πράξῃ, τελέθῃ, φέρῃ* scripserint, reliquerunt — cujus rei rationem desideramus — *εἶ* formam. Nec vero in tabb. Her. neque in ceteris permultis titulis, in quibus haec conjunctivi terminatio frequentatur (exempla ab Ahrensio II 294 allata facili negotio multo pluribus augeri possunt) ullum antiquioris scripturae vestigium reperitur.

Sed praeter formas in *ει* deprendimus in his tabulis et vulgarem terminationem *η* (*κόπτῃ, θραύῃ*) et tertiam in *η* (*ἀμμισθωθῆ*) tota Doride frequentem (Ahrens II 294), neque ab Aeolica (Ahrens I 130, ubi adde *τυγχάνῃ, ἔχῃ, ποσκαταβλάψῃ* ex inscr. Teg.) neque ab Ionica dialecto aliena (cf. exempla a Larochio ex Att. inscr. collata „Homer. Untersuch." p. 200). Neque tamen hanc formationem editores C. I. probaverunt, sic quidem, ut Boeckhius in I. vol. iota ubique adderet, in II. *η* iota carentem retineret, Franzius in III. rursus *η* in *ῃ* mutaret.

Nobis potius, qua ratione adhibita has diversas formas explicare possimus, quaerentibus, primum *ει* ex *η* attenuata esse videtur, ut in *βούλει, οἴει, ὄψει* etc. ex *βούλῃ, οἴῃ, ὄψῃ*; *η* vero terminatio quam originem habeat, non tam facile dictu est. Quod Westphalius (Method. Gramm. I. 2. p. 62) admodum singulare excogitavit, tales formas in *η* imperfecti esse conjunctivos (**βλάπτητ: βλάπτῃ; *θέλητ:*

θέλη), probari non potest; neque enim, ut de tota formatione prorsus inaudita taceam, ulla inter has et reliquas conjunctivi formas significationis differentia enucleari potest, neque, quid tandem haec ratio ad *ἀμμισθωθῆ* aoristi conj. interpretandum valere possit, apparet. — Ahrensius (II 295), cui Gelbkius (l. c. p. 38) assentitur, eam ex pristina terminatione *-ητι* (*-ησι* Ahrens.) omissa epenthesi exstitisse censet. Ac concedo, sic rem explicari posse, nisi forte praestat *η* revocare ad rudiorem et corruptiorem pronuntiationem, cujus fortasse etiam Lesbiaci dat. sing. in *ω* pro *ῳ* testimonio afferri possunt. Sed in titulis alioquin emendatissimis neque antiquam scripturam neque itacismum redolentibus etiam *ει* et *η* saepe inter se commutatae sunt[21]), ita ut *η* fortasse etiam *ει* diphthongi munere fungi cogitari possit.

αἰ conjunctio saepissime in his tabulis exstans orta est ex indog. *svai* (= osc. *svaí* lat. *si*); **σϜαι*: **Ϝαι*: *αἰ* = **σϜε*: *Ϝε*: *ἑ* = *σφίν*: lac. *φίν* (Curt. Etym. 366). — Praeter quam legitur 160 *εἰ* forma ex *αἰ* orta, ut ex *κύπαιρος*: *κύπειρος*; *ἄναιρον* (Cret. cf. Hey, de dial. Cret. p. 15): *ονειρον*; *μεσόγαιον* Dor.: *μεσόγειον*; *ἔγγαιος*: *ἔγγειος*; *Μοῦσα*: *Μουσεῖον*; stirp. aor. *λυσα* -opt. *λύσειας* etc.

II. *ου*.

βοῦς, *χοῦς*, *πούς*. Quaeritur, utrum hae formae ut Atticae dialecto ita etiam Doricae propriae sint, an ex communi lingua in Heracliensem receptae. — Grammatici uno ore testantur de Dorica forma *βῶς* pro Att. *βοῦς*, ac legitur in Etym. M. 492, 38 *ναὶ κάῤῥων βῶς*, ap. Hesych. *βῶν· ἀσπίδα· Ἀργεῖοι*, et sexcenties apud Theocritum

21) Ther. 2448, VII 31: *εἴ κά τινες μὴ ποιῶντι τὰ κατὰ [τὸν] νόμον εἰ τὰν διαθήκαν εἰ τὰ δόξαντα, ἄνδρας ὅσος κα δόξει κτλ*; item *εἴ* pro *ἤ* VIII, 6, 7; VIII 5 *δεείση* pro *δεήσει*; VIII 21 *προνοειθήτω* pro *προνοηθήτω*; II 19 *προαιρείται* pro *προαιρήται*; VI 36 *ὀφειλείται* pro *ὀφειλήται*; VII 27 *διοικείται* pro *διοικήται*. — Corcyr. 1845, 67 *εἴ* pro *ἤ*; 94 *ποιήτω* pro *ποιείτω*; Marm. Sig. 8 *ἐπόεισεν* pro *ἐπόησεν*. etc. etc.

βῶς, *βώτας*, *βώκολος* etc. Contra *βοῦς* legitur Epich. 97, *βοῦν* Herm. 1193, *βουβῆτις* in nostris tabulis.

Fere eadem est condicio *χοῦς* vocabuli, quamquam ejus testimonia rariora sunt. Athenaeus et Eustathius dicunt *χῶς* Doricum, contra *χοῦς* in tabulis Her. est. Quae cum ita essent, Ahrensius (p. 165) auctoritati tabularum Her. plurimum tribuens, grammaticorumque testimoniis admodum diffidens, et *βῶς* et *χῶς* ut vere Dorica essent, metuit, quin mutari *χῶς* in *χοῦς* apud Athen. et Eust. jussit. Sed in hoc se a vero aberrasse, ipse postea perspexit (cf. Add. et Corr. II 565); itaque explicatius hanc opinionem falsam fuisse demonstrare non opus est. Tamen in Addendis (l. c.) censet „Argivos cum paucis fortasse aliis Doriensium *βῶς*, *χῶς*, *Τύδης*, *νᾶς* dixisse, *υ* vocali, quam e digamma ortam constat, ejecta." Cui opponendum est, *βᾶς*, *κῶς* etc. non ex *βοῦς*, *χοῦς* prodiisse, cum ejusmodi vocalis ejectio exemplis careat, sed utramque formam ad pristinam **βοϝ-ς*, **χοϝ-ς*, **Τυδεϝ-ς*, **ναϝ-ς* redire, ex qua digammate ad *υ* vocalem emollito communis, ejecto cum prod. suppl. Dorica forma exstitit. Tamen cum *βῶς* formam pristinae Doridi ascribo, alteram ei non ita abnegare studeo, ut ubi reperiatur, librarium vel lapicidam erroris accusem — quamquam in Epicharmi verba *βοῦς* pro *βῶς* errore quodam irrepsisse, sunt fortasse, qui probabile esse credant — sed eam aliunde, scilicet ex communi dialecto arcessitam esse opinor. — *χοῦς* vero in nostris tabulis Atticam linguam redolere non negabit, qui variarum dialectorum imprimis vocabula in commerciis emporiis foris usitatissima, v. g. numeralia et mensurarum ponderumque notiones exaequari ac numeralium re vera in hac dialecto communes formas exstare reputaverit.

Postremo de *ποῦς* agentes, in judicium vocemus glossam Hes. *πώς· πός ὑπὸ Δωριέων*, quam Albertus et Pearso correxerunt facta lenissima mutatione in *πώς· ποῦς ὑπὸ Δωριέων*. Ahrensius tamen rursus invocat auctoritatem tabb. Her., in quibus non *πώς* sed *ποῦς* II 34 et *τρίπους* 3, 96, II 2 exstat. Itaque respiciens ad aliam Hes. glossam *πόρ ποῦς Λάκωνες*,

proponit, licet contra litterarum ordinem, *πός· ποίς ὑπὸ Ἰωριέων*[22]). De qua re sic judico. Ex stirpe *ποδ* nomin. **ποδ-ς*: *πός* secundum leges phoneticas recte processit. Cum vero postea lingua voces monosyllabas correptam vocalem habere vetuisse videatur, *o* vocalis producta est. Quod duplici modo fieri potuit. Aeque enim ut in productione suppletoria *πός* apud Dores in *πώς* apud Atticos in *ποίς* abiit. Ergo tres hujus vocabuli formas quaerendo assecuti sumus. Primum antiquissimam *πός*, quam in *πόρ* mutatam Lacones propriam habuisse ex glossa *πόρ· ποίς Λάζωνες* discimus; deinde Doricam *πώς* confirmatam glossa: *πώς· ποίς ὑπὸ Ἰωριέων*, denique *ποίς* communem.

Sed quid de Heraclensibus? Nonne cum eo, quod modo de formis numeralium mensurarumque notionum apud Heraclienses dixi, *ποίς* vocabulum optime convenit? Itaque hoc quoque e communi dialecto receptum esse puto.

Quod ad ceteras diphthongos attinet, fere nil est, quod ab usu vulgari discrepet. *ῳ* tantum in *Ἡρῴδας Ἡρῴδεια σῴζω* vocabulis excitare liceat, quippe quae vulgo sine iota scribantur. Sed scriptura Heraclensis et ab Herodiano commendatur (*Ἡρῴδης* 67, 5; *σῴζω* 444, 6 ed. Lentz) et optimam admittit explicationem, nam *Ἡρῴδης* compositum est ex stirpe *Ἡρω* cum *-ιδης* suffixo, et *σῴζω* ex *σω-ίζω* ut *πλῴζω* ex *πλω-ίζω*.

§ 6. De contractione et crasi.

ᾱ ex *α-α* : *γᾶ, μνᾶ, πρᾶτος.*

„ *α-ο* : *Ἡρακλείδα, Ἡρῴδα, Φιλώτα, Φιντία; ἐπελλάσθω; ἆς.*

22) *πός* praeterea memoratur ab Herodiano *καθ. προσῳδ.* 403, ed. Lentz, a Choerobosco in Theod. p. 182, 32; 284, 21 (Herod. II, 281, 19; 903, 25 ed. L.) additis poetae alicujus verbis: *ὡς πὸς ἔχει μαινομένοισιν*, vel, ut apud Herod. 403, 1 legitur, quod Lobeck Parall. 86 etiam ceteris locis reponendum censuit: *ὣ πὸς ἄγ' ἰεμένοισιν*

ᾱ ex α-ω : ἀπορρᾶν, γνῶν, ἐλαιᾶν, καινᾶν, καταδικᾶν, ὁριστᾶν; φᾶντι.

η ex ε-ε : ἀπολώλη; ἐπαμώχη; ἐγδικαξήται, ἐσσήται, καρπευσήται, οἰκοδομησήται.

„ ε-η : ἀμμισθωθῆ.

„ ε-α : Fέτη.

ῃ ex α-η (vel α-ει) : ἐπιβῇ.

ω ex ο-ο : τετρώρων; ἀμαξιτῶ, ἀντόμω, Ἀπελλαίω, Ἀπολλωνίω, ἀργυρίω, Ἀριστάρχω, ἀρρήκτω, αὐτῶ, βίω, δάμω, δευτέρω, Διονύσω, δρυμῶ, ἑκατέρω, ἑκατομπέδω, ἐχομένω, ἐφόρω, Fικατιδείω, Fικατιπέδω, Ζωπυρίσκω, Ζωπύρω, Ἡρακλήτω, Θεοδώρω, Ἰστιείω, Κρατίνω, ὁδῶ, Πανάμω, πολέμω, πράτω, Πύῤῥω, σκίρω, Συμμάχω, τούτω, τριακονταπέδω, τριγύω, τρίτω, τῶ, χωρίω.

„ ο-ω : ἀποδιδῶντι, ἀποδῶνται, διαγνῶντι, μισθῶντι, παρδῶντι.

„ ο-ε : ἀμπελωργικά, λωτήριον, πρώγγυος, πρωγγυεύω.

„ ο-η : τετρώκοντα.

ῳ ex ω-ι : Ἡρῴδεια, Ἡρῴδης; σῴζω.

„ ex ο-ῃ (ο-ει) : πριῷ.

ῑ ex ι-ι : πόλι

„ ι-ε : τρῖς nom.

ει ex ε-ει : δεῖ; ἐμβαλεῖ, ἐξεῖ, θησεῖ, θρασεῖ, κοψεῖ, ποιησεῖ, πριωσεῖ, σαρμενσεῖ, σκαψεῖ, φυτευσεῖ.

„ ε-ι : ἐρρηγεῖα; ἀεί, διπλεῖ, Fέτει, λοτεχεῖ; μείων; Ἡρακλεία, Ἡρακλείδας; εὐθυωρεία, μερεία, τυρεία, χρεία.

Non contrahitur:

ε-α in *δένδρεα*.

ε-ά in *Κωνέας, Χαιρέας*.

ε-ο in *Fέτεος, χαράδεος; δεομένα, ῥέοντα; Θεόδωρος; ἔκπλεον*. In ιο mutatur in *ἀναγελίοντι, ἀρκοθαρίοντι: ἐξεποΐον; Τιμοκράτιος*. In ιω mutatur in *ἐμετρίωμες, μετριωμέναι*.

ε-ω in *δενδρέων, Γετέων*; *δέωνται*. Non contrahitur sed in *ιω* mutatur in *ἀδικίων, ἐγΓηληθίωντι*; *ποΐων, ποΐωντι*.
ο-α in *ἀπορρᾶν*.
ο-η in *ὀγδοήκοντα*.

Crasis nullum exemplum conspicitur in tabb. Her., nisi quod editores (Mazocch., Franz, Ahrens p. 220 *ταΐτα* 101 scribi voluerunt, ut ex *ταὶ αἴ κα* exstitisse putandum esset. Tamen mihi consideranti primum *καί αἰ* voces reliquis tabularum locis, ubi exstant, non coalescere (cf. *καὶ αἴ τινί κα* 105, 173), deinde omnino hiatus, qui frequentissimi sunt in tabulis, nusquam crasi adhibita expelli (cf. *τὰ ἄλλα* 172; *οἵας κα ἃ γᾶ* 103; *ἄν κα αὐτοί* 106 etc.), denique illa, quam sumunt, crasi *αἰ* vocabulum tabularum in scriptura prorsus delitescere, admodum veri simile, ne dicam certum esse videtur, *καί κα* minus crasi, quam lapicidae errori deberi, qui *αἰ* post *καί*, inductus vocum similitudine, addere omiserit.

§ 7. De apocope et elisione.

Apocopen patiuntur in dial. Her. praepositiones
ἀνά ubique: *ἂν τάν* 148, *ἂν τώς* II 32, 38; *ἄντομος* 12, 13. 15 saepius, *ἀνχωρίξαντες* 56, 59, *ἀμπόλιμα* 110, 155, *ἀμπισθωθῆ* 111, *ἀνγράψαι* 126, *ἀνγράφεν* 126, *ἀνγραφάντω* 127, *ἀνσοθαρίοντι* 132.
κατά semper ante articulum: *καττά* 109, 122, II 23. 27. *καττάδε* 113, *καττάν* 125, 127, 135, 146, 160. 161, 163. 164, 168, 176, 179 bis, *καττάς* 145, 151; alioquin tantum in voce *προκαδδεδικάσθω* 171, ante reliquas voces a consonis incipientes integra manet: *κατακλίτω* 11. II 10. *καταλιπόντες* 62, *καταλιμακωθῆς* 56, *κατασκαφόντι* 131; *κατὰ βίω* 50, 99.

Apud Lacones *κατά* majore apocope affecta est in *κάβλιμα, κάπειον* aliis vocibus ap. Ahr. II 356, quo etiam pertinent *κατάν, κατά* formae simplici *τ* littera scriptae pro *κατὰ τάν, κατὰ τά*.
παρά ubique: *πὰρ τά, πὰρ τάν, πὰρ τάς, πὰρ τό, πὰρ τόν*,

πὰρ τῶν; πὰρ μέν, πὰρ δέ, πάρ τε, πὰρ Fέτος, πὰρ πέντε, πὰρ ποταμόν.

Itaque *ἀνά* et *παρά* praepositiones, ut quae etiam ante vocales ubique elisionem patiantur, omnino non vulgaribus illis formis, sed solis *ἄν* et *πάρ* formis monosyllabis in dial. Her. exstare censendum est, quare apostrophum, quae dicitur, etiam ubi *ἄν* et *πάρ* ante vocales scriptae sunt, omisi. Aliter editores C. I.

ποτί (Dorica forma *πρός* praepositionis, vd. Ahrens II 358), mira inconstantia ante articulum modo admittit, modo respuit apocopen: *ποττάν* 119, II 31, 44, 69, 107, *ποττάς* II 87, *ποττό* II 30, *ποττόν* 162, II 37, 77, 108, ac contra *ποτὶ τάν* 16, II 13, 38, 75, 94, 100, *ποτὶ τόν* II 18. Ahrensius (II 354) *ποτὶ τάν* in fragmento prioris tabulae Britannico, quod dicitur, rursus Maittairii errori deberi, in altera *ποτὶ τάν* et *ποτὶ τόν* formas recentioris aetatis indicia esse putat. Sed illud certe injuria eum suspicatum esse, ex Mommseni collatione apparet, quo etiam alteri thesi non parum ponderis detrahitur. Tamen vide quae de ratione inter utramque tabulam intercedente, § 21 congessi. — Praeterea apocopen non nisi in *ποτθέντες* II 30 uno vocabulo deprendimus, cf. *ποτιφυτευσεῖ* 170, 174, *ποτισκαψεῖ* 173, *ποτιγενομέναν* II 24, *ποτικλαῖγον* II 107, *ποτικλαίγωσα* II 69.

Similem inconstantiam animadvertimus in usu elisionis, de quo haec statui possunt:

1) Praepositiones ubique ante vocales elisione afficiuntur, legimus enim *ἀπ᾽ ἀλλάλων* 75 et al., *ἀρ᾽ὧν* 50; *ἐφ᾽ ἑκατέρω* 91; *κατ᾽ ἄλλον* 157, *καθ᾽ ἅ* 10, 99, *μετ᾽ αὐτός* 124; *ποτ᾽ Ἄκιριν* II 46 etc. De *ἄν* et *πάρ* formis vd. quae modo dixi.

2) Praeter praepositiones eam admittunt etiam *κά, οὐδέ, ὥστε* voces nec vero hae quidem constanter. Nam *κα* elisionem patitur: *καὶ[αἴ]κ᾽ ἐμπροσθα* 101, *ἐν οἷς κ᾽ ἀρτύσει* 107, *αἰ δέ χ᾽ ὑπὸ πολέμω* 152, *ὅσσος κ᾽ εἶ* 160, sed intactum relinquitur: *οἵας κα ἁ γᾶ* 103, *ὥς κα ἐθέλοντες* 105, *καί αἴ τινί κα ἄλλῳ* 105, *ἄν κα αὐτοί*

106, *κα ἄλλῳ* 117, *κα ἐπιβῇ* 128, *ᾧ κα ἀφομοιώσωντι* 135, *ἅ κα ἐπιμαρτυρήσωντι* 156.

οὐδέ elisionem patitur : *οὐδ' ἐφερξόντι* 131, sed eodem versu integrum manet: *οὐδὲ ἀφερξόντι* 131, *οὐδὲ ἷς, οὐδὲ ἕν, οὐδὲ ἄλλος* 136, *οὐδὲ ἄλλον* 138, 145, *οὐδὲ ἐμιφι-σόντι* 145.

ὥστε elisionem patitur : *ὥστ' ἦμεν* II 30, sed intactum est in *ὥστε ἀεί* 170.

3) Ceterae voces voculaeque, *δέ, τέ, ἐστί* aliae in sermone Attico ad elisionem maxime propensae in tabb. Her. nusquam mutilantur.

CAPUT SECUNDUM.

De spiritu consonisque.

§ 8. De spiritu.

I. *Spiritus asper*

A. leni, qui in aliis dial. exstat, antiquior (i. e. ex spirante ortus) in his vocibus conspicitur:

1. *ἶσος* 175, quod vocabulum olim a digammate incipiebat. Cf. Boeot. *Fισοτελία* 1562, 1563, Hesych. *γισγόν* (= **FισFόν*), *ἴσον*; *βίωρ* (= **Fιὼρ* = **Fίσως*)· *ἴσως*; Homer. *ἐΐσης* ex **ἐFίσης*, ac vestigia digammatis, quae ex hiatu apud Hom. apparent, vd. ap. Hoffmann, Qu. Hom. II, 47. — *ἶσος* ex **FίσFος*: **Fἴσσος*: **ἴσσος* justa mutatione natum, exstat etiam Smyrn. 3137 II vv. 44, 75: *ἐφ' ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ*, ubi tamen Boeckhius mire *ἐφ' ἴσῃ* scribit, quia *ἴσῃ* scribere se non ausum esse dicit, in tit. Teio (Lebas, Inscriptiones gr. t. III: „Asie mineure" p. 34 No. 87, v. 14): *ἐφ' ἴσον* et in formulis Atticis: *ἐφ' ἴσης καὶ ὁμοίας, ἐφ' ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ* (cf. Giese, Ueb. d. äol. Dial. 302; Keil, Sched. epigr. p. 9; Curt. Etym. 353 et 639). Tamen constanter ne hae quidem tabulae asperum servarunt, quippe quae 149 et 170 *ἶσος* formam vulgarem habeant. *ἶσος* ex **ἴσσος*: *ἴσσος* prodiit, (*ἴσσος*

(Lesbiaca) forma traditur in glossis Hes.: *ἶσσος· γαλήνη* et *Ἴσσα ἡ Λέσβος τὸ πρότερον*) vel sine product. suppl. **ΓίσΓος*: **Γίσσος*: **ἴσσος*: *ἴσσος*: *ἶσος*.

2. *πενταέτηρίδα* 105. Digamma in fronte *Ϝέτος* vocabuli hic in media voce in asperum attenuatum est. — *Ϝέτος* legitur in tabb. 49, 51, 53, 103, 104, 109 et saepius, Boeot. *Ϝέτια* 1569 a. III; *Ϝιχατι Ϝέτιες* 1575; Lacon. *γέτορ* (--**Ϝέτορ*)· *ἔτος* Hes.; Locr. *Ϝέτεα* Hyp. 14; *Ϝέτος* Hyp. 33. Incertae dial. *γέτος* (=*Ϝέτος*)· *ἐνιαυτός* Hes. (cf. Etym. 196). — *ἔτος* exstat etiam in inscr. Halic. (Wescher, Revue arch. 1864 p. 135; Keil, Sch. ep. p. 11): *καθ' ἔτος*, *δωδεχέτης*, *ἐννεακαιδεχετίς*.

Proxima vocabula vulgo aspero praedita tantum hic illic lenem assumunt.

3. *ἔργω* in compositis *ἀφέργω*, *ἐφέργω* 131, *συνέργω* 133, quod vocabulum, olim a digammate incipiens (Etym. 171) etiam in Atthide aspero utitur in *εἴργω*, *εἴργνυμι*, *εἰργμός*, *εἰρκτή*.

4. *ὁ*, *ἁ* articuli, quos ab initio *σ* sibilantem in fronte habuisse notum est (Etym. 367), in inscr. Locricis (Allen l. c. 254) aspero carent, nisi quod initio tit. Hyp. *ἈπιϜοικία* exstat. Deinde *ὁ* legitur in Hieronis galea et *κὠ* pro *καὶ ὁ* in inscr. Cret. Bergm. v. 69.

5. *Ἰστίειος* N. Pr. derivandum ab *ἑστία*, Dor. Ion. *ἱστία* voce, quae e rad. *vas* orta digammatis vestigium in glossa Hes. *γιστία* (= **Ϝιστία*)· *ἐσχάρα* servavit. Contra in inscr. Locr. Hyp. 7 *ἰστίᾳ*, et in glossa Hes. *ἐττία*· *ἑστία* asper ad lenem progressus est.

B. recentiore tempore receptus in:

1. *ἀκροσκιρίαι*, quae *ἄκρος* forma semel tantum recurrit in inscr. Corcyr. (Mus. Rh. XVIII 539 No. 2): *καθ' ἄκρον*. Cujus de origine e rad. *ak* vd. Etym. 126.

2. *ὀκτώ*, *ὀγδοήκοντα*, *ὀκτακατίοι*, *ὀκτάπεδος*, quod numerale in linguis cognatis ut in Graeco vulgari sermone asperum respuit. Tamen satis est memorabile, in duabus linguis recentioribus asperum aeque atque in dial.

Her. huic vocabulo adhaerere, dico Neo-pers. *hest* et Franco-gall. *huit* (Etym. 636).

3. ἑννέα, ἑνενήκοντα (Etym. 290). Fortasse, id quod jam Curtius (Etym. 642) suspicatus est, analogia reliquorum numeralium, quae nisi a consonis incipiunt, asperum assumunt (cf. ἧς, δύο, τρῖς, τέτορες, πέντε, Ϝέξ, ἑπτά, ὀκτώ, ἑννέα, δέκα, Ϝίκατι, ἑκατόν) ὀκτώ, ἑννέα formas simili modo aspero donavit.

4. ἱαρός adjectivum ut in communi lingua asperum in fronte gerit, qui tamen non antiquitus exstitisse videtur, coll. ΙΑΡΟΝ i. e. Ἰάρων in tit. Ther. 11 B; ἶρος Aeol. Cum. 6, 16, Alc. 81; ἐπίαρος El.; Scr. *ishiras* (indog. *isaras* = ἰαρός).

5. ἁμές spiritu aspero ut in Att. dial. exornatum, quem non primitivum esse Scr. *asmat* demonstrat. Lenem servarunt Aeol. ἄμμες, Hom. ἄμμε, ac fortasse, id quod Curtius (Etym. 642) conjecit, asper analogiae ὑμεῖς (ex *jusmat*) pronominis tribuendus est. — Nam quod Kuhnius (Ann. II 260) censuit, quem Christius (Lautl. 109) et Savelsberg (Ann. VII 380) secuntur, in ἁμές et ἱαρός spiritum ex sibilante ortum transpositum esse in vocis frontem, ut hic ordo evaderet: *ἀσμές: *ἀ'μές: ἁμές; ἰσαρός: *ἰάρός: ἱαρός, certe in ἁμές voce parum probabile est.

C. incertioris originis in

1. ἅρνησις, cui vocabulo hoc solo loco asper additur — utrum ex corruptiore pronuntiatione an consonae alicujus olim in fronte exstantis residuum[23], usque adhuc pro certo dici non potest.

2. οἰσόντι, cujus spir. asp. e digammate ortus, ergo leni in οἴσουσι antiquior est, si Pottio (Et. F. II ed. II 248, Fickioque (II ed. p. 191) credimus, ut qui οἴσω petant e rad. Ϝοι Scr. *vî* (*Ϝοίσω = *veshjâmi*), ad quam etiam redeunt οἴαξ, οἰήιον, Scr. *pra-vê-tar* „auriga", *pra-vaj-ana* „stimulus". Tamen significatio non satis quadrat, omnes enim

23) Fortasse de rad. *var* „arcere, defendere" Fick II. ed. p. 181, no. 4 cogitari potest.

voces ab illa radice re vera descendentes (vd. Pott. l. c.) *ducere* significant, nec vero *ferre*.

II. *Spiritus lenis*

A. aspero antiquior est in his vocibus:

1. ὄρος „finis", ὁρίζω, ὁρισταί, ἄντορος. Item lenem deprendimus in inscr. Corcyr. (Mus. Rh. XVIII 575): ὄϝρος ἱαρὸς τᾶς ἀκρίας et Corcyr. C.I. 1909: ὄρβος, nec non asper deest in Ion. (Hom. *M* 421, *Φ* 405; Theogn. 826; Herod. I, 32 etc.) οὖρος et Cret. (inscr. Bergm. vv. 20, 22) ὦρος vocibus.

Ex quibus apparet ὄϝρος antiquissimam formam fuisse. Atthis asperum de suo addidit, fortasse, ut Curtius (Etym. 642) suspicatur, ut ὅρος *finis* et ὄρος *mons* inter se distingui possent [24]).

2. ἄγω lenem primitivum etiam in comm. dial. servans. In ἄγοντα vero, quod bis in tit Oz. Locr. et in Att. tit. (Rangab. ant. Hell. no. 57, a, 10) exstat, nec minus in Attico ἡγεῖσθαι, quod ejusdem stirpis esse negari non potest, asper irrepsit, quem ex antiquo digammate exstitisse fortasse quempiam, ut credat, commoverint glossae Hes. *ΒΑΓΟΣ. κλάσμα ἄρτου . . . μάζης· καὶ στρατιώτης· Λάκωνες* (confundit glossator *βάγος* et *βαγός*) et *βάξον· κάταξον· Λάκωνες* (Schmidt: *βᾶξον· κατᾶξον· Λ.*). — Tamen ejusmodi consonae in linguis cognatis ne minimum quidem vestigium exstat (Etym. 161), immo in ipsa Laconum dialecto vel ἀγέομαι lenem tuetur in Ἀγησιχόρα (Alcm. fr. 16, col. II, 19), Ἀγησίλαος, Ἀγησίπολις, Ἀγήσανδρος, ἀγήτωρ, ita ut minime dubitem, quin spir. asp. tantum pravae pronuntiationi attribuendus sit; illae vero glossae nimis obscurae et corruptae sunt, quam quae fidem mereantur.

B. ex aspero attenuatus in his vocibus:

1. ἀμαξιτός, quod, quamvis jam apud Homerum

24) Omnino haec dialectus quo studio asperum adamarit et affectarit, quisque ex ingenti multitudine vocabulorum intellegere potest a Keilio aliisque (Sch. epigr. p. 6; Giese, Aeol. Dial. 304) collectorum, in quibus Attici, ideo a grammaticis δασυντικοί appellati asperum de novo introductum loquebantur.

exstet, tamen ἁμαξιτός Attico tenuius est. Ἅμαξα enim compositum est ex ἄξων et ἅμα, quae vocula olim a σ littera incepit, ut hic sit formarum ordo: *σαμα: ἁμα: ἀμα. Eandem ἀμα- tenuissimam formam habes in ἅμαθος (Etym. 357).

Asper vero ἅμα voculae v. 111 appictus est.

2. ἀλία „contio". Ahrensius quidem (II 37 lenem antiquiorem esse credit, ἀλία ab ἀλής i. e. ἀολλής derivans, sed etiam Ias ἀλίη dixit, quae α-ο fere ubique (excepto nom. neutr. pl. ut ἁπλόα: ἁπλᾶ) in ω contraxit. Dici possit, ἀλία quidem Doricum ex ἀολλής sed Ionicum ἀλίη ex ἀελλής (Il. Γ 13) exstitisse, quamquam talis explicatio nemini, opinor, nimis placuerit. Contra Savelsberg (de digammo, Aquisgr. 1866 p. XVI) ex *ἀϝελία voce, quam primigeniam sumit, et ἀπέλλα et ἀλία derivat, digammate aut in π mutato aut excidente. Sed etiamsi digammatis in π transitum concedere vellemus, tamen hanc explicationem gravissimas ob causas reprobari oportet, nam primum ex his glossis Hes.: ἀπέλλω· ἀποκλείω, ἀπέλλαι· σηκοί, ἐκκλησίαι apparet non ἀ-πέλλω, ἀ-πέλλαι, sed ἀπ-έλλω, ἀπ-έλλαι voces dirimendas esse, neque ἀλία ullo modo, neque quod ad sonum, neque quod ad significationem attinet, cum ἀπέλλα conferri posse. Denique secundum leges contractionis Doricas ex ἀϝελία: ἀ-ελία, nunquam ἀλία, sed tantum ᾱλία fieri potest.

Quid, quod omnino ἀλία vocis primam vocalem ex contractione natam esse negamus? Quidni ex *Ϝαλ-ία: Dor. Ion. ἀλία: Heracl. ἀλία exsistere potuerit ut ex *Ϝάλις: ἅλις[25]), *Ϝαλίζειν: ἀλίζειν *cogere, ad contionem convocare*, ex *ἐϝάλην: ἐάλην?

Neque enim, quod miro consensu omnes, qui de hoc vocabulo verba fecerunt, viri docti sumpsisse videntur, ἀλία vel ἀλίη vocis primam syllabam longam esse, ullum exstat testimonium.

25) Quod Odyss. ν 136 hiatum admittit intolerabilem, cf. Hoffmann, Qu. Hom. II, 12.

Contra ἡλιαία vox ex ἁλι stirpe α ad η amplificata formata est.

Ἁλία cum spiritu leni hoc uno loco legimus, contra ἁλία in Doricis titulis sollemne vocabulum est, cf. Corcyr. 1841 sqq., Sic. 5475, Agrig. 5491, Byzant. apud Dem. de corona 255, etiam Boeot. Theb. C. I. 730.

3. παρεξόντι 141. Praemittendum est, asperi vim apud Heraclienses ita viguisse, ut ejus signum non solum in fronte vocum, sed etiam in ligatura compositorum, ni muta, quae lege vulgari in aspiratam abiret, asperum praecederet, addendum esse censerent. Sic legimus ἀνἑλόμενος 168, 176, ἀνἑώσθαι 153, παρἑξόνται 107, παρἑξόντι 120, συνἑρξόντι 133, τριἡμίγυον II 16, 29. Tantum in παρεξόντι 141 evanuisse videtur, quod eo magis mirum videtur, quoniam in eodem vocabulo 120 et 107 ascriptus est. — Tamen, ne citius quidquam judicemus, sculptorem fortasse neglegentiae accusantes, recordemur, quaeso, inconstantiae hujus dialecti, quam jam saepius offendimus. Ubinam vero talis inconstantia magis exspectari et explicari potest, quam in his spiritibus, qui tam facile et irrepere et supprimi poterant, ponendis vel omittendis? Sic, quod in his tabulis semel ἶσος bis ἴσος legitur, non sculptorem, sed ipsam dialectum in culpa esse duximus, qua illius vocabuli spiritus non satis distincte et accurate pronuntiaretur: multo facilius in mediis vocabulis credimus spiritus tam obscure sonuisse, ut modo ponendi modo omittendi viderentur.

Quae omnia cum mente colligamus, primum certum ordinem animadvertemus, secundum quem spirans littera in fronte vocabulorum evanescens primo abit in spiritum asperum, qui tum ad lenem descendit:

*Fίσ*Fος Hes.	: ἶσος her.	: ἴσος her. et vulg.
Fέτος her.	: πενταἑτηρίδα her.	: ἔτος vulg.
**Fέργω*	: ἕργω her.	: ἐργω vulg.
**σα*	: ὁ her. et vulg.	: ὁ loer.
Fιστία Hes.	: Ἰστίειος her.	: ἱστία loer.
		ἀκρός vulg.: ἀκρός her.

	ὀχτώ vulg.	: *ὀχτώ* her.
	ἐννέα „	: *ἐννέα* „
	ἰαρός acol.	: *ἰαρός* her. et vulg.
	ἄμμες „	: *ἀμές* „ „
	ὄρος her.	: *ὄρος* att.
	ἄγειν her. et vulg.	: *ἄγειν* loer
**σαμα*	: *ἅμα* her. et vulg.	: *ἁμαξιτός* her.
**Fαλία*	: *ἁλία* ion.	: *ἁλία* her.
**σέχω*	: *ἔξω* her. et vulg.	: *ἔξω* her.

Inde etiam apparet, dialectum Heracliensem adamasse quodammodo aspirationem, quam decies vel servabat vel novabat, ubi in aliis dialectis lenis exstabat; bis lenem tuebatur ab Atthide Locrideque in asperum mutatum, ter tantum asperum vulgaris dialecti ad lenem debilitabat. Quo asperi studio cum Atthide aliquam communitatem init, reliquis dialectis, imprimis Lesbiaca, lenem pro aspero substituere studentibus, ita ut nunc in lingua Neo-graeca spir. asp. prorsus evanuerit.

§ 9. De digammate.

I. Servavit dial. Her. digamma in his vocabulis:

1. *Fέτος*, quod etiam legimus in diall. Locr. *Fέτος* Hyp. 13, 33; Arcad. *Fέτεα* Teg. a. 4, b. 5, *Fετῶν* Teg. a. 6; Boeot. *Fέτια* C. I. 1569; *Fιζαι Fέτιες* 1575. Digammatis vestigia facile cognosces in Lacon. *διαβάτης* C. I. 1241—1243 de quo nomine vd. Boeckh, C. I. I p. 611, 1273, 1432; in *γέτορ*, *γέτος* glossis; porro in Hesych.: *ἀετέα· τὰ τῷ αὐτῷ ἔτει γεννώμενα*, *αὐετῆ· τὸν αὐτοετῆ*, *ὐετής· ὁ αὐτοετής* ex *ἀFετής* ortis vocabulis; denique in Hom. *οἰετέας* ex *ὀFετέας* (Etym. 196). — De aspero in *πενταετηρίδα* ex digammate attenuato jam dictum est.

2. *Fίδιος*, etiam Locr. *Fιδιόξενος* Ozo. 12, Coron. *Fίδιον* in duobus titulis (Berichte d. Kön. S. Ges. d. Wiss 1851 p. 200). Digammatis vestigium Rennerus (Stud. I, 1, 145) recte cognovit in hiatu Theogn. 440: *αὐτοὶ ἰδίων* ubi ex scriptura ΑΙΔΙΟΝ codicum AKO Ahrens, et Bergk ad h. l.

Fιδίων antiquitus scriptum fuisse concluserunt, quod Rennerus suo jure negat). Hiatum admittit etiam Pind. Ol. XIII, 49 ed. Bergk. — Proxime ex *Fίδιος* exstitit *ἴδιος*, quod legitur in titulis Teniis: *καϑ' ἰδίαν* 2329, 7; 2335, 3. 51; 2347, c. 8, Thessal. *καϑ' ἰδίαν* (Keil, Inscr. Thessal. tres p. 10). — De origine ex *σFέ-διος* vd. Etym. 366.

3. *Fίκατι* ex *Fείκατι*. *Fίκατι* exstat etiam in Lacon. 1511, Argiv. 18, Boeot. 1569 a. III, 1575; digammatis vice *β'* fungitur in glossa Hes. *βείκατι· εἴκοσι; καί* ante *εἴκοσι* ap. Hom. non corripitur *B* 510, 748, *Ψ* 264 etc. ubi Bekkerus contra codices scribit *καὶ ἐFείκοσι* (Hoffmann, Qu. H. II 45). — Ne hic quidem deest forma aspero praedita inter digamma et lenem intercedente, dico Hes. *ἵκαντιν*.

4. *ἐγFηλιϑίωντι* a rad. *Fελ*, cujus digammatis quamvis in titulis fortuito nullum aliud exemplum nunc conspicitur, vestigia tamen resederunt in glossis Hes.: *βήλημα· κώλυμα· Λάκωνες, γηλουμένους· συνειλημμένους* aliis, quas vd. ap. Ahr. II 160; et apud Homerum, de quibus cf. Hoffmann, Qu. H. II 37.

In *ἀλία* voce eandem radicem vidimus digamma perdidisse.

5. *Fέξ*. Cum prius viri docti comparatis et Latino *sex* et Graeco communi *ἕξ* pristinam hujus numeralis et primigeniam formam *sex* sonuisse et in *Fέξ* Heracliensium recens digamma irrepsisse censuerunt, nunc detectis vet. bactr. *khshvas*, armen. *wetz*, vet. britt. *chwech* formam indog. **ksvaks* fuisse consentaneum est[26]), ex qua gr.-it. **sveks* abiit. **Sveks*

26) Fick II. ed. p. 54 etiam **ksvas* (= bactr. *khsvas*) formam Graeca in lingua servatam esse censet in glossa Hes.: *ξέσιριξ· κριϑὴ ἡ ἑξάστιχος· Κνίδιοι*. Haec enim dicit: „*ξεσ-* bedeutet in dem Worte *sex* und ist = zend. *khshvas*, *στριγ-* heisst Reihe, Zeile, vgl. lat. *striga* f. *Reihe*, deutsch *Strich*, *ξεσ- στριγ-* heisst demnach *sechszeilig ἑξάστιχος*, wodurch es glossirt wird." Tamen num **ξες* Graeca vox fuerit, dubito; fortasse *ξέσιριξ* metathesi adhibita ex **ξέξ-στριξ* explicandum est.

autem in lat. *sex*, gr. *Fέξ*: ἕξ ita descendit, ut **sxe* pron. gr.-it. in lat. *se*, gr. **Fέ*: ἕ.

Neque, quod diu creditum est, soli Heracleidi inter graecas dialectos haec forma propria est, quippe quae nunc a Kirchhoffio (Studien zur Gesch. d. gr. Alph. 2. Aufl. p. 95, in inscr. Lacon. 1511, v. 20, ubi *FEXE* . . . i. e. *Fεξήκοντα* exstat, et a Weschero (Ann. dell' Inst. 1866 vol. 38 p. 7. 11 in inscr. Delph., ubi *IIENTE. ONTAKAIFE* remansit, detecta sit. — Apud Homerum digamma modo postulatur (*E* 270, *χ* 252), modo admittitur, modo vetatur. — Editores C. I. in priore tab. *Fέξ* in ἕξ mutasse, in posteriore vero *Fέξ* reliquisse, jam notavi § 1 not. 1.

II. Periit digamma ab aliis dialectis retentum in his vocibus:

1. *ἀεί*, *ἀές*, quod ex *αἰFεί*, **αἰFές* exstitisse jam diximus; *αἰFεί* legitur in Arg. C. I. 1 et in Locr. Hyp. 4.

2. *αἰ* conjunctionem ex **σFαι*: **Fαι* ortam nusquam digammate instructam deprendimus, tamen *β* digammatis munere fungitur in glossa Hes. *βαίκαν* (=*αἴ κα*)· *ἐάν· Κρῆτες*.

3. *ἄρρηκτος* et *ἐρρηγεῖα* a rad. *Fραγ*, quae in Lesb. *Fρῆξις*, quod ab Alcaeo (fr. 149) semel dictum esse Trypho refert, et in *Βρῆσσα* N. P. (Ahr. I 34) digamma vel ejus vestigium servavit. In ipsis *ἄρρηκτος* et *ἐρρηγεῖα* vocibus *ϱ* liquida assimilatione *Fϱ* consonarum geminata digammatis memoriam retineri notissimum est.

4. *ἕκαστος* olim a digammate incepisse, quamquam jam diu praecipue ex Homerico usu viri docti suspicati sunt (Bekker scripsit *Fέκαστος* in H. ed.; cf. Hoffmann, Qu. H. II 21; Allen l. c. 248 sq.), tamen nunc demum inscr. Locr. Hyp. reperta, in qua *Fέκαστος* quater, vv. 9, 26, 28, 30, legitur, certum est. Itaque ea, quae antea multis viris doctis placuit, Boppii derivatio hujus vocabuli ex **ἓν-καστος* corruit, ac recte Allenus ἕκαστος ad **σFέ-καστος* revocare videtur, quod „quisque seorsum" „jeder für sich" significet.

5. *ἐργάζομαι* a rad. *Fαϱγ* (Etym. 171). Digamma exstat in El. *Fάργον* C. I. 11, ejusque vice funguntur *γ* et

β in his glossis Hes.: *γέργανα* (=**Fέργανα*)· *ἐργαλεῖα, γαβεργόρ* (=**γαFεργός*)· *οὐ μισθωτός· Λάκωνες.* — Vestigia digammatis apud Homerum collegit Hoffmann, Qu. H. II 24, ea, quae apud elegiacos et iambicos exstant, Renner, Stud. I, 1, p. 148. — In *ἀμπελωργικά* voce syllaba olim a spirante incipiens vel contractionem passa est.

6. *Ϝεργω* in *ἀφέργω, ἐφέργω, συνϜεργω*, cujus digamma in titulis quidem nondum repertum est, tamen ex hiatu apud Homerum (*Λ* 437 *χρόα ἔργαθεν*) et ex formis *ἐέργω, εἴργω* etc. concludi potest.

7. De *ἴσος* et *ἶσος* et de

8. *Ἰστίειος* vocabulis jam satis § 8 dictum est.

9. *οἰκία, ἐπι-οικοδομά, ἐπ-οίκια*, qua in stirpe digamma non raro servatum est. Vide enim in tessera Petiliensi *Foικία* C. I. 4; Locr. *ἐπίFοικος, μεταFοικεῖν, ἀπιFοικία*, alia composita in titulis Hyp. et Oz.; Argiv. *πεδάFοικοι* C. I. 14. 19; Boeot. *Fικία* 1563, 4; 1564, 10, atque ubi solum *Fι . . .* resedit, 1562, 4; *Foικία* 1565 certa emendatione ex *EOIKIA* elicitum. — Vestigia digammatis apud Homerum plurima collegit Hoffmann, Qu. H. II 32, quae apud Mimnermum reperiuntur, Renner l. c. 149, apud Epicharmum hiatum admittit in *ἴκω οἴκαδις* (frg. 19). — Denique ne apud Heraclienses quidem omnem digammatis memoriam perditam fuisse demonstratur hiatu in *ἐπι-οικοδομά* voce.

10. In media *ὄρος* voce digamma evanuit, ut apparet ex Corcyr. *ὄρFος* (Rh. M. XVIII, 575) et *ὄρβος* C. I. 1909 formis; cum prod. suppl. elisum est in Ion. *οὖρος* et Cret. *ὦρος*.

11. *ῥήτρα* a rad. *Fερ* (Etym. 320 sq.; cf. § 4) olim a digammate incepisse, evincitur El. *Fρήτρα* C. I. 11 et Iesb. *βρήτωρ* (=**Fρήτωρ*) vocibus; quo etiam *Τεῖνα Ὁράτριον* inscr. Cret. Bergm. v. 51 rettulerim, ut qui *Ὁράτριος* = **Fράτριος* (quod jam Schneidewin. in Philol. IX p. 699 not. 2. censuit) ideo dictus sit, quia leges foederaque tueretur, ut *ἀγοραῖος, Ζεὺς ὅρκιος, Deus fidius* vocatur. — De transitu *F* in *o* dubitari nequit, cf. *δFάν: δοάν, Fάξιοι: Ὄαξος, Fιλεύς:*

Ὀϊλεύς, Βλισσήν: *Ὀλισσήν* alia, quae congessit Curtius in Etym. 518 sqq.

Alia vocabula, quae non minus antiquissimo tempore digamma habuisse ex linguis cognatis scimus, hic prorsus omisi, in quibus jam eo tempore evanuisse videatur, quo Graeca lingua nondum in dialectos abierat.

ὅτι in inscr. Locr. Oz. v. 6 sive propter rudiorem pronunttationem, sive mero errore *Ϝότι* insculptum est; sed gr. relativum ad stirpem *jas, jâ, jat* redire nunc fere omnibus constare videtur. Cf. Allen l. c. p. 252; Windisch, Stud. II 212 sq.

§ 10. De sibilante.

I. σ servatum est in dial. Her.

1. in *μες* terminatione I. pers. pl. act. de qua vd. § 16.

2. inter vocales cf. *ἄγωσαν, ἀπεμειρήσαμες, ἀπογηράσωντι, πᾶσα, πᾶσι* etc., ubi Lacones, a quibus Heraclienses Tarentinis intercedentibus originem duxisse scimus, σ in spir. asp. mutasse traduntur (exempla vide ap. Ahr. II 76 sqq.). Tamen cum Alcmanis fragmenta hujus mutationis ne vestigia quidem prodant, neque in omnibus titulis Laconicae dialecti conspiciatur, neque in eis, ubi exstat, constanter: apparet eam non antiquitus Laconidi propriam fuisse, sed tempore quodam non nimis antiquo irrepsisse et sensim tum propagatam esse; quod tempus inter Tarentum urbem conditam Alcmanemque et Aristophanem, sive, ut tempus summatim comprehendam, inter 600 et 400 a. Chr. n. referendum est. Accuratius de hac re disputarunt Ahrens II p. 74 sqq. et Kirchhoffius, Berichte d. Berl. Akad. 1870 p. 60 sq.

3. in fine vocabulorum ubi recentior Laconum et Cretensium dialecti σ in ϱ mutabant, quod passim etiam in mediis vocabulis fiebat. Exempla collegit Ahr. II 61, quibus *κορμιόντων, κόρμους* ex tit. Bergm. Cret. et *κορμῆται· κοσμῆται* glossam Hes. addas. — Sed in tabb. Her. legimus *ἄλλος, Ἀπελλαῖος, ἄτεκνος, Δίωνος, Ϝέτος, Κωνέως* etc. neque ullum σ in ϱ mutationis vestigium. Itaque hanc quoque mutationem

post coloniam Tarentum deductam demum in Laconum dialectum ingressam esse certum est. Neque hic alia quae idem suadeant, exempla desunt. Tacent enim grammatici de hac mutatione, nulla vestigia insunt in Alcmanis fragmentis, nulla in inscriptionibus Laconicis, nulla in Lysistrata. Omnem copiam unus suppeditat Hesychius. Quare hanc corruptionem recentissimo demum tempore, haud diu ante Alexandrinorum aetatem in dialectum invectam esse crediderim, posteriorem quam et σ in asperum et ϑ in σ permutationem.

4. De μί̓ς nominativo, cui respondet att. μίν, disputavi § 4.

5. Ante consonam sequentem sibilantem non duplicant, quod faciunt Locri, cf. ὅσσις Hyp. 14, 35, *Fασστός* Oz. 14, Laconcs: *Ἀρισσιόδαμος* C. I. 13, Delphi: *Ἀρισστογείτων* 25, Argivi: *Τελέσσιας* 166 alii, quos vide ap. Ahr. II 100. — Contra legimus in nostris tabulis *ἀμφίστασθαι*, *ἀπέσταν*, *Ἀρίσταρχος*, *Ἀριστίων*, *ἕκαστος* etc.

6. Neque σ ante ι in τ, ante κ in κ mutabant, quod assimilatione quadam reconditiore Tarentinos, Lacones, Boeotos fecisse tradunt (cf. Ahr. II 103); immo legimus *Ἰστίειος* (Lac. *ἐττία* pro *ἑστία*), *ἐστάσαμες* (Lac. *ἔττασαν* pro *ἔστησαν*) *ἐς τάν* (Lac. *ἐττάν*); *γηράσκω* (Lac. *διδάκκει* pro *διδάσκει*), *Ζωπύρισκος*, *Λεόντισκος* (Lac. *ἀκκόρ*, *κακκόρ* pro *ἀσκός*, *κασκός*).

7. In *σικία* Heraclienses σ una cum vulgari dial. loquebantur, sed antiquissimam hujus vocis formam **τικία* fuisse Ahrensius cum aliqua probabilitate demonstravit (II, 64). Thebanos quidem *τῦκα* pro *σῦκα* dixisse ex Athen. XIV, 622, a, comperimus et ejus Siciliae urbis, quam Cicero Verr. IV c. 53 *Tychan* vocat, antiquissimum genuinumque nomen **Τυχῆ* (= *Συκῆ*) fuisse Ahrensius putat.

II. σ geminatum, quod aliae dialecti in simplex σ attenuabant, servatum est in his formis:

1. *ἐδασσάμεϑα* (II 28, 54, 60. 68 al.), quod etiam apud Homerum duplici sigmate scriptum exstat. Jam hac ceterisque Doricis formis duplici σ exaratis illa opinio, quam an-

tea grammatici usque ad taedium dictitabant, metri causa σ talibus in vocabulis apud Homerum duplicari refellitur, ita ut, quod vel nunc quidam magistelli non desistant eam pueris praemandere, dici nequeat, quam sit perversum. Immo ubique σ geminatum antiquius simplici esse constat inter viros doctos, atque in δάσσαϑαι verbo ejus causam radicem esse in σ vel τ exeuntem censendum est. Ad δαῶ radicem δέδασμαι, ἐδάσϑην, δασμός, δαίομαι formis, ad δατ praesenti δατέομαι ducimur, ita ut ne Leskienus quidem, qui de hoc verbo in Stud. II p. 122 agit, utra ei re vera subsit, ad liquidum perduci posse credat.

2. σσ ex σj ortum in

a) ὅσσος, quod ex *jότι-ος: *ὅτι-ος: *ὅσι-ος exstitisse videtur, si comparamus τόσσος cum lat. *tot, toties, totidem*. Apud Homerum quoque (e. gr. *A* 186, 516, *Z* 454, *I* 160 etc. et elegiacos iambicosque Renner l. c. p. 160) frequens est, ac vel apud tragicos in carminibus Aesch. Pers. 864 et Soph. Phil. 509 ed. Dind. P. Sc. V. ed. legitur.

b) μέσσος ex *μεϑ-jος scr. *madhjas* lat. *medius*, Doridi commune cum Homeri dialecto, nonnusquam etiam apud tragicos ac vel in trimetris (Antig. 1223. 1236. fragm 239, 5; in canticis Trach. 635, Oed. Colon. 1247 ed. Dind.) exstans, rediens in Μεσσαμβριανῶν nomine C. I. 2053, c.

3. σσ ex σF natum in terminatione dat. pl.: ἔντασσι, ποϊόντασσι, ἁρασσόντασσι, ἐπαρχόντασσι (cf. § 3, 1). Suffixum -σσι ex σϕι (indog. *swa*) ortum recentiore tempore in omnibus dialectis, maxime in Atthide, ad -σι redactum est. Tamen -σσι reperis etiam in trimetris tragicorum (Eur. Alc. 756 χείρεσσι; saepe in canticis, cf. Gerth in Stud. I² 255).

III. ξ.

1. Heraclides ap. Eust. 1654, 23 Ahr. p. 98 not. 6 ξ apud Tarentinos in σσ abiisse refert in σαλπίσσω, λαχτίσσω, ῥράσσω aliis vocibus. Fieri potest, ut hoc praeceptum recte se habeat (Ahr. non male animadvertit, Latina verba in -*isso*

inde manasse videri, ut *κωμάζω comissor, ἀττικίζω atticisso*), id certum est, Heraclienses hac in re Tarentinorum dialectum minime secutos esse, ζ enim servant in *καρπίζομαι, ὁρίζω, τερμάζω.*

Item contraria *σσ* in ζ mutatione, quae Aeolibus propria (Ahr. I 46) etiam Tarentinis a grammaticis (Ahr. II 101 not. 3) tribuitur, citantibus *πλάζω, ἀνάζω, νίζω, μέζων* pro *πλάσσω, ἀνάσσω, νίσσω, μέσσων* ut Tarentina, si omnino recte traditur, Heraclienses prorsus abstinuerunt, ut praeter alia *πράσσω* vocabulum demonstrat.

2. Mutationem ζ in *σδ*, quippe quam apud Alcmanem quidem et ceteros lyricos poetas saepissimeque in scriptis quae Doricae dialecti tantum ementitam speciem prae se ferunt, deprehendamus, nec vero apud Pindarum neque in ullo titulo, Ahrensius rectissime omnino a Doride abjudicatam uni Lesbiacae dialecto vindicavit, quam lyricos etiam aliis in rebus (cf. *-οισα* pro *-ουσα, πεδά, κλέννα, βλίῤ* ap. Alcm.) imitatos esse scimus.

Neque illius *δ* (in mediis vocibus *δδ*) quod Lacones et Megarenses ejecta *j* sequenti littera retinuerunt (Ahr. II 94) reliquis Graecis *δj* in ζ mutantibus, ullum vestigium ad Heraclienses penetravit, immo dicebant: *ζαμιόω, Ζώπυρος, καρπίζω, ὁρίζω* etc.

§ 11. De liquidis et nasalibus.

1. De liquidis nil quod commemoratu dignum sit, dial. Her. nobis suppeditat, nisi mutationem *λ* in *ν* in *Φιντίας* N. P. — Grammatici enim non raro testantur a Doribus *λ* in *ν* mutari ante *τ* vel *ϑ*, cujus rei haec afferunt exempla: *βέντιον, βέντιστος, δέντα, ἔντο* vel *ἕντο, ἦνθεν, κέντο, Φίντις, φίντατος.* Ac legitur apud Theocritum saepe *ἐνθεῖν*, semel (V, 76) *βέντιστος*, nec vero apud alios hujus dial. scriptores neque in titulis ullum exemplum exstat — praeter *φιντάϊαι* Epich. 31, *Φίντις* N. P. Pindaricum, nostrumque *Φιντίας.* — Itaque non tam Ahrensio assentiri velim qui (II 111) hanc mutationem non omnibus Doribus communem fuisse,

dubiumque esse, num apud Siculos constanti usu frequentata sit, autumat, quam illis exemplis non certam justamque legem phoneticam, sed potius corruptiorem pronuntiationem prodi putare, qua hic illic, imprimis in rad. *φιλ*, ante dentales *λ* in *ν* mutaretur assimilatione quadem reconditiore (Etym. 410).— Sed prorsus errat, cum neget (p. 110) *Φίντις* et *Φιντίας* a *φιλ* derivari posse, quod nomina *Φιλτίας* et *Φίλτις* apud reliquos Graecos non reperiantur. Primum enim, si modo *Φίντις* et *Φίλτις*, *Φιντίας* et *Φιλτίας* simul legantur in Doride, quis ea ejusdem originis esse, scil. a rad. *φιλ* derivata, negaverit?

Tum vero haec et alia nomina simillimae formationis frequentissima sunt et in Doride et in reliquis dialectis.

Hic habes omnia, quae in Passovii lexico repperi:

Φιλιέας Et. M. 795, 15; Tzetz. ad Lycophr. 633.

Φίλτις Mionnet. 3, 273.

Φιλτιάδης Demosth. XXXV, 20, 34 (*Φ. Ξυπεταιών* ergo Atticus).

Φιλτίας R. Rochette, lettre à M. Schorn p. 55.

Φιλτίνη C. I. 5265.

Φιλτίς Laert. Diog. VIII, 88; Jamblichi V. Pyth. p. 532 ed. Kiessl.

Φιλτόδαμος Act. Acad. Boruss. 1844 p. 278.

Φίλτων, Plaut. Trin.; Boeckh, Staatsalterth. vol. III p. 390 Urkund. X, v. 25.

ν pro *λ* habent:

Φίντας Paus. IV, 16, 2; IV, 4, 1.

Φιντέας Et. M. 795, 12.

Φιντίας Diod. S. exc. 554; Plut. Mor. p. 93 E.; Jambl. V. Pyth. 270; R. Rochette „Journ. des Sav." 1830 p. 120 etc. etc.

Φιντιάς Diod. S. exc. 495 etc.

Φίντις Pind. Ol. VI 22 ed. Bergk.

Φίντυλος Anth. VI, 192; C. I. 5567.

Φιντώ Anth. VI, 288.

Φίντων Anth. VII, 503; C. I. 5428, 5610.

Quibus comparatis ne minima quidem dubitatio exoriri

potest, utramque nominum classem ad eandem stirpem *φιλ* redire, quam saepissime ad nomina propria formanda usurpatam esse et notissimum et apertissimum est.

2. Nasales tam propinquas inter se esse, ut qualis ponatur, a natura consonae, quae in singulis vocibus sequitur, pendeat, notum est; et exspectamus quidem ante dentales *ν*, ante labiales *μ*, ante gutturales nasalem gutturalem, quae *γ* nasali, quod vocatur, sollemni usu significatur. — Tamen in inscriptionibus non raro hanc legem neglectam videmus, sed ea tantum ratione, ut *ν* vices *μ* et *γ* nasalium suscepisse, quod ad scripturam solam, nec vero ad ipsam pronuntiationem spectare persuasissimum habeo, contrarium vero nusquam conspiciatur. — Sic, ut primum *ν* pro *γ* nasali usurpatae nonnulla afferam exempla, legitur in inscr. Locr. (Allen l. c. 245) *ἀνχωρεῖν*, *ἐνκαλειμένῳ*, *ἀνάνκας*, *ἄνχιστος*, *λανχάνειν*, neque usquam *γ* nasale, in Acarn. *ἐνγύς* 1794 h, in tessera Petil. *Μίνκων* C. I. 4; *ἀνγελίας*, *τυνχάνει* 2347 e. Deinde munere *μ* labialis nasalis fungitur in Locr. Hyp. *ἀνφόταρος*, Corc. *ἀνπέλων* C. I. 1840, *πέντης* C. I. 90, Arcad. *ἑκοτόνβοια* C. I. 1515 etc.

In dialecto Heracl. in universum eae leges valuisse videntur, ut *ν* ante dentales et gutturales, *μ* ante labiales poneretur. Primae legi quod repugnet, tota Graecitate nullum exstare exemplum jam dixi, alteram autem et tertiam etiam in his tabulis nonnunquam desertam videmus. Sic scribitur quidem *ἀναγελίοντι*, *ἀνγράφεν*, *ἀνγράψαι*, *ἀνγραψάντω*, *ἀνκοθαρίοντι*, *ἀνχωρίξαντες*, sed *ἔγγονον* et *πρώγγυος*; sic *ἀμμισθωθῆ*, *ἄμπελος*, *ἀμπώλημα*, *ἐμβαλεῖ*, *ἔμβολος*, *ἐμπρησόντι*, *ἔμπροσθα*, *πέμπτα*, sed praeter *ἑκατόμπεδος* II 24, 31, 38, 69 exstat *ἑκατόνπεδος* II 42, 47, 54, 60, ita ut hic quoque inconstantiam quandam si minus dialecti Her., tamen tabularum Her. reperiamus.

Illius vero enclisis, qua nasales, ut in singulis mediis vocibus, sic in fine vocabulorum consonis subsequentibus se accommodant, quam in inscriptionibus praecipue antiquioribus frequentissimam esse scimus (cf. Giese, üb. d. äol.

Dial. p. 84 sqq.), unum solum exemplum in tabulis exstat *ἐμέν* 41, contra *τὸν πρᾶτον* 113, *τὸν πάρ* 113, *τὰν βιβλίναι μασχάλαν* 92, *τὰν μέν* 180, *ἐν μέσωι* II 24 etc., et si ad nasales ante gutturales positas spectamus: *Γιδίαν γὰν* 13, *ἰαρὰν καί* 32, *πρᾶτον χῶρον* 113 etc.

3. *ν ἐφελκυστικόν* adsumunt in tabulis Her. soli dativi pl., tamen tanta licentia, ut modo adjectum sit consona, modo omissum vocali subsequente. Legem vulgarem observant *ποϊόντιασιν αὖτα* 50 et *ἐπαρχόντιασι δενδρέοις* 175, relinquunt vero *ἔντιασιν πάρ* 101 et *πραισσόντιασι αὐ* 158. Nusquam III. pers. pl. in *-ντι* exiens *ν ἐφ.* admittit (cf. *ἐκπέσοντι αὐτοί* 120, *καταοκαφόντι οὐδέ* 131, *ἀφερξόντι ἀντοδαρίοντι* 131 etc.), quippe quod ne in aliis quidem Doridis fontibus factum sit, nisi in Pseudo-Pythagoreorum scriptis. Sed etiam *ἐστί* (sic II 80: *ἐστὶ ἀλό* et *Fίκατι* sic 45: *Fίκατι ἑλιά*, 82: *Fίκατι ἐλί*) *ν* paragogicum respuunt, quod in omnibus dialectis patiuntur (De *ἐστί* exempla afferre taedet: de *Fίκατι* vide Ann. Oxx. I 147, 32: *τὰ δὲ εἰς τι Δώρια ὀνόματα παραλαμβάνει τὸ ν· εἴκοσι, εἴκατι, εἴκατιν*; *ἴκαντι* exstat apud Hesych.).

§ 12. De consonis mutis.

I. De gutturalibus.

1. *κ* tenuis *ἐκ* praepositionis ante mediam et *F* spirantem in *γ* attenuata videtur in *ἐγFιλιθίοντι* et *ἐγθιαξίται*. Sed collatis *iskz* lituan. et *izu* vet. slav. formis, quarum posterior nos ad consonam mediam ducunt (nam vet. slav. *z* = indog. *g*), nisi in hac utraque lingua tenuem in mediam debilitatam esse putare malumus, fortasse *ἐγ* formam pristinam genuinamque esse censebimus (cf. Curt. Etym. 358), quae postea demum in *ἐκ* obdurata sit. Tamen, quoad etymon *ἐκ* praepositionis repererimus, hoc incertum manebit. — Ceterum *ἐγ* ante medias etiam in Corcyr. *ἐγ Βαχιδᾶι* 1850 et in Att. titulis exstat.

2. *δεκόντιαι* a rad. *δεκ* (Etym. 129, quam antiquiore tempore omnino aspiratam respuisse omnium dialectorum

consensu demonstratur. Herodotus enim solum *δέκ-ομαι* scripsit (cf. Bredow, de dial. Her. p. 90), ex Lesb. dial. servatum est *δέκετ'* Sapph. 1, v. 22, apud Pindarum *δέκεσθαι* saepissime (cf. Ol. IV, 9; V, 3; XIII, 68; P. VIII, 5; N. V, 38 ed. Bergk.) legitur, neque in Atthide tenuis inaudita est, ut *δωροδόκος, πανδόκος, δοκός, δοκάνη*, quibus fortasse etiam *δεκάζω* addi potest (Etym. 461), demonstrant.

Tamen recentiore tempore *χ* pro *κ* etiam in Doridem irrepsit, cf. *ὑποδεχέται* Herm. 1193, 10; *ὑποδοχά* Rhod. 2525 A, a, 49; *δεχομένοι* Epich. 4.

3. *διακνόντων* 11 tantum aeris sculptori tribuendum esse certissimum est. Neque enim *γνω* radicem (Etym. 169) usquam *κ* pro *γ* gestasse ullum verstigium est[27]), neque pronuntiatione *γ* ad *κ* corruptum esse, quidquam habet probabilitatis. Itaque jam Mazocchius *διαγνόντων* restituit, quod loco huic simillimo II 9 exstat, ita ut prorsus nulla dubitatio relinquatur.

II. De dentalibus.

1. *τ*.

a) Anticum *τ* servatum est in terminatione III. pl. *-ντι*, de qua vide § 16.

b) De *Fίκατι, διακατίοι* reliquis centenariis numeralibus jam § 3 disputavi.

c) *ἐκπέτωντι* a rad. *πετ*, quam formam pristinam usurpat Pindarus in *πετοίσαι* Ol. VII, 79; *πετόντεσσιν* P. V, 50, *ἔμπετες* P. VIII, 81; *κάπετον* Ol. VIII, 38.

d) *ποτί*, quod ex *πορτί* cret., *πρστί* hom. *ρ* liquida evanescente, (ut in *ὕδαρτ-, σκαρτ-, ἦπαρτ-* stirpibus evanuit) exstitit. Contra in Attica dialecto ex *πρστί*

27) Buttmannus solus Lexil. II. ed. II p. 236 *κοεῖν* (de quo cf. Ahr. II 86), adeoque germ. kennen, angl. know cum *νοεῖν* comparans re vera pristinam formam *'κνοεῖν* fuisse statuit, quod hac Heracliensi forma cognita majore fortasse confidentia, quamvis non meliore jure fecisset. Nam *κοεῖν* ad aliam radicem referendum est (Etym. 144), et *k* in vocabulis Germanicis ex legibus phoneticis huic linguae propriis *g* indogermanico respondet.

fiebat *πρόσι*: *πρός*, *ι* vocali aeque decidente atque in Dorica *πότ* forma per apocopen orta, quae ne ante dentales quidem in *πός* mutabatur, teste *ποτ θέντες* Heracl.; tantum enim aberat, ut semper in Doride dentalium in concursu prior in sibilantem abiret, ut nonnunquam e contrario sibilans ante *τ* vel *θ* assimilatione in *τ* mutaretur (cf. Ahr. II, 103).

e) *τῆνος*, quod a schol. Theocr. I, 1 e *κεῖνος* κ in *ι* mutato ortum esse dicitur, potius ex stirpe *τα* vel *τε* originem duxit.

2. Ante sequentem *δ* mediam *κάτ* praepositio per apocopen orta secundum leges assimilationis ad *καδ* descendit in *προ-καδ-δεδικάσθω*.

3. De *θ* aspirata.

σθ in his formis generis medii: *καρπενέσθαι*, *πορευέσθαι*, *χρήσθαι*, *ἐπελάσθω*, *προκαδδεδικάσθω* ex *ττ*: *στ* ortum esse cum Boppio (Gr. compar. II 322, III. ed.) et Schleichero (Compend. p. 692), quibus etiam Allenus (l. c. 241 sqq.) astipulatus est, censeo. Allenus igitur suo jure *ἀρέσται*, *ἑλέσται*, *παμαιοφαγείσται*, *χρήσται*, *ἑλέστω*, *χρήστω* Locricas formas antiquius *στ* ex *ττ* ortum servasse contendit, quod reliqui Graeci, quo solent, studio tenuem post sibilantem aspirandi (de quo vide Kuhn. in Ann. III et IV; Etym. 157) in *σθ* mutassent. Tamen his formis exceptis dialectus Her. aspirationem tenuium, quae in Cretensium dialecto (cf. Hey, de dial. Cret. p. 31) et in lingua vulgari (cf. Roscher in Stud. I [2] p. 63) latissime patebat, prorsus respuit.

CAPUT TERTIUM.

De nominum declinatione.

§ 13. De substantivis et adjectivis.

Praemonendum est dualem numerum, cujus omnino in Doride Acolideque pauca tantum vestigia exstant (Ahr. II

222, I 198) a dial. Heracl. prorsus abfuisse videri; sic legitur *δύο ἀπέχοντας* 77, 79, 82, *πόδες δύο* II 55, 56, *δυῶν τριγώνων* II 21, *δυῶν χοινίκων* II 36 etc.

In I. et II. quae vocantur declinationibus dial. Her. nil habet, quod a ceteris Doricis discrepet, nisi quod in acc. pl. ubique *ν* cum productione ejicit, ut *-ᾱς*, *-ως* exsistat, aliis Doriensibus *-ανς* et *-ονς* servantibus, aliis *ν* sine productione suppl. deterentibus (Ahr. II 104, 172). — Quod in genet. sing. semper *-ᾱ*, in gen. pl. ubique *-ᾶν* terminationem usurpat, a ceteris Doridis generibus, quae licet grammaticis nonnullis alia testantibus, *ᾱο* et *άων* terminationes ignorant, non distat. Praeterea verbo tantum moneatur *ἔκπλεον* pro vulgari *ἔκπλεων* dici, Attica, quam vocant, declinatione non adhibita, et in *ῥόως* contractionem, quam in hac similibusque vocibus Attici capessunt, omitti. — De ceteris sufficiat exempla quaedam ex ipsis tabulis deprompta apposuisse:

γᾶ, γᾶς, γᾷ, γᾶν; γύαι, γυᾶν, ταῖς, ἐλαίας.

Φιντίας, Φιντία [*Φιντίᾳ, Φιντίαν*]; *ὁριστιαί, ὁριστιᾶν* [*ὁριστιαῖς, ὁριστιάς*];

ἄλλος, δρυμῷ, ἄλλῳ, ἄλλον; σχοίνοι, σχοίνων, δρυμοῖς, σχοίνως; δένδρεα, δενδρέων, δενδρέοις, δένδρεα.

III. declinationis, quod primum ad terminationes attinet, dat. pl. notandus est, cujus in hac dialecto et omnium antiquissima et recentissima forma exstat. Praeter *-ασσι* enim, de qua § 3 dixi, Heraclienses etiam *σι* terminationem adhibuerunt in *πᾶσι* dativo, qui in aliis Doridis fontibus ut in dial. Aeol. *πάντεσσι* sonat, ex **πάντασσι* debilitatus, apud Homerum et *πάντεσσι* et *πᾶσι* exstante, ita ut utramque terminationem ab sat antiquo tempore videamus simul usurpatam.

Stirpium in *-ες* has formas legimus: *Φέτεος, Φέτει, Φέτι, Φετέων; χαράδεος; Τιμοκράτιος;* ex quibus apparet, dat. sing. et nom. pl. contrahi, sed genetivi in neutris vocales immutatas relinqui, in *Τιμοκράτιος* ε in ι vocalem abire.

Eandem rationem, quamquam in his ipsis stirpibus Doris admodum vacillabat, pleraeque ejus partes sequebantur, dativum enim non contractum nusquam deprendi posse facile intellegitur; *εα* plerumque contrahitur, servatur in *ἐϋμάρεα* Epich. 23, *κάρφεα* Sophr. 45, *τέλεα* Cret. 2556, 25; genetivi non contrahuntur, nisi in recentioribus titulis, tamen inscr. Teg. a Kirchhoffio ad dial. Lac. relata *Ϝετῶν* praebet. — Ejus vero, quam in Boeotica dial. solam valere scimus, *ε* in *ι* mutationis (cf. Boeot. *Ϝέτια*, *Πραξιτέλιος*, *ϜικατιϜέτιες* etc.) praeter *Τιμοκράτιος* in dial. Heracl. apud solos Cretenses exempla reperimus, ab Ahrensio (II 231; 122) quidem in suspitionem vocata, sed, ut jam Heyius (de d. Cret. 13) monuit, injuria. Sunt *Κρητογενία· Κρητογενῆ; τίριος· θέρους; Ψουδία· Ψευδῆ; γηθία* (= **Ϝηθία*)· *ἤθη* (Ahr. II 51 *γηθία* mutat in **Ϝηθέα*; de alia mutatione cogitat Schmidtius).

Stirpes in *ι* per omnes casus *ι* servant: *πόλις*, *πόλιος*, *πόλῑ*, *πόλιν*; Atticae formae non nisi in recentissimis vel corruptis titulis leguntur.

Acc. *τρῖς* ex **τρι-νς* deducendum esse Curtius demonstravit in Ann. vol. I 258; *χοῦς* nominis (ex **χοϜ-ς*) hi casus in tabulis leguntur: *χοός* (ex **χοϜ-ός*), *χοΐ* (ex **χο-Ϝί*), acc. plur. *χοῦς* ex **χοϜ-νς*: **χου-νς*.

Lege vulgari a *μειον-* stirpe formatur gen. *μείονος*, a *μειοσ-* stirpe secundaria acc. sing. *μείω*.

Denique legitur in tabulis dat. *ὕδατι* stirpis *ὑδατ-* ex *ὑδαρτ-* ortae.

§ 14. De pronominibus.

1. Pronominum personalium unum tantum in tabulis exstat: *ἁμές* ex *ἁμέ-ες*, cujus vocalis ejectionis compluria exempla § 5 p. 52 sq. et not. 20 congessimus.

2. Articuli nom. pl. ideo notandus est, quod illa inconstantia, quam huic dialecto propriam esse jam saepe demonstravi, plerumque *τοί*, ter autem *οἱ* exstat: *οἱ παρλαβόντες* 107, *οἱ πριαμένοι* 107, *οἱ μισθωσαμένοι* 150. — Qua re tabulae Heraclienses apertissime non nimis antiquae esse demonstran-

tur, nam cum in plerisque titulis bonae aetatis *τοί, ταί*, in plurimis post Alexandrum scriptis *οἱ, αἱ* formae solae regnant, sunt nonnulli medii cujusdam temporis, qui modo *τοί, ταί* modo *οἱ, αἱ* habeant (sic in Rhod. 2525, b, hae exstant nom. pl. articuli formae: *τοὶ ἄρχοντες; τοὶ ἄρχοντες οἵ τε ἐνεστακότες καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ἀεὶ αἱρουμένοι; τοὶ ἄρχοντες ἀεὶ τοὶ ἐν ἀρχᾷ ἔοντες; τοὶ ἄρχοντες οἱ μετὰ ταῦτα ἀεὶ αἱρουμένοι*) atque inter hos etiam Heraclienses referendi sunt.

3. Saepius et relativi munere pron. demonstrativum fungitur et demonstrativi munere relativum, quorum priorem usum in omnibus dialectis atque omni tempore reperimus; posteriorem vero non nisi recentiore tempore, nam Pseudo-Pythagoreorum et versus alicujus Epicharmo male ascripti auctoritates non satis graves esse, quibus Dorienses maturius quam reliquos Graecos *ὃς μέν — ὃς δέ* pro *ὁ μέν — ὁ δέ* dixisse evinci possit, Ahrensio (II, 276) concedendum est. —

Exempla vero, quae huc pertinent ex tabulis, haec sunt:

a) Demonstr. pro rel. v. 13: *τὰν Ϝιδίαν γᾶν ἐπὶ τὸν ἄντομον τὸν ὁρίζοντα τώς τε Διονίσω χώρως καὶ τὸν Κωνέας ὁ Δίωνος ἐπαμώχη*; 88: *ἀριθμὸς ὅρων τῶν ἐστάσαμες*; 167: *τὸν ἄντομον τὸν ὁρίζοντα τώς τε τῶ Διονίσω χώρως καὶ τὰ Φιντίας ὁ Κρατίνω παμωχεῖ.*

b) Rel. pro demonstr. 80: *ἐπὶ τᾶς τριακονταπέδω* (scil. *ἐστάσαμες ἀντόρως*) *τέτορας ἀπέχοντας ἀπ' ἀλλάλων ᾇ μὲν τριάκοντα πόδας, ᾇ δὲ Ϝίκατι.*

4. Pronomen *ὅστις* in tit. Dor. C. I. 1688 *ὁ* indeclinabile praefixum habet, quem morem frequentabant Attica (Kuehner, Ausf. Gramm. p. 471), Ionica (Buttmann, Ausf. Gr. Sprachl. II ed. I p. 302) Aeolica (Ahr. I 127) dialecti.

§ 15. De numeralibus.

Haec numeralia leguntur in tabulis Heracl.:

εἷς, μία, ἕν	*πρᾶτος*
δύο gen. *δυῶν*	*δεύτερος*
τρῖς nom. acc.; *τρεῖς* nom.	*τρίτος*
τέτορες, τέτορας, τετόρων; τέτορα τεσσάρων	*τέταρτος*

πέντε	*πέμπτος*
Fέξ	*Fέκτος*
ἑπτά	
ὀκτώ	
ἐννέα	
δέκα	*δέκατος*

δέκα ἕν II 34
δέκα δύο 29, II 53
δέκα τρία II 68; *τρεῖς καὶ δέκα* II 15
δέκα τέτορα II 86
δέκα πέντε II 69, 99, 106; *πέντε καὶ δέκα* 141
δέκα Fέξ II 40
δέκα ἑπτά II 61, 104
ὀκτὼ καὶ δέκα 140
Fίκατι, Feίκατι

τριάκοντα	*τριακοστ(αία)*

τετρώκοντα; τεσσαράκοντα
πεντήκοντα Fεξήκοντα ἑβδεμήκοντα ὀγδοήκοντα ἐνενήκοντα ἑκατόν(πεδον) διακατίοι (διακοσίοι) τριακατίοι τετρακατίοι (τετρακοσίοι) πεντακατίοι Fεξακατίοι ἑπτακατίοι ὀκτακατίοι χιλίοι δισχιλίοι.

Pro *ὀγδοήκοντα* antiquior Doris *ὀγδώκοντα* ut *τετρώκοντα* dixisse videtur, quod Theocr. IV 34 et saepius in Ionica dial. exstat (Ahr. II, 280).

Singularitas non proprio numero, sed solo substantivo, ad quod pertinet, exprimitur, cf. *ἀ γᾶ[ἐμισθώθη] τετρακατίων δέκα μεδίμνων, κάδδιχος* 52; *ἐγένοντο σχοῖνοι . . . ἑκατὸν τριάκοντα τρῖς, ὀρέγματα Fίκατι Fέξ, ποὺς* II 34; *ἀ γᾶ ἐμισθώθη . . . διακοσίων Fεξήκοντα ἐννέα μεδίμνων, χοὸς, δυῶν χοινίκων* II 35 etc.

In numeralibus denariis (inter *δέκα* et *Fίκατι*) *δέκα* voci Heraclienses numerale singulare sine *καί* addere solebant, ergo *δέκα ἕν, δέκα δύο;* tamen morem tritiorem secuntur formae *τρεῖς καὶ δέκα, πέντε καὶ δέκα, ὀκτὼ καὶ δέκα.*

Numeralia composita supra *Fίκατι* ita semper disponuntur, ut maximus numerus praecedat, reliquaque numeralia

pro numerorum magnitudine sequantur, ut 19; *Fεξακατίαι τετρώκοντα Fέξ*, 23: *διακατίαι ἑβδεμήκοντα τρῖς*, 37: *δισχιλίαι διακατίαι Fίκαι πέντε ἡμίσκοινον* etc.

CAPUT QUARTUM.

De verborum declinatione.

§ 16. De terminationibus quibusdam.

1. I pers. pl. act. ubique in *-μες* exit, quam terminationem olim toti Doridi communem tertio demum saeculo a vulgari propulsam fuisse e consensu omnium fontium, qui nec pessimae notae nec aetatis tertio saeculo recentioris sunt, plane apparet (cf. Ahr. II 291).

2. Etiam diutius *-ντι* III. pers. pl. act. terminatio in titulis Doricis retenta est e summae antiquitatis memoria: in his tabulis legitur plus quam quadragies.

3. I. pers. pl. pass. in *-μεθα* exit: *ἐδικαξάμεθα*, *κατεδασσάμεθα*, *ποτεδασσάμεθα*, non in *-μεσθα*, quam terminationem tantum apud Theocritum (IV 39, VIII 13, XIII 4) et in Lysistrata (1006. 1161) exstantem Greg. Corinth. p. 181 omnino injuria Doricam dixisse videtur, poetis potius varias dialectos miscentibus ascribendam. (Cf. Krueger l. c. 536; Gerth l. c. 256; Renner l. c. 23). De explicatione *μεσθα* terminationis ex altera communi vide Schleicherum in Comp. 694.

4. III. pers. pl. praet. pro vulgari *-σαν* terminationem cum verbo subst. compositam, breviorem eamque antiquiorem *ν*, ubique adsumit: *ἀπέσταν*, *διέγνον*, *κατεδικάσθεν*. Quod tantum cum correpta vocali se conjungit, licet reliquae omnes ejusdem systematis personae productam servent (*ἔγνω-μες*, *ἔγνω-τε*, *ἔγνο-ν*, *ἑστᾱ-μεν*, *ἑστᾱ-τε ἑστᾶν*; *ἐδικάσθημεν*, *ἐδικάσθητε*, *ἐδικάσθεν* etc.), sequenti *ντι*, olim in fine hujus formae exstanti cujus memoria etiam ab accentu *ἐλέγον*, *ἐδικάσθεν* etc. servatur (cf. Ahr. II 28), explicatur, cum ante duplices consonantes saepius longae syllabae corripiantur, cf. *δημότᾱνς: δημότᾰς; δημιουργός:*

dor. *δαμιοργός; ἀπόδειξις:* ion. *ἀπόδεξις, ἥσσων: ἔσσων; μείζων: μέζων* etc.

Longioris terminationis in Doride tantum suspectissima exempla exstant; breviorem admiserunt etiam poetae epici, lyrici, tragici in canticis (ut Hom. *ἦεν M* 33, *ἔσταν* et *στάν Z* 106, *I* 193, *P* 343, *προτίθεν α* 112, *μεθίεν φ* 377 etc.; Pind. *ἦεν* Isthm. I 25, *τίθεν* P III 65, *πίτναν* N. V, 11, *ἐμίχθαν* N. II 22, Isthm. II 29 etc.; Tragici: *ἔβαν* Pers. 18, *ἀπέδραν* Aj. 167, *ζαπέβαν* Trach. 504), nusquam vero poetae elegiaci et iambici. — Denique quod Aeoles quoque breviorem terminationem usurpasse grammatici tradunt, apud Lesbios solam longiorem, apud Boeotos neque hanc neque illam legimus.

5. De III. sing. conj. triplici terminatione *ῃ, ι, ει* § 5 disputavi.

6. Infinitivus verbi substantivi in *μεν*, reliqui (praes. act.) in *εν* exeunt, *ἦμεν; ἀνγράφεν, ἔχεν, ὑπάρχεν*, quae suffixa diversae originis sunt. Prioris stirps *mana* et plena pristinaque forma Graeca in lingua *μεναι* est, ex **ἐσ-μεναι* fiebat in severiore Doride **ἦ-μεναι: ἦμεν*, in mitiore Doride et apud Boetos **εἰ-μεναι: εἶμεν*, apud Lesbios **ἐμ-μεναι: ἔμμεν. μειν* terminatio in *εἶμειν* inf. Rhod. et Agrig. (Rhod. 2525 b, 100; 2905, 1; Agrig. 5491) tantum analogiae infinitivi verborum in *ω* debetur, quae opinio eo maxime firmatur, quod in eisdem illis titulis etiam *ἀναθέμειν, ἀποδόμειν, προτιθέμειν* infinitivi leguntur. Corruptissimae vero sive pronuntiationis sive scripturae est *ἴμμεν* forma in inscr. Drer. 46. 79. — Alterius suffixi stirps est „*ana*“ ac Graeca plena et pristina forma *-εναι*, aperte exstans in inf. pf. act. *λελυκ-έναι* neque minus in inf. praes. verborum in *μι*, ubi **δο-εναι, *θε-εναι* ad *δοῦναι, θεῖναι* coalescunt. Sicut vero *μεναι* in *μεν*, sic *εναι* in *εν* mutilabatur, quod suffixum in vulgari lingua frequentissimum ne a ceteris quidem dialectis alienum est; ut in vulgari lingua et in mitiore Doride ex **ἀειδε-εν, *χαιρε-εν, *ἐρωτε-ει* fiebat *ἀείδειν, χαίρειν, ἐρωτεῖν*, sic in Laconismo *ἀειδῆν, χαίρῃν*,

ἔρπην. — Aliam vero rationem Heraclienses videmus iniisse, qui alteram ε ejicerent, simili modo, quo Boeoti ex *τιθε-εντι (vulg. τιθεῖσι) fecerunt τιθέντι, vel Cretenses ex Πριανσιέ-ες (tit. Hier. Prians. 46) Πριανσι-ές (in eodem tit. 30), vel ipsi Heraclienses ex ἁμέ-ες: ἁμές. — Eandem viam ingressi sunt Cretenses (Hey l. c. 23), Theraei, antiquiores Delphi (Ahr. II 176). — Neque dubito, quin Heraclienses etiam verborum contractorum, atque aoristi II. futurique infinitivos, quorum exempla in tabulis desunt, in εν exeuntes habuerint, ut legimus in Creticis titulis ἀνχωρέν ἐπιχωρέν (tit. Gortyn. 10. 6) ἐξελέν, ἐνβαλέν C. I. 2555, 9 apud Alcmanem γαμέν, ἐπαινέν (fr. 16, I 17; II 9) etc., quibus in formis seu duae ε elisae sunt, seu, si mavis, vocalis conjunctiva non intercessit, ut vel talem originem sumas: *γαμε-ε-εν (ut *φερ-ε-εν): *γαμε-εν (ut φερ-έν): γαμέν, vel hanc: *γαμε-εν (ut τιθ-έναι): γαμέν.

7. Peculiarem terminationem dial. Her. habet in inf. pf. act.: πεφυτευκῆμεν et πεπρωγγευκῆμεν, quod non ita mirum ei videbitur, qui cum ipsius hujus infinitivi diversas in singulis dialectis formas, tum vulgaris formae recentem originem considerat. Apud Homerum enim -εναι nusquam exstat, cujus munere μεναι vel μεν fungitur: τεθνάμεναι, τεθνάμεν, βεβάμεν, δειδίμεν, ἴδμεναι, γεγωνέμεν, πεπληγέμεν, ἀνωγέμεν etc. Aeolum est ην in ἐπιτεθεωρήκην Cum. 17 et τεθνάκην Sapph. 2, 15, mitioris Doridis ειν in γεγόνειν, γεγάκειν, δεδύκειν (Ahr. II 330). — Quaeritur nunc, qualem rationem Heracliensium terminatio cum ceteris habeat.

Primum in his quoque infinitivis duplex suffixum animadvertimus: μεναι: μεν et εναι: εν. Hujus plenior forma patet in inf. vulg. λελυκ-έναι, tenuior in Aeolicis Doricisque formis, in quibus ε vocalis conjunctiva ex α attenuata (ut in III. pers. sing. λέλυκ-ε) cum εν terminatione pro singularum dialectorum legibus contracta est. Alterum vero suffixum Homero et Italiotis proprium erat. Apud illum μεναι et μεν aut nulla intercedente vocali cum stirpe perfecti

conjungitur: *τε-τλά-μεν(αι)*, *τε-θνά-μεν(αι)*, *ἴδ-μεν(αι)* etc. aut vocali conjunctiva stirpi adjuncta: *ἀνωγ-έ-μεν*, *γε-γων-έ-μεν*, *πε-πλιγ-έ-μεν*. Quod idem reperimus in lingua Italiotarum: *ἀντι-πε-πονθ-έ-μεν* ap. Archim. de plan. aequ. p. 8 et *προ-ειδ-έ-μεν* ap. Archytam in Append. Stob. Gaisf. p. 46. — A quibus Heracliensium infinitivi tantum eo distant, quod vocalem, quam conjunctivam dixi, productam habent. — Quae productio analogiam habet in ion. *τι-θή-μεναι*, *τι-θή-μενος* etc. producta vocali, in pf. *ἴσᾱ-μι*, *ἴσᾱς*, *ἴσᾱ-τι*, quibuscum etiam producta vocalis in Latinorum pf. *dedī*, *dedit* (*dedei*, *dedeit* vel *dedēt*) conferri potest.

8. Imperativi hae formae in tabulis leguntur: *ἀνγραψάντω* III. pl. act., *προκαδδεδικάσθω* III. sing. pass., *ἐπελάσθω* III. pl. pass. Terminatio *-σθω* in *προκαδδεδικάσθω* a vulgari non distat, utraque altera vero *-ντω* et *-σθω* antiquiori Doridi propria est, nec raro in hujus dialecti titulis reperitur, hau dubie ceteris antiquior ex aetate indogermanica servata. *-ντω* prorsus respondet scr. *-ntât*, lat. *-nto*, ac *-ντων* forma vulgaris, quam ne Doris quidem prorsus respuit (Ahr. II, 296), nasali aucta est. Denique *-τωσαν* forma ab Homero nondum usurpata recentissimo demum tempore in Doricis inscriptionibus comparet. — Eadem ratio intercedit inter triplicem III. pers. pl. pass. terminationem: *σθω*, *σθων*, *σθωσαν*: *σθω* omnium antiquissimae postea *ν* in fine addita est, tertia vero eodem *σαν* aucta, quod in *ἔδο-σαν*, *διδοίη-σαν*, *ἐδεδώκε-σαν*, *ἔλν-σαν*, *λνέτω-σαν* etc. apparens, verbi subst. III. pl. residuum est. Itaque ettiam ab hac parte dialectum Heracliensem inter antiquissimas videmus versari.

§ 17. De augmento et reduplicatione.

1. *οἰκοδομήται* et *οἰκοδομημένα* reduplicatione carent ut *οἰκημαι* apud Archim. Aren. p. 319, etiam in Attica dialecto *οι* diphthongo in temporibus hist. *οἰνίζω*, *οἰκουρέω*, *οἰσυράω*, *οἰακίζω* verborum augmento non mutata.

2. *ἀπεκατεστάσαμες* II 22 forma aperte corrupta in *ἀποκατεστάσαμες* corrigenda est (nec vero in *ἀπεκατασιάσαμες*, ut editores C. I. scripserunt); licet Mazocch. p. 264 eam venditet pro duobus augmentis praedita ut *ἐώρων*, *ἐώκειν* etc.

3. Secundum leges vulgares *πρωγγυεύω* a *πρώγγυος* i. e. *προ-έγγυος*) derivatum pf. *πεπρωγγύευκα*, *ἐν-διόω* vero pf. *ἐνδεδίωκα* habet.

4. *ὅλ-ωλα* Attica quae vocatur reduplicatione utitur, ut *ὄπωπα* Lysistr. 1157. Tamen *ἀκούω* verbi perf. *ἄκουκα* sonuit (Ahr. II 337), spreta illa reduplicatione.

§ 18. De stirpibus.

I. De stirpe praesentis.

Verba in *μι* et ea verba in *ω*, quorum stirpes in consonas vel molles vocales exeunt, nil singulare praebent, itaque statim ad verba contracta decurrimus.

a) Verborum in *-αω* unum exemplum in tabulis exstat: *ἐπ-ελάσθω* quod ex breviore stirpe *ἐλα* exstitit cum terminatione *-οσθω*, ut § 4 demonstravi, composita. Praesens *ἐλάω* apud Homerum, Pindarum, Euripidem, adeo Xenophontem (Cyrop. VIII, 3, 32), in Doride apud Theocr. V, 89 et in Locr. Hyp. 8 legitur. — Sed ad verba in *αω* Ahrens II 313 etiam *ἐπιβῇ* (128) formam delegat. Videri eam a Dorico verbo *ἐπιβῶ* derivandam, quod primum docerent vicina praesentia: *αἰ δέ τίς κα ἐπιβῇ ἢ νέμει ἢ φέρει τι τῶν ἐν τᾷ ἱαρᾷ γᾷ ἢ τῶν δενδρέων τι κόπτῃ ἢ πριῷ ἢ ἄλλο τι σινήται*. Deinde Doridem Atticae linguae contrariam rationem sequi et in conjugatione contracta et in conjugatione in *μι*, illic *η* pro *ᾱ*, hic *ᾱ* pro *η* proferentem; nam ut *ὁρῇς*, *ὁρῇ* Dorica esse pro conjunctivis *ὁρᾷς*, *ὁρᾷ*, ita *τλᾷς* et *τλᾷ* pro *τλῇς* et *τλῇ*. — Atque *αε* et *αῃ* in Doride in *ᾱ* coalescere, ita ut conj. praes. verborum in *αω* in *ᾱς*, *-ᾱ*, ut *ὁρᾱς*, *ὁρᾱ* exeat, notum est; qualibus vero testimoniis fretus Ahrensius in Dor. conj. aor. *αῃ* in *-ᾱ* contractum esse contenderit, nunc videamus.

Primum scribitur Aesch. Suppl. 429 (etiam a Dind. P. Sc. V. ed.)

μή τι τλῇς τὰν ἱκέτιν εἰσιδεῖν

sed in cod. Med. exstat: *ΤΑΛΙΣΤΑΝ* quod lenius in *τλᾷς τάν* quam in *τλῇς τάν* corrigi posse Ahrensio concedendum est. Ac quominus hic de *τλᾷς* Attico conjunctivo praes. cogitari possit, prohibent vicini aoristi *μὴ προδῷς* 420, *μή δ' ἴδῃς* 423, ita ut, si *τλᾷς* scriptura Aeschyli manus recte restituatur, Ahrensii lex hoc loco sat firmo utatur testimonio. — Deinde Pind. Pyth. IV, 92 exstat conjunct. *ἔραται*, quem facere non possumus, quin conj. aor. *ἔραμαι* verbi e Doride receptum judicemus. — Denique Boeckhius admodum veri simili ne dicam certa conjectura locum lacunosum inscr. Calymn. C. I. 2671 v. 41 ita explevit: *ὅπως μὴ διὰ ψάφου τῶν πραγμάτων χρινομένων εἰς πλέω ταραχὰν ὁ δᾶμος [καθισ]τᾶται.*

Contra quod faciat, unum exemplum praebet Theocr. I 152:

οὐ μὴ σκιρτασεῖτε μὴ ὁ τράγος ἔμιν ἀνασῇ.

Quae cum ita sint, hanc quaestionem dijudicare non ausim, quamvis Ahrensii testimonia multum valere concedam. Nec vero ad *ἐπιβᾷ* formam explicandam eam dijudicari opus est, nam totius loci supra allati condicio conjunctivum praes. postulare videtur: alioquin enim ejusmodi temporum in eadem sententia mutatio exsisteret, qualem in his tabulis nusquam reperi.

Itaque, cum verbi contracti *ἐμβά-ω* duo in Doride certa exempla habeamus: *ἔμβᾳ* Lysistr. 1303, *ἐκβῶντας* Thuc. V, 77, non dubito *ἐπιβᾷ* cum Ahrensio conjunctivum praes. *ἐπιβάω* verbi judicare.

b) De verbis in *εω* hae valent leges:

1. Stirpes monosyllabae vulgarem rationem secuntur, contractionem repudiant nisi ubi in *ει* contrahi possunt. Legimus enim *δέονται* 132, *ῥέοντα* 132, *ῥέωσα* 130 II 130, sed *δεῖ* 142.

2. Stirpes plurium syllabarum

a) coalescunt cum sequenti ε, ι, ῃ, ει: *ἐπαμωχε-ε: ἐπαμώχῃ 14, *παμωχέ-ει: παμωχεῖ 168.

b) non coalescunt cum sequenti ο vel ω. Vide enim has formas:

ἐμετρίωμες	ἐξεποΐον	ἀδικίων
μετριωμέναι	ποϊόντασσι	ποΐων.

In quibus omnibus ε ante ο vel ω in ι mutata est, qualem mutationem in Heracl. *Τιμοκράτιος* et in Creticis Boeoticisque vocabulis jam vidimus. — Sed primum accedit, quod in *ἐξεποΐον, ποΐων, ποϊόντασσι* ι vocalis *οι* diphthongi elisa est, quam elisionem in his tabulis non nisi ante alteram ι vocalem [28]), ubi hoc facillime fieri potuisse intellegitur, in aliis vero titulis etiam ante ῃ et ει (cf. *πεποίηται* Herm. 1193, *ἐποησάταν* Delph. 25, *ἐπόησε* Acarn. 1794, *ποεῖ* Ther. 2448, VI 37 etc. [cf. Ahr. II 188], sed in tabb. Her. *ποιήσει, ποιήσαμες, ἐπεποίηντο*) admissam videmus.

Veram autem difficultatem tertia, quae in illis formis apparet, mutatio praebet, dico ο vocalis productionem in *ἐμετρίωμες* et *μετριωμέναι*.

Ahrensius (II 211) *ιω* quasi diphthongum contractione *εο* vocalium ortam esse censet, qua in contractione nondum absoluta prioris ε syllabae residuum quoddam in ι vocali remanserit, ο jam ad ω progressa. Concedo, *ἐμετρίωμες, μετριωμέναι, ἀδικίων, ποΐων* in hunc modum explicari posse (quae tum aptius *ἐμετριῶμες, *ἀδικιῶν, *ποιῶν* scriberentur, ut re vera ante Ahrensium scripta sunt ab eis [cf. Ahr. II 210], qui haec verba apud Dores in *-ιάω* terminari credebant), quidnam vero tum de *ἐξεποΐον* et *ποϊόντασσι* censendum est? An hic quoque cum Ahrensio contractionem et „quasi diphthongum" in *ιο* vocalibus agnoscere placet?

Aliam viam Brugmanus (l. c. p. 184) ingressus est, qui nisus praecipue Curtii subtilissima dissertatione: „Zur Geschichte der griech. zusammengezogenen Verbalformen",

---

28) Neque enim elisa est in *ἐπεποίηντο* II 22, 25, quod editores C. I. perperam *ἐπεποΐηντο* scripserunt.

Stud. III p. 398 sqq. *ἐμετρίωμες* et *μετριωμέναι* quantitatis transmutatione orta esse censet, ut haec formarum series exsisteret: **ἐμετρέϳομες*: **ἐμετρήομες*: **ἐμετρέωμες*: *ἐμετρίωμες*; **μετρεϳομέναι*: **μετρηομέναι*: **μετρεωμέναι*: *μετριωμέναι*. Ac formarum **ἐμετρήομες* **μετρηομέναι* hic cum longa vocali thematica, quae dicitur, suppositarum delph. *συλίοντες*, lesb. acol. *ποθήω*, *ἀδικήω*, testimonia sunt; ac quominus in *ἐξεποΐον* et *ποϊόντασσι* eadem quantitatis transmutatio admitteretur, duplex consonans *ντ*, quae in *ποϊόντασσι* sequitur et in *ἐξεποΐον* quoque sequebatur, cujusque memoriam etiam ab accentu in paenultima: *ἐλέγον*, *ἐλίσαν*, *ἐφιλάθεν*, *ἐξεποΐον* (cf. Ahr. II 28) retineri vidimus, prohibuit.

Quae cum ita sint, *ἀποδίνωντι*, quod 102 exstat, a vulgari verbo *δινέω* descendere non posse apparet, cujus quae huic respondeat, forma Heracl. potius * *ἀποδινίωντι* [29]) sonare debet. *Ἀποδίνωντι* vero a breviore stirpe *διν*, praes. *δίνω* (cujus exempla congessi § 19) deduci oportere cum Ahrensio (II 339) censeo.

c) Verba in *οω*.

Duo tantum in tabulis exstant: *μισθῶντι* et *πριῇ*, quae ex **μισθό-οντι*, **πριό-ῃ* (vel *πριό-ει*) aut, quod Curtius (l. c.) credere mavult ex * *μισθώ-οντι*, * *πριώ-ῃ* contracta sunt.

II. De aoristo I.

1) De *ἐδασσάμεθα* forma § 10, II 1 actum est.

2) Antiqui grammatici saepe (vide eos ap. Ahr. II 89 not. 1) Dores in aor. I. et futuro verborum in *ζω* *ξ* pro *σ* pronuntiare referunt, cujus formationis, quod veteres non commemorant, etiam epica dialectus particeps est.

In tabulis Her. haec reperimus exempla:

ἀνχωρίξαντες	*δοκιμαξόντι*
ἐγδικαξαμένοι	*ἐγδικαξήται*
ἐδικαξάμεθα	*ἐργαξήται*

29) In conjunctivis enim *ω* ante *ντ* non in *ο* corripitur, ut conjunct. *ἐγFεληθίωντι* 152 docet.

ἐμερίξαν *ἐργαξόνται*
ἐτερμάξαν
κατεσῴξαμες ἐρίξαντες ὡρίξαν

nam omnia verba in *ζω*, quae in tabulis exstant, in aor. I. et fut. *ξ* pro *σ* assumunt, excepto uno aoristo *κατεσῴσαμες* 47. 51.

Quomodo haec formatio explicanda sit, primum ab Ahrensio II 94 praeclare perspectum, Curtius (Etym. 561) accuratius descripsit. Proficiscendum est a primaria verborum in *ζω* forma: **δικά-jω* ex qua praes. **δικάδjω*: *δικάζω*, futur. **δικάj-σjω*, aor. *ἐδίκαj-σα* exstiterumt; ex quibus jota evanescente vulgares formae *δικάσω*, *ἐδίκα-σα*, spirante in gutturalem durata Doricae formae **δικαγ-σῶ*: *δικαξῶ*, **ἐδίκαγ-σα*: *ἐδίκαξα* fiebant. Simillimum exemplum Curtius (l. c.) affert ex lingua neo-graeca, ubi ex *παιδέϜω* (quod scribunt *παιδεύω*) fut. *παιδέψω* (scribunt *παιδεύσω*) exsistit, *F* spirante in labialem durata.

Sed in tabulis Her. ipsis duo vocabula leguntur, quibus ad evincendam illam sententiam optime uti possumus: *ποτικλαίγωσα* II 69 et *ποτίκλαιγον* II 107 [30]) (ab editoribus C. I. nescio qua ratione *ποτικλαΐγωσα* et *ποτικλαΐγον* scripta), de quibus jam Mazocch. (p. 275 not. 20) felicissimo invento haec protulit: „Quid vetat . . . . . etiam *κλάξαι* Hesychianum *α κλαίγω* nostri aeris bis usurpato arcessere?“ Sed illud *κλαίγω*, quod novum verbum habuit, cum vulgari *κλείω* att. *κλῄω* (dor. *κλᾴω*) ullam rationem habere posse, longe abfuit, ut crederet. — Hanc vero rationem nos ita explicamus: E forma primigenia **κλάF-jω* primum exstitit, digammate cum prod. suppl. excidente, forma **κλᾱ-jω*, quae ad dor. *κλᾴ-ω* ion. *κλῄω* (ex quo recentiore tempore att. *κλείω* fiebat, ut ex *οἴῃ*,

30) Significant id quod proxime sequitur, ut v. 91 *ἐχόμενον*, qua significatione *προσκλείω* recentiore Graecitate frequentatur (sic Justin. Martyr., Dial. cum Tryph. Iud. p. 153 ed. Paris.) eodem notionis transitu, ut in nostro: „*sich an etwas anschliessen*.“

βούλῃ, ὄψῃ: οἴει, βούλει, ὄψει et ex conjunctivis νέμῃ, φέρῃ etc. νέμει, φέρει etc.) et ad κλᾱ́ζω (Hesych.: κατεκλάζετο· κατεκέκλειστο· κατακεκλεισμένως εἶχε) tritis mutationibus descendit. Sed ex eodem *κλα-jω, γ gutturali ex j spirante profecta, *κλᾱ́-γω fieri potuit, ad quam formam fut. κλᾳξῶ, aor. ἔκλᾳξα, redeunt.

Ex κλᾱ́γω vero κλαίγω eodem modo exstitit, ut ex vet. att. κλῄω rec. att. κλείω: ac κλαίγω forma, qua re tota haec, quam exposui, sententia praeclare confirmatur, re vera nunc in lingua neograeca exstat, quae nobis etiam haec γ gutturalis ex j spirante profectae exempla suppeditat: μυῖ-γα ex μυῖα, φθαίγω ex πταίω, οὔγια ex ὄϜ-ια (cf. Mullach, l. c. p. 140.).

Exempla reliqua hujus aoristi futurique formationis satis multa et ab omnibus Doridis generibus oblata collegit Ahrens II 89 sqq, quibus addas quae Heyius p. 36. ex novis titulis Creticis sumpsit et ψάφιξις vocem ex dial. Locr. Hyp. 45. — Omnino vulgares formae ab inscriptionibus et scriptoribus Doricis bonae aetatis alienae sunt, praeter quod legitur δανείσαι saepe in Corcyr 1845, σώσαι ap. Sophr. 26 et κατεσῴσαμες 47, 51 in priore tab. Her., cum in altera v. 30 κατεσῴξαμες exstet.

Praeter aoristum I. et futurum Lacones, Siculi, Pseudo-Pythagorei etiam in aliis conjugationis verborum in ζω formis gutturalem pro dentali characterem adhibuerunt, ut in ἐκεκρατηρίχημες, ἐπευνάκτοι, ποριχθέντα, ἁρμόχθην etc., quod non cum Ahrensio errore factum esse analogia aoristi futurique inductorum censuerim; immo j spirans in illis dialectis etiam ante alias quam σ litteram, ad gutturalem obduruit: *ποριj-θέντα: ποριχ-θέντα, *ἁρμοj-θην: ἁρμόχθην etc. Tamen dial. Her. ab hac mutatione longius provecta abstinuit, legimus enim καδδεδικάσθω (non *δεδικάχθω), κατεδικάσθεν, ψαφισθέν, ὀρισταί.

III. De futuro.

Futuri hae formae in tabulis Her. leguntur:

1. *ἀποκαταστασεῖ ἀποτεισεῖ ἐασεῖ θησεῖ θρανσεῖ κοψεῖ ποιησεῖ πριωσεῖ σαρμευσεῖ σκαψεῖ φυτευσεῖ.*

2. *ἀπαξόντι ἀποκαταστασόντι ἀρασόντι δοκιμαξόντι ἐασόντι ἐμπρησόντι ἑξόντι ἐρξόντι ξαμιωσόντι κοψόντι κωλυσόντι οἰσόντι παρμετρησόντι πωλησόντι.*

3. *ἐγδικαξήται ἐργαξήται ἐσσήται καρπευσήται οἰκοδομησήται.*

4. *ἐπιμελησόνται ἐργαξόνται ἐσσόνται καρπευσόνται παρξόνται ὑπογραψόνται χρησόνται.*

Quibus sibilantis ope formatis haec accedunt a stirpibus in liquidas exeuntibus derivata:

ἐμβαλεῖ
ἀνανγελίοντι, ἀνκοθαρίοντι.

Notum est omnia futura composita esse cum fut. radicis *as*: *as-jâmi: **ἐσίω*, quod in **σίω* mutilatum cum verborum stirpibus conjungitur, prorsus eadem ratione, quam in conjugatione verborum in *εω* cognovimus, similes vocales *ε-ει* et *ε-ε* contrahuntur, *ε* ante *ο* in *ι* mutatur:

βαλεῖ βαλίοντι βαλήται βαλιόνται.

Porro in futuris verborum, quae in vocales vel mutas exeunt:

**ἐα-σίει *ἐασίοντι *ἐασιέται *ἐασιόνται* etc.

j spirans (vel *ι* vocalis) ante *ε* et *ει* ad similiorem *ε* transgressa contractionem patitur, ante *ο* vero prorsus evanescit:

ἐασεῖ ἐασ-όντι ἐασήται ἐασόνται.

Quibus formis, quae in tabulis re vera exstant, his certis rationibus explicatis totum paradigma futuri Heracl. in hunc modum summa cum probabilitatè constitui potest:

**βαλίω*	**βαλιόμαι*	**ἐασῶ*	**ἐασόμαι*
**βαλεῖς*	**βαλῇ (ῆ,εῖ)*	**ἐασεῖς*	**ἐασῇ (ῆ,εῖ)*
βαλεῖ	**βαλήται*	*ἐασεῖ*	*ἐασήται*
**βαλίομες*	**βαλιόμεθα*	**ἐασόμες*	**ἐασόμεθα*
**βαλῆτε*	**βαλῆσθε*	**ἐασῆτε*	**ἐασῆσθε*
βαλίοντι	**βαλιόνται*	*ἐασόντι*	*ἐασόνται.*

Jam quaerentibus, quam rationem in futuris formandis

dialectus Her. cum ceteris Doridis generibus ineat, haec respondeo:

Soli Heraclienses diversam rationem *j* spirantis mutandae secuntur in futuris verborum, quae in liquidas exeunt ceterorumque formandis; omnes reliqui Dores hanc differentiam prorsus neglegunt. Sic legis in uno eodemque titulo (Cret. 2554): *ἐμμενίω*, *βοαθησίω*, *προλειψίω*; vel (Cret. 2555): *ἐμμενῶ*, *εὐνοησῶ*, *ἐξῶ*; vel (Calymn. 2671): *κρινεῖντι*, *διαλυσεῖντι*, *ὑπαρξεῖντι*; vel (Ther. 2448): *ἐμβαλοῦμες*, *ἐξοῖντι*, *δειξούντω*.

Omnino varietas hujus formationis in ceteris dialectis tanta est, ut nonnusquam ejusdem vocabuli quinque formas in diversis Doricis titulis reperire possimus:

πραξίομες, *πραξέομες*, *πραξόμες*, *πραξεῦμες*, *πραξοῦμες*.
πραξίοντι, *πραξέοντι*, *πραξόντι*, *πραξεῖντι*, *πραξοῖντι*.

Superest *ἐπικαταβανόντι* forma, quam ad normam futurorum Her. minime quadrare neminem fugiet. Atque etiamsi quis dixerit *j* spirantem hic ut in *κοψ-όντι* evanuisse, tamen nemo, opinor, formam monstruosam et prorsus barbaram *βανῶ*, qualicunque vel tempore vel dialecto exstitisse credet[60]). Itaque procul dubio vocabulum corruptum est, et Ahrensius (II 209 not.) id quod restituendum est, praeclare jam invenit: *ἐπικαταβαλίοντι* Λ littera tantum in *ΑΙ* disjuncta, qua mutatione et sententiae (*τοὶ πολιανόμοι ἐπικαταβαλίοντι καὶ ζαμιωσόντι*, ubi *ἐπικαταβάλλω* ea notione exstat, qua vulgo *ἐπιβάλλω* intr. usurpatur) consulitur et futurum vere Heracliense restituitur.

IV. De perfecto.

Cum de infinitivis *πεφυτευκῆμεν*, *πεπρωγγευκῆμεν* jam § 16, de participio *ἐρρηγεῖα* jam § 5 disputaverimus, hic tantum de duabus formis sat miris dicendum erit, *γεγραψάται* et *μεμισθωσώνται*, quae omni tempore viris doctis suspitionem moverunt. Mazocchius alioquin tabularum

31) In Steph. Thes. quidem s. v. *ἐπικαταβαίνω* illa forma Dorica appellatur.

purae et emendatae scripturae ferventissimus laudator, utrumque vocabulum ne sculptoris mendis deberetur, metuit (p. 211 not. 8), nisi forte, quod crassa Minerva suspicatur, *μεμισθωσόνται* aoristus reduplicatione praeditus esset ut *κέκαμον*, *λελαβόμην* etc. Ahrensius p. 333) *γεγραφάται* quidem idonea ratione defendit *μεμισθωσόνται* vero in quamnam partem accipiendum sit, admodum dubitat, „quem aoristum primum appellare“ oportere credit „a perfecto eodem modo derivatum, ut vulgo futurum tertium, nisi praeferendum σ ita insertum putare, ut in *γεγραψάται*, aut adeo aerarii errorem suspicari.“

Equidem censeo de aliquo mendo, qualia ab his tabulis nequaquam aliena neque nimis rara sunt, certe non prius cogitandum esse, quam a parte grammatica has formas nullo modo defendi posse demonstratum sit; quae quia excusari possint, ab illo ultimo criticae artis refugio abstinendum esse.

Curtius enim, quem totus sequor, praeclaris de *ἵσᾱμι* perfecto animadversionibus (Stud. I p. 239 sq.) demonstravit, perfecti sigmatici i. e. cum *ἐς* radice compositi, quod in Latina lingua latissime patet, nonnulla vestigia etiam in Graeca reperiri posse, ut perfecti cum rad. *dhâ* = gr. *θε* compositi, quod in lingua Germ. propriam sedem habet, initia quaedam in *ἐγρηγόρ-θ-ασι* et *βεβρώ-θ-οις* cognoscere licet. — Ejusmodi perfecta cum ες rad. conjuncta sunt vulg. *εἵξασι* et *ἴσασι*, cujus Dorica *ἴσανσι* forma prorsus primigeniae **vêd-santi* respondet, terminationibus praesentis eadem ratione usa ut Aeol. *οἶδμι*. — Atque eodem modo *γεγραπσάται* cum forma radicis *ἐς* compositum est, quae item patet in scr. vid-ratê = indog. *vid-santai, et *μεμισθωσόνται*: *μεμισθώνται* = dederit (= dede-sit): dedît.

V. De aoristo pass.

De *κατεδικάσθεν* (§ 16), *ἁμμισθωθῆ* (§ 5) *καταλυμαχωθῆς* (§ 4) jam actum est.

ἀδηλωθείη optativus nil habet singulare.

ἐγϜηληθίωντι conjunctivus sequitur analogiam verborum in *-εω*.

§ 19. De conjugatione anomala

βαίνω: *ἐπιβῇ* a breviore stirpe *βά-ω* cf. § 18.

δηλόμαι verbum Doridi proprium cf. § 4.

δῑ́νω: *ἀποδίνωντι*. Brevioris stirpis testimonia haec reperi: Herodian. II p. 492, 19 ed. Lentz: *δῑ́νω*: *τὸ συστρέφω ὁμοίως διὰ τοῦ ῑ· οἱ γὰρ Αἰολεῖς δίννω λέγουσιν*; Callim. frg. 51:

δινομένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσεν ἅλωα.

Hesiod. Opp. 596:

δμωσὶ δ' ἐποτρύνειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
δινέμεν (quamquam hic inf. etiam a *δινέω* derivatus esse potest, ut *ἀγινέ-μεναι* Od. *υ* 213 ab *ἀγινέω*)

et locum, de quo agimus. — Exstitit hoc verbum a rad. *δι*, quae *ν* suffixo aucta etiam in *δῖνος* apparet. Ex *διν* praes. **δίν-jω* formatum est (de duplice suffixo vide quae § 4, II ad *Ϝηλέω* formam explicandam exempla attuli), quod has mutationes subiit:

δῑν-έω (ut **ἅρ-jω*: *αἱρέω*).
δῑν-ω (ut **πλύν-jω*: *πλῡ́νω*).
δίννω aeol. (ut **κρίν-jω*: aeol. *κρίννω*).

ἐλάω: *ἐπελάσθω* cf. § 4 et § 18 I a.

ἵημι: *ἀνέώσθαι*; rad. *jε*: praes. **jί-jημι*: *ἵημι*, pf. *jέ-jωκα*: *ἕωκα*, **jέ-jωμαι*: *ἕωμαι* eadem vocalis amplificatione, quam in *πέπτωκα* et *ἔθωκα* animadvertimus. *ἀφέωκα* a Suid. s. v. *ἀφεῖκα* et Doricum dicitur et Ionicum (et Herodoteum quidem, cui II 165 *ἀνέωνται* ex cod. F pro *ἀνέονται* restituendum est); *ἀφέωκα* et *ἀφέωμαι* commemorantur ab Herodiano II 236, 2. 6. 12. 13; et adeo Attica dicuntur ab Etym. M. 176, 51 et Etym. G. 96, 11.

In Doricis fontibus haec perfecta praeter tabulas Her. non leguntur.

ὄλλυμι: *ὄλωλα*.

ὄμνυμι: *ὤμοσα*.

ῥήγνυμι: *ἐρρηγεῖα*. Pf. *ἔρρηγα* pro *ἔρρωγα* habes etiam apud Hesych. *κατερρηγότας· διερρηγμένους; ἔρρηγμαι* usurpatur in compositis; *ἔρρηχα* exstat in veteris testamenti versione LXX virorum [32]).

φέρω: *οἰσόντι*.

**χρεόμαι*: *χρήσθαι* cf. § 4.

Denique verbi substantivi hae formae in tabulis reperiuntur:

ἐστί, quae forma sola in titulis Doricis apparet, cum *ἐντί*, quod Gregor. Cor. 280 Doricum dicit, a Theocrito et Pseudo-Pythagoreis usurpatur.

εἶ III. sing. conj., quae scriptura etiam Amph. 1688, 40 apparet, in aliis fontibus (quos vide ap. Ahr. II 321) et *ἲ* et *ἰ* exstante. De qua scripturae discrepantia cf. § 5, I, 3.

ἦμεν infin., de quo vide § 16, 5.

ἔντες participium Heracliensibus cum Laconibus commune (cf. Ahr. II 324) formatum est sine vocali conjunctiva ex *ἐς* rad. cum terminatione *ντ*, ubi *σ* evanescente *ε* propter *ντ* consonas subsequentes non producebatur. Nomin. **εἷς* a grammaticis (Herod. II 833, 30) tantum etymologiae gratia ad reliquos casus explicandos fictus vel e mitiore Doride receptus est, certe apud Heraclienses et Lacones ex **ἔσ-ντ-ς*: **ἔ-ντ-ς*: **ἷς* exsistere debuit ut ex *τιθέντ-ς*: *τιθής*, neque video, cur Ahrensius hanc formam severiori Doridi denegare communemque substituere studeat.

ἐσ-σῆται et *ἐσ-σόνται* futura ex **ἐσ-σιέται*, **ἐσ-σιόνται* certis legibus, quas § 18 III tractavi, formata sunt.

---

32) In Steph. Thes. s. v. *ῥήσσω* deest *ἔρρηγα* forma et pro *ἔρρωγα* forma Attica init. errore scriptum est **ἔρραγα*.

CAPUT QUINTUM.

§ 20. Lexilogica quaedam.

ἀμπώλημα 110. „Revenditio". Quod Maz. p. 213 „neque *rem revenditam* neque *actum revendendi*, sed *indemnitatis praestandae* vocem esse" opinatur, „cum is qui fruges non suo tempore repraesentaverit, damnetur ad solvendam pretii interea imminuti differentiam" Atque hanc perversam explicationem vel editores Steph. Thes. in suum usum verterunt. — Franz in C. I. sic interpretatur (p. 708): „Qui non produxerit praedes vel non solverit mercedem, non solum annuam mercedem duplo rependet, sed etiam *τὸ ἀμπώλημα* (quod deinde „mulcta" vertit solvet polionomis et sitagertis, quantum quidem decretum fuerit, *ut solvatur una cum mercede prima, quae summa eo major erit, quo minore pretio agrum relocaverit* per primos quinque annos." Quae interpretatio, num recta probaque sit, ipsi quaeso videatis.

Equidem illam sententiam, imprimis *ἀμπώλημα* vocis notione spectata, sic intellego: Si quis pacto non steterit, conductio pro remissa habetur, ergo conductorem si agrum longius obtinere velit, non solum poenam conventam, scil. duplicem hujus anni mercedem solvere, sed omnino novam conductionem inire necesse est. Tum vero non pristina mercede agrum conducit sed post ruptam pactionis fidem merces certa summa (*ἀμπώλημα*) augetur, *ὅσσῳ κα μείονος ἀμμισθωθῆ πὰρ πέντε Fέτη τὰ πρᾶτα, ὅ τί κα τελέθει ψαφισθὲν ἅμα πᾶν τῷ πράτῳ μισθώματι*, quae jam in prima conductione ad id constituta est.

ἀλοροαί 17, 22, 27, 32, 56, 87, secundum Mazocch. 183 „*locus* ob rivos ibi defluentes dictus", et defluentes eas, ni fallor, dicit, quas terra percolat, ergo disparentes ut in *μνῆσις ἀλορρεῖ* Soph. Aj. 523 etc.). — Tamen meliorem explicationem suppeditat inscr. alaes. 5594, v. 15: *ἀπὸ τᾶς ὁδοῦ τᾶς Ξενίδος κατὰ τᾶς ὁδοῦ τᾶς παρὰ τὸ Μειλιχιεῖον*

ἐς τὸν ῥοΐσκον καὶ κατὰ τοῦ ῥοΐσκον ἐς τὰν συμβολὰν τοῦ ῥοΐσκον καὶ ἂν τοῦ ῥοΐσκον ἐς τὰν ὁδὸν τὰν Ξενίδα ἀκολουθεῖ τῷ κλάρῳ τούτῳ τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ τᾶς κράννας καὶ τοῦ βαλανείον τὸ ἀποῤῥέον „das aus der Cisterne und dem Bade abfliessende Gewaesser.“ Similes rivos (*Wasser graeben, Kanaele*) credo his ἀποροαῖς notari.

ἀράω 133 (οὐδὲ τὰς ὁδὸς τὰς ἀποδεδειγμένας ἀρασόντι) *laedere*,quod verbum etiam in ἀρημένος (Hesych. ἀρημένος· βεβλαμμένος) Od. ι 403 habes:

τίπτε τόσον, Πολύφημ' ἀρημένος ὧδ' ἐβόησας;

et σ 53: ὦ φίλοι, οὔ πως ἔστι νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχεσθαι
ἄνδρα γέροντα, δύῃ ἀρημένον.

λ 136: γήραι ὕπο λιπαρῷ ἀρημένον.

Descendit hoc verbum fortasse a rad. ἀρ, quae nonnullis in vocibus *ferire, affligere* significat. Cf. etiam scr. *ar-i-s „hostis“*, Ἄρ-ης, fortasse etiam ἔρ-ις, ἐρ-εθίζω etc.

ἄρρηκτος *terra infragilis* i. e. στερεός, quia aratro frangi non potest. Cf. Il. Υ 150: θεοί .....

ἀμφὶ δ' ἄρ' ἄρρηκτον νεφέλην ὤμοισι ἔσανιο.

Eust. ad h. l.: δι' ἧς οὐδ' ἂν ἡέλιος διαδράκοι.

Ν 36: ἀμφὶ δὲ κνημῖσι πέδας ἔβαλεν χρυσείας
ἀρρήκτους ἀλύτους.

ἀρτύω 107 (In Steph. Thes. deest hic locus) *Agrum exercere, bewirthschaften;* tres classes subconductorum nominantur: primum quibus totum agrum primus conductor sublocat; deinde, quibus sublocat agrum, quem tamen ipse exercet (quasi villicus); denique quibus conductor fructus vendit. — Cf. etiam Hesych. ἀρτυθῆναι· παρασκευασθῆναι.

ἀχέριος 139. 143 *palearium*, id quod ἀχυρός et ἀχυρών vulgo significat.

βουβῆτις II 13. 14. Maz. p. 262: „Βουβῆτιν viae fuisse nomen, ex contextu verborum et ex veriloquio patet. Ex βοῦς enim ex βάω venit, quasi si esset via βουσὶ βάσιμος h. e. in id facta, ut bubus permeabilis esset.“ Melius Franz p. 711: „nos βουβῆτιν pro fonte habemus, cum dicatur ῥέωσα. Videtur dictus de bobus, qui eum frequenta-

bant.“ — Equidem potius ideo hunc rivum sic appellatum esse credo, quod boves eum facile transgredi poterant, ergo „*Rindsfurt*,“ cujusmodi nominis rivum quendam apud Donaverdam esse Deffnerus Donaverdensis mihi significavit.

βυβλία, ἀ βιβλίνα μασχάλα 58. 92 quid sit latet, nisi quod a vitis genere ex Byblo Phoenicia repetendo derivandum videtur, quod jam Mazocch. suspicatus est. Huc facit *βύβλινος οἶνος* Athen. I 24 et Hesiod. Opp. 589 (ubi Koechlyus scribit: *βίβλινος οἶνος* et id, quod conductori illius *βυβλίνας μασχάλας*, ut in vitibus colendis imprimis operam consumat, praecipitur (v. 169 sq.).

γαιῶνες 136, quod Mazocch. p. 225 coll. Hes. glossa: *γειώρας . . . . τοὺς περὶ τὴν γῆν διατρογμένους servos* habet „non tam domino quam praedio servientes“, sunt *colles* sive *sepes terreae „Erdhaufen“*, ut *ἀχιρών Spreuhaufen, ἀζανθεών Dornhecke, δενδρών Baumpflanzung* etc. Ejusdem vocis alia forma *ΓΑΙΕΩΝ* exstat in tit. Alaes. 5594 col. II 83: *τὸ ῥοειδίον τὸ ῥέον ἀνὰ μέσον τῶν γαιώνων*, 86: *κατὰ τοῦ ῥοειδίου τοῦ ἀνὰ μέσον τῶν γαιώνων*. — Quae formae optime conciliari possunt. *γαιών* enim exstitit ex *γαϳ-ών*, *γαειών* ex *γαϳ-εών*, et *γαϳών*: *γαϳ-εών* = *ἀζανθών*: *ἀζανθεών* = *ἀμπελών*: *ἀμπελεών* = *ἰσιών*: *ἰσιεών* = *καλαμιών*: *καλαμιεών* = *λομαχών*: *λομαχεών*: *οἰνών*: *οἰνεών* *λιθών*: *λιθεών* = *πυλών*: *πυλεών* = *ῥοδών*: *ῥοδεών* = *χαλκών*: *χαλκεών*.

ac *γαι-ών*: *γᾶ-εών* = ion. *γαῖ-α*: dor. *γᾶ-α* [*γᾶ*]. — Denique idem vocabulum Toupius conjectura fere certa[33] restituit apud Hesych. s. v. *χόριος... διχοῖ δὲ καὶ χώραν. καὶ χόρτασμα. καὶ τὸν ὅρον τὸν ἐκ γαιῶν*! (sic — *γαιώνων*). —

ἐνδιόω 120 (in Steph. Thes. interpretatio deest, quod Franz 708 cum Maz. explicat: „omni cultu exstruere“, qua cum significatione genus activum *ἐνδεδιωκότα* pugnat, cujus

33) De qua vide imprimis Bastium ad Greg. Cor. p. 224 et in Commentatione Palaeographica p. 779.

loco tum potius *ἐνδεδιωμένα* postulatur. — Mihi videtur *διόω* ad eandem *διο* radicem redire, quae *κ* suffixo aucta, quod etiam in *ὀλ-έκω* praeter *ὄλ-λυμι*, *ἐρύ-κω* praeter *ἐρύομαι*, *ἰλή-κω* praeter *ἵλη-θι* habes, in *διώκω* apparet. Neque significatio impedimento est. Vide enim totius loci conexum: *ταῦτα δὲ πάντα πεφυτευμένα παρέξόντι καὶ ἐνδεδιωκότα ὅσσα ἐν τᾷ συνθήκᾳ γεγραψάται haec omnia plantata praebento et secundum ea, quae in pacto scripta sunt, instituta.*

εὐθυωρεία rectus limes ex *εὐθυ-* et *ὀρο-* stirpibus compositum, *o*, ut saepissime fit (cf. Lobeck ad Phryn. p. 701 sq.), in fronte alterius membri producta.

Ϝικατίδειος saepe in II. tab. exstat, sed ut Maz. p. 181 exclamat, „ita incerta notione, ut vix a Silvano Patre ceterisque agrestibus dis exspectari interpretatio tanti aenigmatis possit.“ Etiam Franzius (C. I.) dicit: „Nimirum latet nos ratio nominis ex *Ϝίκατι* formati.“ Ahrens ejus ne mentionem quidem facit. — Illa experimenta, quae Mazocch., quamvis ipse de eventu desperans, fortasse ne levior videretur, periclitatus est, vel commemorare taedet, quippe quae ne primo quidem obtutu quidquam, quod probabile videri possit, habeant.

Ut ab eo, quod constat, incipiam, *Ϝικατίδειος* sc. *ἄντομος* ut *ἑκατόμπεδος*, *τριακοντάπεδος*, *Ϝικατίπεδος* — ad quae adjectiva vel *ὁδός* vel *ἄντομος* vel *ἁμαξιτός* voces supplendae sunt — *viae centum, triginta, viginti pedes latae; limes* est *viginti pedes latus.* A *Ϝικατι* nova stirps *Ϝικατιδ-* facta est *ιδ* suffixo, ut frequentiore suffixo *αδ* stirpes *τριακονταδ-*, *ἑπταδ-*, *δεκαδ-*, *ἑκατονταδ-* etc.; ex qua tum *Ϝικατίδ-ειος* adjectivum *ειο* suffixi ope formatum est, quod conspicimus in *καρύκ-ειον*, *γυναίκ-ειον*, *αἴγ-ειος*, *βό-ειος* multis aliis. — Tamen cur haec via non *Ϝικατίπεδος* ut reliquae viae hujus latitudinis appellata sit — nisi hoc ad distinguendum hunc in altera tabula celeberrimum limitem a ceteris factum est — aliis remitto ad enucleandum.

κάδδιξ non *κάδδιχος* nom. in tabulis Her. est, ut

Koen. ad Greg. Cor. 292 et Lobeck. Pathol. 336 autumant, vide enim v. 52: *ἁ δὲ πᾶσα γᾶ ἁ τῶ Διονύσω* (sc. *ἐμισθώθη τετρακατίων δέκα μεδίμνων, κάδδιχος τὸ Fέτος ἕκαστον* et 181: *ἐμισθώσαντο . . . πεντήκοντα ἑπτὰ μεδίμνων, κάδδιχος*, ubi non, ut Franzius suspicatur, mutata constructione nominativus pro gen. positus esse potest, quod et per se patet et his locis comparatis cuique apparebit: II 50: *αὕτα ἐμισθώθη τετρακατίων τεσσαράκοντα Fὲξ μεδίμνων, καδδίχων τεσσάρων.* II 36: *αὕτα ἁ γᾶ ἐμισθώθη . . . . διακοσίων Fεξήκοντα ἐννέα μεδίμνων, χοὸς, δυῶν χοινίκων.* II 57: *αὕτα ἐμισθώθη Fεξακατίων τριάκοντα δυῶν μεδίμνων, χοός.* II 63: *αὕτα ἐμ. Fεξακατίων τριάκοντα μεδίμνων, δυῶν καδδίχων, χοινίκων δυῶν.* II 79: *αὕτα ἐμ. ὀκτακατίων πεντήκοντα Fὲξ μεδίμνων, καδδίχων τετόρων;* II 86: *αὕτα ἐμ. τετρακατίων πεντήκοντα ὀκτὼ μεδίμνων, καδδίχων δέκα τετόρων, δυῶν χοινίκων.* II 92: *αὕτα ἐμ. τριακατίων Fὲξ μεδίμνων, καδδίχων τετόρων* II 99: *αὕτα ἐμ. διακατίων τριάκοντα πέντε μεδίμνων, καδδίχων δέκα πέντε.*

Apud Pollucem exstat IV 168: *ἡ δὲ ἄδδιξ μέτρον ἑξαχοίνικον* ex Aristoph. (frg. 573 Dind.) affertur ab Eust. p. 1854, 12: *Ἀλφίτων μελάνων ἄδδιχα* interpretante: *ἦν δὲ καὶ ἄδδιξ μέτρον τι, φασὶ, τετραχοίνικον.* Item habent Phot. p. 8, 6 et Bekk. Anecd. I. 342, 26: *ἄδδιξ· μέτρον τετραχοίνικον· οὕτως Ἀριστοφάνης.* Ex quibus Schmidtius Hesychium correxit, qui corrupte habuit: *ἄδδιξις· μέτρον τετραχοίνης.*

Tertiam formam *κάδδιχος* praebet Hesych. *κάδδιχον· ἡμίεκτον, ἢ μέτρον.*

De origine hujus vocabuli haec addantur: כַּד sive *cad* est nomen vasis alicujus Hebraicum, quod ad Graecos translatum *κάδος* vel *κάδδος* [34], scriptura fortasse ipsam ob pere-

34) Rectius *κάδος* scribitur; cf. brevem syllabam *καδ* in frg. Pherecratis (ap. Suid. s. v. *ἀνυδρεύσασθαι*):

κατάχεον αὐτῆς, κἀνύδρευσαι τὸν κάδον.

et Sophoclis (frg. 479 Dind.):

grinam originem fluctuante, sonuit. A *κάδδος* deminutivum *καδδίσκος* derivatur, quod trita mutatione ad *κάδδιχος* transit et a *κάδδιχος*, quem homines falso genetivum audiebant, novum formabant *κάδδιξ* nominativum; *ἄδδιξ* vero utrum ex *κάδδιξ* ortum sit, an aliam originem habeat, definire non audeo.

καταλυμακόω 56: *ὡς μὴ* (sc. *ὁ ἄρτορος*) *καταλυμακωθῇς ἀδηλωθείη*. Maz.: *aggestu lapidum obruere* coll. Hesych. glossa: *λίμακες· πέτραι*, quam viri docti admodum sollicitarunt (Ruhnk. *μίλακες*, Meinek. *κλίμακες* etc.). Tamen talis significatio male ad hunc locum quadrat, nam terminus vix lapidibus vel potius saxis (*πέτραι*) aggestis ut agnosci possit, metuendum est. Equidem hoc verbum cum rad. *λυ*, *λῦμα* et *λυμαίνομαι* conferre maluerim, cujus compositum *καταλυμαίνομαι nocere, destruere*, imprimis *alluvie et luto aggestis aliquid polluere* significat. Quae notio ad l. allatum optime quadrat.

Κωνέας N. P. 14 deest in Steph. Thes.

μυχός 139. 141. 144 „horreum“ vel tale aedificium ut horrea civitatis a Xenophane (Athen. X p. 414 C) dicuntur *μυχοὶ πόλεως*.

νόμος 122 sqq. certam monetam significat, ut Latinorum *nummus* quoque primo sestertium, tum vero ipsam pecuniam significavit. — Itaque jam veteres Latini vocabulum a Graecis originem duxisse censuerunt. Cf. Phot. et Suid.: *Λωριεῖς ἐπὶ νομίσματος χρῶνται τῇ λέξει καὶ Ῥωμαῖοι παραστρέψαντες νοῦμμον λέγουσιν*. Bekk. An. I 109, 24: *Νόμους τὸ νόμισμα οὗς οἱ Ἰταλικοὶ νούμους καλοῦσιν*. Pollux IX, 79: *ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων, τοὔνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Λωριέων. Ὁ Ἐπίχαρμός τε γὰρ ταῖς χύτραις φησίν* (Ahr. frg. 92):

> *ἡ δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσ'*
> *ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς*
> *χαλκέοισι κάδοις δέχεται.*

Ἀλλ' ὅμως καλαὶ καὶ πῖοι ἄρνες εἰρησοῖντί μοι.
δέκα νόμους (cod. *νούμμ.*) *πολλᾷ τοίας γὰρ ἐντὶ τᾶς ματρός*
καὶ πάλιν (Ahr. frg. 93):
κἄρνξ ἰὼν
εὐθὺς πρία μοι δέκα νόμων (cod. *νούμμ., μόσχον καλάν*.

Denique vide Latinos: Varro L. L. IV 36: In argento nummi, id a Siculis. Festus (Paul. epit. Mueller p. 173): Nummum ex Graeco nomismate existimant dictum, idemque nobis, quod *νοῦμμον* illis, valere: quia pecuniae nomina a Siculis accepimus, quorum hoc proprium est.

Ex quibus apparet, Siculis et Italiotis ab initio *νόμος* vocabulum commune fuisse, quod ad Romanos translatum *nummus* sonuit; neque enim his locis spectatis nummus a *νόμισμα* cum Curtio (Etym 291) derivarim.

ὄρεγμα in his tabulis genus mensurae significat, vulgo nil nisi *porrectionem, gradum, impetum.*

Παμωχέω 14. 168, quae vox Heracliensibus, certe Italiotis propria fuisse videtur, nam praeter has tabulas tantum apud Hesych. legitur: *Πάμωχος· ὁ κύριος· Ἰταλοί* et *παμωχίων* (sic scribendum esse censeo pro hujus dialecti legibus ut *ἀδικίων, λοΐων;* vulg. *παμωχιῶν*)· *κεκτημένος;* ac tota stirps solis Doribus in usu fuisse videtur, cf. schol. Ven. ad *A* 433: *Πάματα καλεῖται παρὰ Δωριεῦσι τὰ κτήματα καὶ πάσασθαι τὸ κτήσασθαι, ἐκτεινομένου τοῦ ᾱ;* legitur *πᾶμα* ap. Theocr. Fistula 12 *πᾶμα Πάριος θέτο* et in Dosiadae epigr. Anth. Pal. XV, 25, 5: *Παμάτων φίδοντο μηδέν* (var. lect *φιδ. Πανός*). — Revocatum est hoc verbum a Fickio p. 122 II. ed. jure, ut opinor, ad. rad. *pā* (Etym. no. 372), quae *servare, tueri* significat et de qua jam Mazocch. p. 244 cogitarat.

Πάναμος mensis Iulii nomen, cujus tres reperimus formas:

1) *Πάνεμος*: Suid.: *Πάνεμος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἰούλιος παρὰ Ῥωμαίοις;* Plut. Camill. c. 19: *ὁ Μεταγειτνιών, ὃν Βοιωτοὶ Πάνεμον καλοῦσιν;* Dem. *π. τ. στεφ-*

νον §. 157 Bekk. (p. 280, 14): *τοῦ ἐνεστῶτος μηνος Λώον, ὡς ἡμεῖς* (sc. Macedones) *ἄγομεν, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι Βοηδρομιῶνος, ὡς δὲ Κορίνθιοι Πανέμου.* Atque hac forma utuntur etiam Eusebius, Euagrius et Chron. Alexandr., quos vide ap. Clinton, Fasti Hellen. III p. 359.

2) *Πάημος*: Callim. Epigr. 48, 159:

Ληφθήσῃ, περίφευγε Μενέκρατες, εἶπα Πανήμου
Εἰκάδι· καὶ Λώου τῇ τινι; τῇ δεκάτῃ.

et in inscr. Euseb. (Gruter p. 1052 no. 6): *μηνὶ Πανήμου.*

